This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

5 497

A 469417 DUPL



G. Pite.

88
.01
B
17

OPPIANI

POEMA

DE

VENATIONE.

Κουφονέων τε φῦλον ὀρ-
νίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει,
θηρίων τ' ἀγρίων ἔθνη,
πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν
σπείραισι δικτυοκλώστοις
περιφραδὴς ἀνήρ·
κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου
θηρὸς ὀρεσσιβάτα.

SOPHOCLES Antig. v. 349.

Only 1 vol. published

OPPIANI POEMATA

DE

VENATIONE ET PISCATIONE

CUM INTERPRETATIONE LATINA ET SCHOLIIS

ACCESSIT

EUTECHNII PARAPHRASIS ΙΞΕΥΤΙΚΩΝ ET MARCELLI SIDETÆ FRAGMENTUM DE PISCIBUS.

TOMUS I.

CYNEGETICA

ad quatuor Mſſ. Codd. fidem recenſuit & ſuis auxit animadverſionibus

JAC. NIC. BELIN DE BALLU

IN GALLIÆ MONETARUM CURIA SENATOR.

ARGENTORATI

Sumptibus BIBLIOPOLII ACADEMICI. 1786.

Cum Approb. & Privil. Reg.

John Lawrence Estate

et

4-11-1925

[illegible]

PROLEGOMENA
IN OPPIANUM.

Pauciſſima ſunt, amice Lector, inter litterarum græcarun poëtica miracula, quæ tempus edax hominumque mali gnitatem feliciter effugerunt, & quaſi e naufragio ſuper natantia, non ſine Deo, ad nos pervenerunt; pauciſſima ſunt inquam, quæ poëmatibus Oppiani anteponenda æquo rerur æſtimatori videantur: nec immerito fortaſſe inter ἐποποιοὺς ſe cundus ab Homero Noſter ſedere jubendus eſt, non ſolur ob carminum ejus dulcedinem & elegantiam, ſed habita quo que ratione materiæ, quam verſibus polivit perfectiſſimis. N credas tamen, editoris eſſe judicium, præjudicata, ut ſæpe fit opinione laborantis, vel inſano ſuum erga autorem amore fla grantis: etenim rem ſi attento perpendas animo, facile inve nies, nullum, ut ita dicam, argumentum eſſe felicius, nec quo totius generis humani magis interſit, quam ars illa, quæ volu ptatem ſimul & alimentum ſuppeditat hominibus, cuique ma xima ſocietatis debemus commoda, humaniter ſcilicet & ſu jure legum vivendi rationem. Equidem non aliunde opinor, ni a Venatione & Piſcatione, repetendam eſſe τῆς νομοθεσίας originen Prima ſane cauſa, quæ hominem impulerit, ut hominis ope & auxilium invocaret, propriasque vires alterius viribus co jungere vellet, fuit vitæ ſubſidia quærendi vel nocentium feraru expellendarum quotidiana neceſſitas. Inde natum eſt primu gentium jus, inde fluxere σπονδαὶ, inde conflatæ ſunt pacti nes, inde orta ſunt bella, inde quoque germinarunt pacis fr ctus dulciſſimi. Fuitne unquam nobilius argumentum & o muſarum dignius? fuitne, quod arrectis auribus propenſius h mines audirent? præſertim ſi poëſeos imaginibus locupletatun ſi carminum harmonia celebratum, ſi denique ab omni par

abſolutum confectumque fuerit, ut certe ab Oppiano fuit. Hæc enim ei propria laus eſt, quod, cum primus inter ſuos Venationem cecinerit, ita materiam ingenio adæquavit, ita ornavit & verſuum concinnitate & deſcriptionum varietate & abundantia, ut ipſe carceres aperuiſſe ſimul & clauſiſſe videretur.

Itaque cum ſæpe & multum admirandas hujus Poëtæ dotes mecum penſaſſem, rem litterarum græcarum cultoribus non ingratam, nec omnino rei naturalis ſtudioſis inutilem fore exiſtimavi, ſi novam Oppiani editionem, novis illuſtratam animadverſionibus, cum ad textum, tum ad animalia, quæ a poëta celebrata ſunt, ſpectantibus, juris publici fieri curarem. At vereor, fatendum eſt, vereor, ne tenuiſſimis viribus impar onus a me ſuſceptum videatur, & non ſine quodam timore Oppianum in lucem hodie prodire jubeo. Haud enim dubito fore plerosque, qui, imprudentem me judicent, tot tantorumque virorum, *Brodæi*, *Bodini*, *Turnebi*, *Rittershuſii*, *Schneideri* &c. lucubrationibus aliquid de meo addere geſtientem: nonnullos vero hujus imprudentiæ culpam excuſaturos eſſe ſpero, eos præſertim, qui, quantæcunque ſint doctorum hucuſque in autorem noſtrum emendationes & animadverſiones, multa tamen in ejus poëmatibus nimis obſcura etiamnum deprehendi conquerantur, multaque vel codicum autoritate vel conjecturarum auxilio indigentia. De ipſis vero animalibus, de eorum apud antiquos cognitione, de modis quibus capiebantur, de venationis & piſcationis inſtrumentis, nihil fere in præcedentibus editionibus, niſi forte in Schneideriana (& raro quidem) reperies. Hæc omiſſa ſupplendi, ſi mihi fas eſſet, cupidus, textumque ad meliorem partem revocandi, Oppianum ſum aggreſſus.

Primo quidem, ut verum fatear, id tantum conſtitueram, ut Oppiani utrumque poëma lingua gallica redderem, jam aliquot amicis hanc interpretationem rogantibus, non quod rectius a me rem confectum iri ſperarent, ſed quia verendum

erat, ne frigore, quo nunc apud noſtrates torpent muſæ græcæ, nunquam ab alio perficeretur. Attamen ſimul ac operi incubui, multis me difficultatibus impeditum intellexi. Pluribus in locis minime perſpicua videbatur poëtæ ſententia, adulteratis ejus verbis, tum incuria ſcribarum, tum audaci editorum quorundam manu, qui ſua commenta pro genuinis lectionibus in textum intruſerant; itaque ad antiquas membranas recurrere cogebar. De hodierno nomine animalium & piſcium atque eorum notitia nihil apud priores editores invenienti, ſcriptores rei naturalis, tum veteres, tum recentiores interrogare neceſſe erat omnino, ut certum aliquid de rebus iſtis pronuntiari poſſet. Deinde poëtæ ſententias cum antiquiorum ſententiis conferre non erat inutile, ut detectis fontibus, unde manat ejus doctrina, ad examen critices facilius tutiusque revocaretur. Hæc ſunt, quæ de nova Oppiani editione in lucem emittenda fortiter cogitare me impulerunt; ſed his alia quoque acceſſit ratio, dicamne? ipſa Oppiani gloria. Tanti poëtæ memoriam vindicare cupiebam ab infamia, quam ei inurere conatus eſt poſtremus ejus editor, qui Oppianum cum ſupercilio inter ignobiles & barbaros ultimorum Græciæ temporum ſcriptores ablegat, ingenium omne ei detrahit, & vix qui legatur dignum judicat. Oportuit igitur, ad iſtam injuriam victricibus armis depellendam, poëtæ ſcribendi rationem & helleniſmum cum præſtantiſſimorum Græciæ poëtarum elegantiis nativisque charitibus comparare: hinc crevit opus, quod olim arctiſſimis finibus coërcere decreveram.

Jam hujusce editionis cauſas ingenue enarravimus, nunc de ipſo autore, de ejus patria, de tempore, quo floruerit, de genuinis ejus operibus dicendum. Haud multa, quod dolendum eſt, in Oppiani vitam veteres Biographi nobis reliquerunt, etſi multorum in ore nomen poëtæ verſaretur; duo tamen ſunt, qui e tenebris ejus facta producere tentaverunt, anonymus quidam grammaticus & Conſtantinus Manaſſes, qui de Oppiano

verſus politicos conſcripſit, quos hucusque in bibliothecarum tenebris jacentes, nunc primum in lucem proferri curavimus. His duobus præcipuis ducibus, anonymo & Manaſſe, notitiam Oppiani vitæ colligere licet non injucundam, quam jam perſecuturi ſumus. Poſtea in diſceptationem vocabimus, criticesque ponderibus examinabimus novam opinionem a poſtremo Oppiani editore poſitam, cum in poëtæ patriam, tum in genuina ejus opera. Denique album quoddam ante oculos tuos exponemus poëtarum, qui vel ante, vel poſt Oppianum venationem aut piſcationem cecinere. Hæc enim ſunt, ni me memoria fallit, quæ lectoribus ſumus polliciti.

Oppianus, cognomine poëta Cilix, in urbe Ciliciæ principe Anazarba, ante Cyinda, deinde vero Cæſarea dicta, lucem adſpexit. Non deſunt tamen, qui Corycium, ejusdem provinciæ urbem, patriam Oppiano aſſignant, eisque favere videtur ipſe poëta canens in tertio libro Αλιευτικῶν verſu 205.

> Ανθιέων δὲ πρῶτα περίφρονα πεύθεο θήρην
> οἵην ἡμετέρης ἐρικυδέος ἐντύνονται
> πάτρης, ἐνναέτῆρες ὑπὲρ Σαρπηδόνος ἄκρην,
> ὅσσοι θ᾽ Ερμείαο πόλιν ναυσίκλυτον ἄστυ
> Κωρύκιον ναίουσι καὶ ἀμφιρύτην Ελεοῦσαν.

Sed non abſurde dici poteſt, poëtam his verbis ἡμετέρης πάτρης Ciliciam generaliter deſignare, non tantum urbem, alioquin incertum eſſet, an ſuam patriam *Eleuſam*, aut *Sarpedonis promontorium* potius nominet, an *Corycium*. Jure itaque Oppianum ſibi vindicat *Anazarba*, ut & Pædacium Dioſcoridem & Aſclepiadem. Quo vero anno noſter natus ſit, magis ambigitur; ſed ſtatim me demonſtraturum eſſe confido, ad ultimum aut penultimum annum imperii Marci Antonini Philoſophi natales Oppiani referri debere. Pater ei fuit Ageſilaus, vir inter Anazarbæ ſenatores inſignis, litterarum amore & philoſophia commendandus. Oppiani mater Zenodote dicitur. Incubuit uterque parens ad informandam nati mentem optimis

præceptis ac inſtitutis, & quoniam patres fere omnes amant iisdem artibus liberos ſuos imbuere, quibus ipſi ſunt dediti *), Ageſilaus, philoſophiæ addictus, filium ad philoſophiam mentem appellere voluit, & orbem percurrere, quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocitabant. Cum jam aliquot annis philoſophiæ ſtudiis Oppianus incumbens ſecunda inter ſuos fortuna eſſet uſus, incidit ſubito tempeſtas, quæ innocentem ejus patrem afflixit, patriaque & bonis exuit atque ejecit. Nam cum Ageſilaus imperatorem Septimium Severum ad urbem adventantem excipere, ut cæteri faciebant, neglexiſſet, homo ſcilicet quietæ & philoſophicæ vitæ amans atque ab ejusmodi pompa & ſtrepitu ac ſplendore abhorrens, (quippe cui nil litterato dulcius otio eſſet) iratus Severus & hac omiſſione occurſus ſe contemptum ratus, eum in maris Adriatici inſulam Meliten relegavit. Aſpera ſane pœna ob exiguum delictum, ſi modo hoc pro delicto habendum eſt, ſed revera minime abhorrens a Severi ingenio ac natura ſeveriore, pæne dixerim ſæviore, & truculentiore, quod hujusmodi fuiſſe multa docent. Patrem hoc exilio mulctatum ſua ſponte, ſolaque ductus pietate ſecutus eſt Oppianus. Verum ei voluntarium illud exilium non peſſime cecidit. Proverbio dici ſolet: πενία σοφίαν ἔλαχε καὶ τὰς τέχνας ἐγείρει. Et de ſe ipſo Horatius dicit: *paupertas impulit audax, ut verſus facerem.* Idem etiam Oppianus noſter, quod fortaſſe ſalvis atque integris rebus ſuis facturus non fuiſſet, in calamitate exilii fecit, rebusque acciſis animum ad ſcribenda & imperatori offerenda poëmata appulit. Sperabat enim id, quod poſtea eventus comprobavit, carminum ſuorum ſuavitate, tanquam Orphei quadam lyra, iratum imperatoris animum ſe demulcere, patrique Ageſilao reconciliare poſſe. Itaque poëmata de Venatione & de Piſcatu Severo & ejus filio, qui hiſce oblectabatur exercitiis, nnucupavit, ipſeque ea recitaturus

*) E Rittershuſii procœmio hæc exſcripſimus.

Romam venit, & ab imperatoribus tam benigne receptus eſt, ut carminibus auditis ab Antonino Severi filio, (tunc enim, autoribus anonymo & Manaſſe, ſolus Antoninus jam defuncto patre regnabat) quidquid optaret, illud poſcere juſſus fuerit. Ille vero neque divitias, neque latifundia, neque dignitates deſideravit, ſed patri ab exilio revocato res fortunasque ſuas reſtitui petiit. Non autem hoc tantum, quod volebat unice, ex animi ſententia, facile impetravit filius patri obſequentiſſimus & pientiſſimus, verum etiam plura, ac petierat, obtinuit; nam inter præſtantiſſimos poëtas judicio imperatoris ei locus datus, & inſuper pro quolibet verſu ſtatere aureo donatus eſt, teſte Sozomeno in procemio Hiſt. Eccl. & Suida, qui viginti millia verſus Oppiani numerat, ex quo factum, ut ejus carmina *aurea* appellarentur, ſicut & Pythagoræ χρύσεα ἔπη ob eximiam, quam continent, ſapientiam dici jam olim meruerant. Quidam etiam, ſed incerti autores, memoriæ prodiderunt, Oppianum, tanto auri pondere & acervo ab imperatore ditatum, aureis deinceps litteris poëmata ſua deſcripſiſſe.

Non diu gloria ſua & ſecunda fortuna uſus eſt Oppianus; nam vix in patriam cum patre ſe receperat, cum, peſtilentia Anazarbam invadente, occubuit circa trigeſimum annum natus, magnum ſui bonis omnibus deſiderium relinquens, & præcipue civibus, qui ei monumentum poſuerunt, ſtatuamque decreverunt, cujus in baſi legebatur epigramma, quod in anonymi narratione de Vita Oppiani videas.

Multa ſane ab Oppiano ſcripta fuere, ſi ad ejus vitæ brevitatem reſpexeris. Inter ejus opera Suidas laudat Ἁλιευτικὰ in quinque libros, Κυνηγετικὰ in quatuor, (jam quintus deperditus erat; at tempore anonymi quinque libris hoc poëma conſtabat, unde obiter colligendum eſt, anonymum Suida eſſe antiquiorem) & Ἰξευτικὰ in duos diviſa. His operibus varia alia poëmatia addunt anonymus & Conſtantinus Manaſſes, quæ quidem διθυραμβικὰ fuiſſe autumo, ex ipſius Oppiani verſu 27. Lib. I. Cyn

Ἰνθάκις ἀμφεχόρευσα Θυοναίῳ Διονύσῳ.

Nunc tantum ſuperſunt Ἀλιευτικὰ integra, & quatuor primi libri Κυνηγετικῶν, quorum quartus in fine eſt mutilus. Interiere Ἰξευτικὰ, quorum paraphraſin habemus proſaicam autore ſophiſta Eutechnio, qui tamen non Oppiani, ſed Dionyſii cujusdam (quem Samium fuiſſe vehementer ſuſpicor) poëma transtuliſſe in fine ſuæ paraphraſeos affirmat.

Eo flebilior eſt cæterorum Oppiani poëmatum jactura, quo majorem laudem aſſecuta ſunt ea, quæ ad nos pervenerunt. Veterum enim & recentiorum plerique, qui Oppianum nominant, non ſine encomio eum dimittunt. Eum βύθος χαρίτων, *Charitum Oceanum* vocat Joan. Tzetzes in verſiculis, quos ſuis in Piſcationem ſcholiis præfixit. Nec minoribus eum laudibus extollit Manaſſes in verſibus politicis, ne de magnifico epigrammate loquar, quo poëtam ſuum Anazarbani honeſtaverunt. Inter recentiores J. C. Scaliger in Poëticæ Cap. 9. Lib. 5. Oppianum adeo ſublimem, adeo numeroſum judicat, ut Græcorum unum eum eſſe pronuntiet, qui Virgilianam elegantiam fuerit aſſecutus. Nec dubitavit C. Barthius ad Claudianum p 1013. Oppianum appellare *omnium græcorum poëtarum cultiſſimum.* Quid de Conrardo Geſnero dicam, viro non magis hiſtoriæ naturalis, quam litterarum humaniorum doctrina claro, quique Oppiani autoritate paſſim ſua dicta firmat? Quid de magno Buffonio, qui poëtæ noſtri calculum tanti pendet, ut res per ſe ſat obſcura & incerta *), Oppiani ſententia enucleata, jam ei liquida firmaque videatur.

Sed tantorum virorum quot quantæque ſint in Oppianum ſplendidæ laudes pro nihilo ducendæ ſunt, ſi Oppiano-maſtiga audias clariſſ. *Schneiderum*: immo vehementer hallucinantur

*) Hæc ſunt verba Buffonii: *Il eſt très-probable que ce Panther eſt le Thos de la petite eſpèce, & cette probabilité devient une certitude par le témoignage d'Oppien qui met le Panther au nombre des petits animaux, tels que les loirs & les chats.* Hiſt. Quad. Tom. 6. p. 200.

critici omnes, qui noſtro poëtæ nomen aliquod tribuunt, & eximiam carminum ejus dulcedinem & ſermonis elegantiam mirati ſunt; nam Oppiano *genus eſt ſcribendi horridum, durum, ſiccum, vernaculo græcæ linguæ ſapore carens: . . . . tota denique forma dictionis ab exemplo latinæ linguæ expreſſa eſſe videtur.* Hæc ſunt verba Schneideri, quem ſane nimiæ in ſuum autorem indulgentiæ non accuſabis.

Judicium iſtud, ſummorum virorum autoritati & jam receptæ opinioni nimis fortaſſe repugnans, ut ſtabiliat Schneiderus, novam & hucusque inauditam hypotheſin adſtruere conatur: nempe, non unum Oppianum, ſed duos extitiſſe, diverſos patria, tempore, operibus. Antiquiorem Marco Aurelio Antonino imperante floruiſſe, Anazarbæ aut Corycii civis, nec Commodi quidem tempora attigiſſe: alterum imperante Severo, Apamenſem. Hic, ſi Schneiderum audias, genuinus eſt Oppianus, poëta nobilis, cujus floridum opus de Piſcatione habemus; ille Pſeud-Oppianus & ſpurius, barbarus verſuum conſarcinator, barbari poëmatis de Venatione pater exſibilandus. Accuratam hic habes Schneideri ſyſtematis expoſitionem, ex ejus præfatione editionis Oppiani excerptam, quam nequidem ipſe Schneiderus, confido, vituperare poſſet.

Quibus vero argumentis hanc ſuam hypotheſin confirmare tentaverit, nunc mihi diſpiciendum incumbit.

Primo quidem vellem ſua argumenta continua ſerie & ex ordine novus Ariſtarchus expoſuiſſet, nec modo in præfatione, modo in Animadverſionibus, modo ὑστερίζων in Analectis diſſeminaſſet: recte tamen. Nam ſatis intellexit eo invalidiores ſuas probationes fore, quo propius admoverentur, mutuo ſe labefactantes. Quocunque igitur inveniam loco, eas impugnabo; ante omnia quidem videamus ſcriptorum veterum teſtimonia, quæ ad tuendam ſuam opinionem invocat. Syſtematis ejus ea ſunt fundamenta, quibus dirutis, facile corruet totum ædificium. Schneiderum ipſum audiamus: *Oppianum imperante Marco Antonino ingenium extuliſſe non ſolum Suidas cum Euſebio &*

Hieronymo tradiderunt, ſed confirmat etiam Athenæi locus clariſſimus, unde ſimul apparet, Oppianum Cilicem ne Commodi quidem ultimum imperium attigiſſe. Præfatio in Oppianum pag. 1.

1°. Nihil legitur apud Suidam Schneideri aſſertioni ſimile. Minimeque dicit Lexicographus, Oppianum imperante Marco Antonino INGENIUM EXTULISSE, ſed natum eſſe, *γέγονως ἐπὶ Μάρκου Αντωνίνου βασιλέως.* Et hoc nomen eſt & Philoſopho & Caracallæ. Sed quin de Philoſopho intelligatur, nihil per me obſtat. Suidæ verba cum Anonymi & Manaſſis teſtimonio plane congruunt; Oppianum nempe ſub Severo & Antonino Caracalla floruiſſe dicunt. Etenim triginta circiter annos vixit Oppianus, & ſub fine imperii Marci Antonini Philoſophi natus, ultimo fortaſſe vitæ anno, regnantem vidit Caracallam, cum inter hæc duo imperia non plures quam triginta anni elapſi ſint. Marcus Antoninus Philoſophus ſupremum diem obiit anno Chriſti 182 & Marcus Antoninus Caracalla ſolus, jam mortuo patre, imperare cœpit anno 212, ſed jam a patre Severo ad imperium evectus fuerat & ſummæ poteſtatis particeps factus anno 197. Itaque ex his temporibus inter ſe collatis nihil aliud colligi poteſt, niſi quod Oppianus circa finem imperii Marci Antonini Philoſophi natus, initio Caracallæ imperii mortuus ſit: poëmata vero, adhuc ſuperſtite Severo, Imperatoribus obtuliſſe, conſtat ex ipſis poëmatibus, ubi patrem ſimul & filium iiſdem ſemper extollit laudibus.

2°. Non magis Euſebii teſtimonium Schneideri favet opinioni. Verba Euſebii ſunt in Chronicῶn Canone: *Οππιανὸς Αλιευτικῶν ποιητὴς ἤκμασεν Κίλιξ τῷ γένει.* Et in *ἱσἱοριῶν συναγωγῇ*, pag. 392. editionis alterius Scaligeri. *ἐπὶ Μάρκου Αντωνίνου Οππιανὸς τὴν Αλιευτικὴν συνεγράψατο.* Non male Euſebius, nam, ut jam diximus, Caracallæ nomen erat *Marcus Aurelius Antoninus.* Si tamen de Philoſopho intellexit, erravit, & hoc nomine jam emendatus eſt a Scaligero, cujus locum a Schnei-

)(5

dero prætermiſſum hic apponere juvat. „Error. Anno duo-
„ decimo Marci Antonini Philoſophi nondum natus erat Op-
„ pianus; obiit enim ex lue, natus annorum triginta, circiter
„ finem imperii Antonini Caracallæ; itaque ab anno duode-
„ cimo imperii Antonini Philoſophi ad obitum Caracallæ ſunt
„ plus minus anni 48. Hallucinatio nata eſt ex nomine Anto-
„ nini; non enim Antoninus Philoſophus eſt, cui dicata ſunt
„ Halieutica, ſed Antoninus Caracalla, cui, vivo adhuc Severo
„ patre, divinum illud epos Oppianus obtulit, quod diſerte
„ colligitur ex fine Lib. 2.

ἐξ οὗ μοι κραίνουσι μέγαν θρόνον ἐμβεβαῶτες
ἄμφω θεσπέσιός τε πατὴρ καὶ φαίδιμος ὄρπηξ.

„ Atque adeo ſub tempus Ludorum ſecularium, qui a patre Se-
„ vero Aug. & Antonino filio celebrati ſunt, ut ex illis conſtat

πολλαῖς ἐνδεκάδεσσι ἐλισσομένων ἐνιαυτῶν.

„ Nam ſeculum Romanum eſt periodus δέκα ἐνδεκάδεσσιν ἐλισ-
„ σομένων ἐνιαυτῶν. Scholia in Oppianum nugantur de Antonino
„ & Commodo, & alibi, quod omnes ineptias ſuperat, de Gor-
„ diano. Melius Sozomenus in Procœmio, de poëtis, qui a prin-
„ cipibus remunerati ſunt, καὶ Σευῆρος ὁ Καίσαρ περὶ Ὀππιανὸν
„ τὸν ἐν τοῖς μέτροις τῶν ἰχθύων τὰ γένη καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν θή-
„ ραν ἀφηγησάμενον. Nam Halieutica, vivente Severo patre,
„ accepit Antoninus Caracalla, Cynegetica mortuo. Vulgo
„ apud Oppianum male disjunctim πολλαῖς ἐν δεκάδεσσι pro ἐν-
„ δεκάδεσσι, quæ menda non parvi momenti eſt, utpote qua
„ ſecularium Ludorum diſſimulata eſt memoria, quorum cele-
„ brationis tempus incidit in numerum (Euſebii) MMCCXX.
„ id eſt in annum Chriſti 204. „ His unum tantum addam.
Carioſo tibicine ſe firmat, quicunque Euſebii autoritate nititur;
nam Scaligeri eſt, non Euſebii ἱστοριῶν συναγωγὴ, quæ jam
magno Meurſio fraudi fuit. Ipſe quoque Scaliger *temporum canona* ex variis autoribus finxit, nec ante illum utrumque
opus extitit. Solam legitimam habemus Euſebii Chronicam.

interpretationem latinam ab Hieronymo factam, ubi legitur Lib. poſteriori p. 170. *Oppianus cognoſcitur*; ſed legendum eſſe *naſcitur*, millies ante nos dixerunt VV. DD. Præterea quomodo probari poteſt, hunc Euſebii locum ab Hieronymo recte translatum eſſe, cum deperditum ſit legitimum opus Euſebii?

At ſi Hieronymus Euſebii chronicon interpretatus eſt, errores, ut debuit, fideliter deſcripſit, itaque ejus teſtimonium unum & idem cum Euſebii calculo reputandum eſt, & iisdem, quibus uſus eſt J. Scaliger, confutandum eſt argumentis. Nec alibi, quod ſciam, Hieronymus de Oppiano loquitur, niſi in quadrageſimo ſeptimo capite commentarii in Ezechiel, ſed ibi de tempore, quo noſter vixerit, omnino tacet.

3°. Jam veniamus ad validiſſimum Schneideri argumentum, quodque, ut ipſe profitetur *Animadv. p.* 404. *nullam plane dubitationem admittit.* Locus eſt Athenæi clariſſimus Lib. 1. p. 13. ubi Deipnoſophiſtographus, Commodi coævus, ut videtur Schneidero, Oppianum Cilicem Halieuticorum ſcriptorem paulo ante ſuam ætatem ſcripſiſſe affirmat his verbis: καὶ τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον Ὀππιανὸν Κίλικα.

Ecquid? ignoratne doctiſſ. Schneiderus, duos primos quos nunc habemus ſub Athenæi nomine libros, ut & tertii initium, non Athenæi opus eſſe, ſed Epitomatoris, neſcio cujus, qui centum aut etiam plures annos poſt Athenæum vixit, ejuſque ſcripta pro arbitrio hic mutilabat, illic augebat? Quis hodie Trogi Pompeii verba laudaret ex epitome Juſtini, aut Cteſiæ e Photii excerptis? niſi ante lectorem monuiſſet, quod quidem minime fecit ingenuus Schneiderus, non ex ipſo autore, ſed ex ejus breviario deſumpſiſſe. Præterea nonne manifeſtum eſt ex ipſo loco, qui continet halieuticographῶν enumerationem, hæc verba, ad phraſeos finem appoſita, ab epitomes ſcriptore addita eſſe. Ille quidem rem lectori opportunam facere exiſtimabat, ſi Athenæum locupletaret, imprudens, qui non providebat venturam fore quindecim poſt ſecula diem,

qua doctiſſimus Germanus, *Schneider* ille, iſta verba ipſi Athenæo tribueret, & ex illis colligeret ante Athenæum vixiſſe & ſcripſiſſe Oppianum. Attamen, ſi Oppianus Athenæo revera cognitus fuiſſet, quare hoc tantum loco ejus nomen laudaretur? nonne nobiliſſimi poëtæ carmina aliquot attuliſſet Athenæus, præſertim in libro ſeptimo, ubi occaſione nata ex quibusdam piſcibus, qui ad menſam apponuntur, innumeros interlocutorum ore recitat verſus, plerosque incognitorum aut ſaltem mediocrium ſatis poëtarum. Nomen Oppiani, ita me deus amet, ſuaviſſimaque ejus carmina immenſam doctiſſimorum Sophiſtarum memoriam intempeſtive fugiſſent! Sed plura dicam. Etiamſi revera Athenæi hæc verba eſſent, καὶ τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν Ὀππιανὸν, nihil aliud denotarent, niſi quod Athenæus ſuum opus ſcripſerit imperante Caracalla, nuperrime mortuo Oppiano: & hæc eſt doctiſſ. virorum opinio, Ger. Voſſii de Hiſtoricis Græcis Lib. 2. cap. 15. & Fabricii in Biblioth. Græc. p. 627. & 631. quam parum feliciter refellere conatur Schneider in Animadv. p. 404. ex Athenæi verbis Lib. 12. pag. 537. ὁ καθ' ἡμᾶς Κόμμοδος, quæ ſatis deſignant, jam defuncto Commodo Athenæum hæc ſcripſiſſe; non enim de vivente dicitur ὁ καθ' ἡμᾶς, præſertim de notiſſimo viro.

4°. Ridendam denique Schneideri hypotheſin omnino labefactat evertitque Sozomeni teſtimonium jam ſupra a Joſ. Scaligero laudatum, quo diſerte Oppianum a Severo ob Halieutica remuneratum fuiſſe docet Sozomenus.

Itaque tot & tantis argumentis jam conſtare debet, Oppianum imperante Severo vixiſſe & Halieutica ſcripſiſſe. Nil eſt apud Suidam, quod huic ſynchroniſmo non conveniat nec contradicit Euſebii teſtimonium, cum nomen Marci Antonini ſit & Caracallæ & Philoſophi: cæterum Euſebius plan[e] Scaligero reprehenſus eſt & emendatus. Athenæi locus cl[a]mus non eſt Athenæi, ſed recentioris ejus breviatoris. D[e]nique noſtram ſententiam firmat Sozomeni autoritas.

Hac Schneideri ſyſtematis parte infracta, nunc ad alteram nos convertamus, & oſtendamus, eundem eſſe Oppianum, qui utrumque poëma de Venatione & Piſcatione ſcripſerit. Facile mihi concedet doctiſſ. Schneiderus, non duos eodem tempore Oppianos floruiſſe. Fuit tamen alter Oppianus turpis quidam poëta, quem maledico dente non ſemel carpſit Martialis Epigrammatopœus, ſed & Martialis & ejus Oppianus ſub imperio Domitiani, id eſt, annos centum ante Severum vivebant. Unicus igitur Oppianus Severo imperante floruit. Atqui conſtat ex ipſis Cynegeticis, hoc tempore illud epos ſcriptum fuiſſe, quod & Oppiano adjudicatur, tum codicum, qui ejus opera continent, tum veterum & recentiorum Grammaticorum autoritate, ergo eſt Oppiani; præſertim quum hujus poëmatis ſtylus Oppiani manum referat, & quaſi ejus ſigillo notetur.

Cynegetica Oppiano nominatim tribuunt autor vitæ Oppiani anonymus, Suida, ut jam notavimus, antiquior, Conſtantinus Manaſes & Suidas, cujus verba jam ſuperius allata hic reponere non pigebit: ἔγραψεν Ἁλιευτικὰ ἐν βιβλίοις ε′, ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΑ ἐν βιβλίοις τέσσαρσι, Ἰξευτικὰ βιβλία β′.

Nec aliter cenſuit Joan. Tzetzes, qui in Chil. 4ta v. 166. celebrans canem Erigonis, cujus ope puella ſui patris Icarii corpus invenit, addit:

τὰς περὶ ζώων γράφουσι ποτέρας ἱστορίας
Αἰλιανὸς, Ὀππιανός.

At cum hîc de cane agatur, negari non poteſt, quin Tzetzes Oppianum Cynegeticῶn autorem agnoverit.

His adde non antiquum quidem virum, ſed Græcum & antiquorum ſcripta bene doctum & apprime ſcientem Arſenium, Monembaſias Archiepiſcopum, Euripideorum ſcholiorum autorem. Ille Manuelis Philæ poëma περὶ ζωων ἰδιότητος Carolo V, Hiſpaniarum regi offerens, eum ita affatur, (tunc enim reges linguam græcam callebant,) Ὀππιανὸς μὲν πάλαι, γαληνοτάτῳ βασιλεῦ. Ἁλιευτικὰ καὶ Κυνηγετικὰ συγγραψάμενος.

Nihil dicam de recentioribus Criticis, qui omnes laudando conſenſu, non vero *turpi*, ut Schneidero placuit, *Animadv.* p. 404. Oppianum Cynegeticôn legitimum patrem conclamant. Solus iſte conſenſus ſufficeret, ſi nullum aliunde nobis afforet argumentum, quo Schneidero fidem omnino derogaremus, niſi ſuam hypotheſin firmiſſimis, ut credit, probaret argumentis. Etenim nonne mirum omnino eſſet, ſi tot tantorumque virorum, qui in Oppiano vel emendando vel illuſtrando operam & oleum conſumpſerunt, nullus adhuc detexiſſet errorem adeo gravem, & in poëtæ patria, tempore & operibus ſimul omnes cæcutiiſſent. Quis credat?

Attamen, inquit Schneiderus in Animadv. *ad Oppiani vitam* pag. 29. Sozomenus nullum, præter Halieutica, Oppiani carmen memorat, ergo Cynegetica non ſunt Oppiani.

Feſtivum ſatis eſt iſtud ratiocinandi genus. Numquid, ô bone Schneidere, Sozomeno animus erat, ad Theodoſium Juniorem, quem alloquitur, catalogum Oppiani operum enarrare? Id tantum voluit, (nam attente conſideranda eſt mens autoris, cujus adhibetur teſtimonium) id voluit, inquam, ut imperatorem doceret, quo nomine Oppianus Severi remunerationem acceperit, & ideo perfectiſſimum poëtæ carmen, cæteris omiſſis, laudat. Ita & hodie, cum perilluſtrem quendam nominamus poëtam, ſæpiſſime præſtantiſſimi cujusdam ejus operis titulum ſubjungimus, v. g. Voltarius Henrici Magni vates immortalis &c. quod minime tamen obſtat, quin præter Henriada permulta ſint Voltarii opera & jucundiſſima & lectu digniſſima. Sic quoque Bolæum nuncupamus *artis poëticæ autorem*, a vero & alia ſunt Bolæi opera. Itaque non quod ab Oppiano, H lieutica ſola profecta crediderit Sozomenus, ea, prætermi aliis, laudat, ſed, ut indicet, quo præcipuo nomine illu poëta noſter habeatur.

Specioſiſſimum Schneideri argumentum, nec tamen c ris firmius, illud eſt, quod petit ex ipſius Oppiani teſtir

ad probandum, autorem poëmatis de Venatione, quſcunque ſit, non ex Anazarba, neque e Corycio, ſed ex Apamea, Syriæ civitate, oriundum eſſe, quod ipſe poëta declarat verſu 127. libri ſecundi.

Sententiæ Schneideri vicem doleo. Hic verſus, quo nititur præclarum iſtud inventum, corruptus eſt & vitio ſcripturæ laborat, quod cuivis legenti manifeſtum erit. De flumine Oronte hic agitur ſuas extra ripas magno cum impetu diffluente; jam campos Apameenſes inundat, & ex utraque parte undam ejus montibus Diocleo & Emblono coërcentibus, medium debacchatur flumen, de quo ſic poëta:

> αὐτὸς δ' ἐν μεσατίοισι ἐπαίγιζεν πεδιοῖσιν
> αἰὲν ἀεξόμενος, καὶ τείχεος ἐγγὺς ὁδεύων
> χέρσον ὁμοῦ καὶ νῆσον ἐμὴν πόλιν ὕδατι χεύων.

Ita enim legitur ultimus ille verſus & in codd. quatuor, quos conſului, & cunctis in editionibus, excepta Schneideriana, ad quam κριτικώτατος ille vir, proprio ex ingenio, repoſuit ὕδασι χεύει, judicans, & quidem recte, locutionem, quæ ſolis conſtat participiis, ſubſiſtere non poſſe. Attamen quis ei dixerit, in mendo verbum χεύων potius quam aliud cubare? ego vero multum abſum, quin cum Schneidero ſentiam: illa ſola vox mendoſa eſt, quæ omnium ſcriptorum de Oppiano teſtimonio contradicit, novamque & inauditam poëtæ creat patriam, & vox illa eſt ἐμὴν, cujus loco Oppianus ſcripſerat ἴβη, ſic:

> χέρσον ὁμοῦ καὶ νῆσον ἴβη πόλιν ὕδασι χεύων.

in urbem ruebat, quæ ſimul & continens eſt & inſula, eam undis immergens. Quis neſcit, quantam in Mſſis, præſertim ſæculi duodecimi, litteræ β & μ referant inter ſe ſimilitudinem, quantique ex ea nati ſint errores? & ut vera dicam, in manuſcripto regio 2723, quod nunc ante oculos habeo, parum abeſt, quin ἴβην pro ἐμὴν legatur, adeo iſtæ litteræ proximam formam exhibent. Hinc ab imperito librario deſcriptum fuit:

> χέρσον ὁμοῦ καὶ νῆσον ἐμὴ πόλιν.

Alter vero ſolœciſmo ἐμὴ πόλιν, medicinam allaturus, ci- tiſſime reſcripſit ἐμὴν πόλιν. Inde nova creſcit Oppiani patria, omnibus, qui de Oppiano verba fecerunt, prorſus ignota. Critici vero, qui in provincia edendi Oppiani Schneiderum an- teceſſerunt, prudenter rem obſcuram tacere maluerunt, quam ex verbo corrupto opinionem excitare tot ſcriptorum autorita- ti], ipſique veritati repugnantem. Itaque Schneideri opinio eſt error ex errore natus, prioreque ſublato alter evaneſcit. Si quis autem dubitaverit, an recte ſe habeat, helleniſmum- que ſapiat hoc loquendi genus ἔβη πόλιν, in quo πρὸς ſubau- ditur, exemplum ſtatim ei afferam ex Euripide in fragmento Creſphontis IV.

εἰρήνη βαθύπλουτε

\- - - - - - - -

ἴθι μοι, πότνια, πόλιν.

Alius eſt in eodem libro locus, qui a librariis turbatus errori facilem anſam præbuit; ſed cui facillima eſt medicina. Verſus eſt 157. ubi, cum de Memnonis luctu & de feſtis, quæ in Aſ- ſyria aguntur, obiter dixiſſet poëta, ad argumentum redit, hoc tranſitu uſus:

ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ κόσμον ἀείσομεν εὔρεα κάλλη
πάτρης ἡμετέρης.

Cujus loco ſcribi debuit πάτρης ὑμετέρης, *Juliæ* ſcilicet, & e filii *Antonini Baſſiani.* Uterque enim ex Syria ortum ducel non vero Oppianus. Niſi tamen & ad Ciliciam Syriæ proxi pertineat quoque Memnonis luctus, quem & in Ægypto bratum fuiſſe accepimus.

Supereſt, ut Oppianum a barbariei criminatione liber qua graviter a Schneidero accuſatur: etenim ſuam ut hyp qualicunque ratione fulciret Oppianomaſtix, Cyneget quadam infamia notare conatus eſt; *tantam* igitur *per* carmen *ingenii & dictionis diverſitatem ſe invenire* tiat, *cum in toto corporis habitu, tum in ſingularu*

conformatione, ut nulla ratione a ſenſu judicioque ſuo impetrare potuerit, ut libros de Venatione & piſcatione ab eodem autore profectos eſſe crediderit. Longum ſane foret & præfationis legitimos fines excederet, hic deſcribere innumeros utriusque poëmatis verſus, qui ſtyli & ſententiarum maximam inter ſe referunt ſimilitudinem, tantamque exhibent congruentiam, ut ab eodem ingenio natos eſſe manifeſtum ſit omnibus: at in Animadverſionibus noſtris, oblata paſſim occaſione, Cynegeticῶn dictionem & helleniſmum non ſolum cum optimorum poëtarum & πεζογράφων ſcribendi ratione comparavimus, ſed etiam cum terſa & florida oratione Halieuticorum, ut magis eluceſcat utriusque carminis ſtyli identitas. Quodnam vero firmius argumentum Schneidero objiciamus, quam ipſius Schneideri ſententiam? Ariſtarchus, qui prima præfationis ſuæ pagina tanta per utrumque poëma ingenii dictionisque diverſitate offenditur, in ipſa pagina ſequenti ſic loquitur, & παλινῳδεῖ: *verum hic dubitari poteſt, unde tamen nata ſit illa ſatis quidem manifeſta ſimilitudo, quæ plurimis ſane locis, cum in ſingulorum verborum forma & uſu, in quibus nonnulla ſunt a vulgari conſuetudine remota, tum in quibusdam ſententiarum figuris, quatuor de Venatione libris cum carmine de Piſcatione intercedit, & a quovis etiam facile ſentiri atque intelligi poteſt.* Hæc igitur poëmata maximam inter ſe ſtyli ſimilitudinem exhibent ſimul & maximam diverſitatem. Ænigma eſt, quod ſic feliciter exſolvit perſpicax Schneiderus. Suſpicatur, *ab ipſo Oppiano Cilice primas lineas carminis de Venatione ductas fuiſſe, deinde vero ſucceſſiſſe neſcio quem ſcriptorem, qui interruptas operis partes contexuit & carmen inchoatum abſolvit.* Nihil eſt, ut vides, tam novum, tam abſurdum, quod vanis conjecturis explicari non liceat. Verumtamen quod ad Oppiani barbariem attinet & latiniſmi crimen, quod in eum molitur Schneiderus, nullum eſt, nullumque a Schneidero diſerte objectum, niſi

mendoſa quædam ſcribarum aut editorum incuria procreata; quæ fere omnia vel codd. autoritate emendavimus, vel conjecturis ſanavimus inter animadverſiones prudenter rejectis: cæterum maxime laudandus eſt noſter, nedum ſit culpandus, quod optimos poëtas Romanos Lucretium, Virgilium, Ovidiumque ſæpiſſime fuerit imitatus. Hic enim eſt latiniſmus tam acriter illi a Germano exprobratus; quod ſi in Cynegeticis, ut & in Halieuticis nonnullæ inveniuntur a Romanis ſcriptoribus uſurpatæ locutiones, non ideo λατινίζει Oppianus, ſed græciſſant Romani. Nemo denique, niſi ſolus Oppiano-maſtix, Cynegeticῶn ſcriptori ingenium venamque poëticam denegare poterit, modo hoc poëma legerit variis & exquiſitiſſimis deſcriptionibus refertum, venuſtiſſimis fabulæ ornamentis exhilaratum & epiſodiis auctum jucundiſſimis. Cui enim ab ingenio agreſti & barbaro profectæ videbuntur ſplendida equi deſcriptio, pulli & ejus matris inceſtus concubitus, potentia veris cuncta animantia ad amoris ἔργα incitantis, Lacedæmoniorum erga ſponſas prægnantes amabiles μηχαναὶ? Taurorum prœlia in ſecundo libro quis non mirabitur? Virgilium ipſum hac parte vincit Oppianus. Quid miſerabilius & animis ad miſericordiam commovendis aptius, quam capreæ ſylveſtris ad capreolos allocutio? quid denique amoris invocatione ſublimius? Hunc hymnum, certe ex latinis non deſumpſit, ex latinis natura frigidis, minimeque ad excogitandum acutis, quique nihil fortaſſe memoria dignum ſcripſiſſent, niſi prius a Græcis edocti fuiſſent & ab eis præcipua mutuaſſent. Sed de his ſatis dictum ſit: tu ipſe, lector, judica an æquo, an ſæviori animo critices ſuæ virgis Oppianum conciderit Schneiderus. Hunc tantum enixe rogo ne credat, ſi nonnullas in ejus opiniones inſurrexerim aliquo me in eum livore laborare, aut illi obtrectare voluiſſe; minime: ſed unicæ veritati inſerviendum puto, & quantum in me eſt bonarum litterarum augmentum & utilitatem promovere cupio.

Ad alia tranſeamus, & jam autores recenſeamus, qui vel ante vel poſt Oppianum de Piſcatione ſeu de Venatione ſcripſerunt; quorum enumerationem lectori eo minus injucundam fore ſpero, quod a Fabricio in Bibl. Gr. omnino neglectam hanc provinciam animadverto. Hanc notitiam jam tentaverat Rittershuſius in procemio ad vitam Oppiani, ſed multis numeris rem imperfectam reliquit. Poſt Rittershuſium *Bibliothecam hiſtoricam & criticam thereuticographῶn* conſcripſit gallice nobiliſſimus vir M. *Lallemant*, Vicarius Generalis diœceſeos Conſtantienſis, quamque præfixit operi gallico, cui titulus eſt *l'école de la chaſſe aux chiens courants par M. le Verrier de la Couterie, Rouen* 1763. Sed hæc bibliotheca non paucis ſcatet erroribus; præcipue, quod ad veteres & græcos ſcriptores pertinet, quos non ſatis accurate cognoviſſe videtur clariſſ. *Lallemant*. Schneiderus in præfatione tres aut quatuor tantum Halieuticographos enuntiavit, quorum ex operibus nonnulla ab Oppiano deſumpta ſunt. Nos vero de veteribus cunctis, quorum nomina ad aurem noſtram pervenerunt dicemus, & inter recentiores eos tantum in cenſum vocabimus, qui metrice hanc materiam perſecuti ſunt, & quorum ſcripta non minus ad humaniores litteras, quam ad ipſam artem pertinent. Ordinem temporum ſequimur.

I. Inter Græcos antiquiſſimus videtur *Ananius*, jambographus, qui de *Piſcatione* ſcripſerat. Vetuſtior eſt Epicharmo, a quo laudatur apud Athenæum Lib. 7. cap. 7. ſi Caſaubono fides eſt, nam non ſine mendi ſuſpicione locus ſe habet. *Ananias* quoque vocatur ab Ariſtophanis enarratore, teſte eodem Caſaubono ad Athenæum p. 503. Quæ vero ejus ſit patria, mihi nondum compertum eſt. Nihil hodie ab hoc poëta ſcriptum extat, niſi duo breviſſima fragmenta, quæ ab Athenæo proferuntur. Lib. 3. p. 78. & Lib. 7. p. 282.

II. Proximus huic adſcribendus eſt *Epicharmus*, qui in poëmate de *Nuptiis Hebes* multa de piſcium nomine & natura

„ omnium operum parens ſit affirmare nequeo. „ Ejuſdem Calliſthenis Sybaritæ locus hiſtoriæ Galliæ affertur a Joan. Stobæo περὶ νόσου Sermon. 98. ubi de flumine Arari, gallice *la Saone*, & de piſce Clupea agitur.

X. Adriani Imp. temporibus floruit *Xenophon Athenienſis* junior, vulgo, ſed perperam, *Arrianus* nominatus. Cynegeticon ſcripſit, quod nunc habemus. Non tam ad venationem pertinet opus illud, quam ad notitiam Gallorum canum & modum eos nutriendi & ad venationem informandi.

XI. Paulo poſt, Marco Antonino Philoſopho imperante, vixit *Marcellus*, Sidetas cognomine, ex urbe Pamphiliæ Side ejus patria. Medicinam profitebatur, & verſibus heroïcis ſcripſerat poëta non incelebris de piſcium natura, & de remediis, quæ a piſcibus petuntur. In naufragio perierunt Marcelli opera, quorum nunc fragmentum tantum extat centum & uno verſibus conſtans; illud ad calcem alterius Oppiani voluminis ob nimiam, qua nunc ſunt raritatem imprimi curabimus. Inter ἰχθυογράφους magis, quam Halieuticographos cenſendi ſunt & *Archeſtratus*, qui in γαστρονομίᾳ multa de condiendis piſcibus & de illorum ſapore ſcripſerat, verſibus heroicis, quorum non pauca diverſis locis ab Athenæo laudantur; & *Xenocrates*, cujus fragmentum habemus περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς, a Conrado *Geſnero* primum in lucem editum ſcholiisque illuſtratum, & iterum a clariſſ. Franzio.

XII. Non multo ante Oppianum vixiſſe creditur *Leonidas Byzantinus* Metrodori filius. Utrumque rei piſcatoriæ peritiſſimum in Epilogo Hiſt. Anim. prædicat Ælianus, qui ex ejus libris oratione ſoluta ſcriptis teſte Athenæo, nonnulla deſumpſit, præſertim hiſtoriolam amoris Juvenis & Delphini, quam Sophiſta narrat Lib. 2. cap. 6. Hiſt. Anim. hanc quoque celebrat Oppianus Halieut. Lib. 5. verſ. 459. & ſua memoria in inſula *Poroſelena* accidiſſe ait.

XIII. *Demoſtratum* nunc habes, virum illuſtrem,

tam ſenatoria dignitate, qua erat decoratus, quam immenſa ſua doctrina & peritia rei piſcatoriæ, in quam viginti libros compoſuerat, ut teſtatur Suidas. Eum poſt Oppianum vixiſſe exiſtimat Schneiderus, levi ſatis argumento, ex eo ſcilicet, quod, omiſſus ab Athenæo, laudatus ſit ab Æliano de N. A. in Epilogo & Lib. 15. cap. 4. ubi vocatur a Sophiſta ἀνὴρ ἁλιευτικῆς σοφίας ἐπιστήμων, ναὶ μὰ Δία καὶ ἑρμηνεῦσαι χρηστός. Vid. & cap. 9. Facilius Schneidero aſſentior, eumdem eſſe *Demoſtratem* Apamenſem, quem de fluviis tradidiſſe quædam refert autor libri de fluviis, Plutarcho vulgo adſcripti.

XIV. De venatione ſcripſerat quoque *Soſtratus*, vel *Soſiſtratus*, nam de nominis ſcriptura ambigitur, e cujus ſecundo libro hiſtoriolam narrat Stobæus, in Sermone 62. pag. 403. editionis Geſneri. Eamdem habet ex *Parthenio* poëta Plutarchus in Parallelis minoribus cap. 41. p. 235. editionis Reiskianæ, &, quod notandum eſt, iiſdem omnino verbis apud Plutarchum & Stobæum. At non unicus extitit eodem nomine ſcriptor: fuit Soſtratus Grammaticus Ariſtodemi filius; hunc Auguſto imperante vixiſſe ſatis conſtat, ex eo quod ejus patris auditor fuerit Strabo Geographus, ut ille teſtatur in Lib. 14. ubi Soſtratum hunc commemorat inter illuſtres Niſæos. Fuit & Soſtratus, qui *Phanagorites* dicitur a Stephano Byzantino in voce Μυκάλη. Multa ſub Soſtrati vel Soſiſtrati nomine opera laudantur, quorum enumerationem vide apud G. Voſſium de Hiſt. Græcis Lib. 3. cap. 5. Utrum vero unius ſint autoris haud immerito dubitari poteſt.

XV. Græcorum Halieuticographῶν videtur ultimus *Agathocles* Aſtracius, qui de piſcatione oratione ſoluta ſcripſerat. Nihil de eo præter nomen & patriam tenemus, ſuppeditante Suida.

Ἰξευτικὰ ſcripſerant præter Oppianum *Chriſtodorus* Thebanus, idem fortaſſe ac ejuſdem nominis poëta, qui ſub Anaſtaſio vivebat. *Dionyſius* Samius, autor poëmatis βασσαρικῶν, teſte

Euſtathio ad Dionyſium Periegetem Prolegom. p. 12. Hujus Dionyſii carmen de avibus interpretatus eſt metaphraſi proſaica Sophiſta Eutechnius, quam metaphraſin nunc habemus in tres libros diviſam; eam vero e Dionyſii poëmate, non vero ex Oppiani Ixeuticis, ut vulgo creditur, deductam eſſe docet ipſe metaphraſtes ad operis finem.

Nec omittendum eſt *Demetrii* Pepagomenis Conſtantinopolitanenſis, qui vixit anno J. Chr. 1260 & Medicus fuit Imperatoris Palæologi, ἱερακοσοφίον, ſeu ars accipitres educandi. Cujus Demetrii alterum opus habemus Κυνοσοφίον, *de Educatione Canum*, Phæmoni Philoſopho veteri, neſcio qua ratione, tributum ab *Aurifabro*, qui ſub hoc nomine, Κυνοσοφίον publica luce donavit, Wittembergæ anno 1545 forma 8. Utrumque opus typis elegantiſſimis iterum imprimi curavit Rigaltius in collectione accipitrariæ rei ſcriptorum, forma 4, anno 1612. Deinde Lipſiæ anno 1654 prodiit Κυνοσοφίον cum notis & variis lectionibus, cura Andreæ Riſvini. Ultima eſt hujus operis editio ea, quam Londini publicam fecit Thomas Johnſon anno 1700, qui Gratium, Nemeſianum, Alconem Fracaſtoris, & libellum Joannis Kaii de Canibus Anglis uno complexus eſt volumine forma 8.

I. Primus inter Romanos occurrit *Gratius* poëta, patria Faliſcus, coævus Ovidii, qui de illo, Lib. 4. ex Ponto Epiſt. ultima verſ. 33.

Aptaque venanti Gratius arma daret.

Extat ejus *Cynegeticon* ſeu de venatione carmen, verſibus heroicis pure & eleganter ſcriptum, ſed extrema parte mutilum. De variis Gratii editionibus conſule Fabricium, Bibliotheca latina Tom. 1. p. 475. ex nuperrima editione Erneſti, Lipſiæ 1773. quibus adde præſtantiſſimam, quam fecit clariſſ. Wensdorf in Collectione Poëtarum latinorum minorum, Halæ 1780, forma 8.

II. *Ovidius Naſo* Halieuticon ſcripſerat carmen, cujus fragmentum hodie ſupereſt, quod tamen Gratio nonnulli tribuunt,

III. *M. Aurelius Olympius Nemeſianus* Carthaginienſis *Halieutica*, *Cynegetica*, *Nautica*, vel ut Caſaubonus legit, *Ixeutica* triplici carmine celebraverat *Eclogaſque bucolicas* compoſuerat. Soli nunc ſuperſunt *Cynegeticorum*, trecenti & viginti quinque primi verſus, & duo breviſſima de aucupio fragmenta; de quatuor ejus Eclogis bucolicis, quæ ad nos pervenerunt, taceo. Florebat Nemeſianus, ſi de iſto *floruiſſe* dici liceat, temporibus Numeriani, qui ante Diocletianum imperium obtinuerat, quod ex verbis Flavii Vopiſci colligitur, qui de Numeriano: *Verſu autem talis fuiſſe prædicatur, ut & omnes ſui temporis vicerit. Nam & cum Nemeſiano contendit, qui* ἁλιευτικὰ, κυνηγετικὰ *&* ναυτικὰ *ſcripſit: quique omnibus coronis illuſtratus emicuit.* Quæ male ad Nemeſianum relata adnotat Vlitius. Non unus extitit Nemeſianus Africanus. Itaque de noſtro conſule clariſſ. Wensdorfium in Procemio de Poët. Lat. minor. pag. 10. & 11. Altenburgi 1782.

I. Inter Recentiores primus apparet *Adrianus Caſtelleſi*, cognomine *Cornetto*, e vico Italiæ, in quo lucem adſpexit. Romana purpura indutus eſt & ad Cardinalatum evectus a Papa Leone X. Præcipuus unus fuit *Caſtelleſi* ex iis, qui templum litterarum reædificaverunt. Nonnulla ejus opera habemus eleganter ſcripta, inter quæ eminent tractatus *de ſermone latino & de modis latine loquendi*, & carmen de *Venatione*, verſibus phaleucis ſcriptum. Hujus operis titulus eſt *Adriani titulo ſancti Chryſogoni presbyteri Cardinalis Venatio ad Aſcanium Cardinalem.* Primum prodiit Argentorati 1512. deinde Baſileæ 1518. 4. forma. Coloniæ 1522 & 1524. 8. Pariſiis apud Simonem Colineum 1534. eodem anno Venetiis apud Paulum Manutium; apud Juntas 1581. Pulcherrima omnium eſt hæc editio, triplici indice aucta, latino, gallico, italico. Poëma Adriani denique ſuæ poëtarum collectioni inſeruit Feyerabendius.

II. Secundus eſt Petrus *Lotichius* Germanorum poëtarum

Alpha, judicio *Thuani* (Jac. Aug.) Hiſtor. ſuorum temp. Lib. 26. ad annum 1560. Præter varia poëmata duas eclogas venaticas edidit. Lotichius Naſſovianus erat, natus ſecunda die Novembris anni 1528. & e vita exceſſit 1560. trigeſimo ſecundo ætatis ſuæ anno.

III. Conradus *Heresbachius* Clivienſis, natus anno 1509, cum illuſtri origine, tum immenſa doctrina commendandus de triplici venatione, κυνηγετικῇ, ἁλιευτικῇ & ὀρνιθικῇ dialogum compoſuit, qui ad hiſtoriam animalium, & ad humaniores litteras magis, quam ad artem venandi pertinet; ideo in cenſum noſtrum adducimus, quamquam oratione ſoluta ſcriptum. Hoc Heresbachii opus extat ad calcem ejusdem *Rei ruſticæ Librorum* IV. Coloniæ 1571. & Spiræ 1595. 8°.

IV. Heresbachii coævus erat *Natalis Comes* ex Venetis oriundus. Quanta illi fuerit rerum antiquarum cognitio omnes norunt, & nemo eſt, qui doctiſſimam ejus Mythologiam frequenti manu non triverit. Carmen de venatione cecinit verſibus heroïcis & in quatuor diviſum libros. Ad imitationem Oppiani & veterum ſcriptum eſt hoc poëma, multaſque dotes venereſque græci poëtæ expreſſit. Prodiit primum apud Aldum 1551. 8°. & ad calcem Mythologiæ ſæpiſſime invenitur.

V. Hieronymus *Fracaſtor*, Veronenſis, elegantiſſimus poëta & ob ſuam *Syphilidem*, ſeu de lue venerea carmen, merito celebratus, medio ſeculo decimo ſexto floruit. Inter autores thereuticographos locum obtinet non ignobilem ſuo *Alcone* ſeu *de Cura Canum Venaticorum*, hexametro carmine ſcripto, qui prodiit Venetiis apud Juntas annis 1555, 1574, 1584, 4. forma. Deinde Genevæ 1621 & 1637, 8°. Iterum Padovæ 1718 & in deliciis Poëtar. Italor.

VI. Sed Thereuticographῶν poëtarum recentiorum longe omnium nobiliſſimus eſt Petrus *Angelius Bargeus*, Italus, vico *di Barga* in Etruria natus anno Chriſti 1517. Duo poëmata in noſtram materiam ſcripſit, primum de *Venatione*, he-

roïco carmine, in ſex libros diviſum, non vero in quatuor, ut inſcite narrat autor *doctorum judiciorum* Adrianus Bailletus, quem hoc nomine a doctiſſimo de la Monnoye non reprehenſum fuiſſe miror; nuſquam ſane poëmata Bargei viderat Bailletus; nos vero diu in manibus tractavimus, maxima cum voluptate relegimus, multaque eleganter ſcripta & ex Oppiano deprompta, immo fideliter translata deprehendimus, quorum nulla tamen in Animadv. noſtras adducere voluimus, quia numeroſiora fuiſſent, quæ notari debuiſſent. Hoc ſuum de venatione carmen Bargeus dicavit Coſmo Mediceo, Florentinorum duci. Alterum de *Aucupio* libro ſingulari complexum & Franciſco Mediceo dicatum primum prodiit Lugduni apud Sebaſt. Gryphum 1561. cum ejuſdem autoris tribus eclogis venaticis. Deinde utrumque poëma Florentiæ 1566, & collectio Bargei poëmatum omnium apud Juntas 1568. Aliud eſt Angelii heroïcum carmen *Syriade* in tredecim libros diviſum, cujus argumentum eſt Godofredi Bullionis in Syriam expeditio, & Hieruſalem ἅλωσις. De quo nihil dicam, cum ad rem noſtram non pertineat. Hoc tamen annotabo, errare iterum *Bailletum*, qui duodecim tantum libris hoc poëma conſtare ſcripſit. Carmen Bargei de Venatione italicis verſibus interpretatus eſt G. P. *Bergantini*, clericus regularis Theatinus, Venetiis apud G. B. *Albrizzi* 1736. forma 4ta.

VII. Joannis *Darci* Venuſini *Canes* habemus poëma non injucundum & perelegans. Prodiit Pariſiis apud Colinæum 1543. legitur & in *Amphitheatro* Dornavii & in *Deliciis Poëtarum Italorum*.

VIII. Nemo eſt humanioribus gaudens litteris, cui non notus ſit vir perilluſtris *Jacobus Auguſtus de Thou* ſub Henrico IV. Pariſini Senatus Princeps, & Galliarum hiſtoriæ ſcriptor præcipuus. Illi carmen elegans debemus *de Re Accipitraria* tribus libris diſtinctum & verſibus heroïcis ſcriptum; in lucem venit Lutetiæ apud Mamert Patiſſon anno 1584.

De Thuani poëſia ſic *Olaus Borrichius* judicat: ***Thuanus*** ***ut*** *in hiſtoricis ſeculi noſtri ſecundus eſt nemini, ita poëſeos gloria cedit pauciſſimis, quod vel tribus ejuſdem de re accipitraria libris diſcimus, nec ſomnio illius ad Chivernium Franciæ Cancellarium quidquam vigilantius.* Carmen de re accipitraria italicis verſibus reddidit G. B. *Bergantini.* Venetiis *Albrizzi* 1763, ſub hoc titulo: *Il Falconiere di Jacobo Auguſto Thuano* &c.

IX. Jacobus Timent *Savary*, Cadomæus, medio ultimo ſeculo florebat poëta latinus inſignis. Opera ejus, quæ ad venationem ſpectant ſunt: *Album Dianæ Leporicidæ*, ſive *Venationis Leporinæ leges, ad illuſtriſſ. Pomponium de Believre, ſupremi Galliarum Senatus Principem. Cadomi* (Caen) M. DC. LV. 8°. Hoc poëma verſibus hexametris ſcriptum in ſeptem libros dividitur. In eodem volumine ſequitur carmen ejuſdem autoris, ſingulari libro complexum, *Venatio Vulpina & Melina;* quatuor poſt annos alia edidit poëmata. *Venationis Cervinæ, Capreolinæ, Aprugnæ & Lupinæ leges autore Jac. Savari Codomenſi. Cadomi apud Joan. Cavelier M. DC. LIX.* Tripartitum opus eſt, continens 1° cervinam & capreolinam venationem in tres libros diviſam. 2° *Syotheram* ſive venationem aprorum in duobus libris. 3° Venationem luporum unico libro. Hæc poëmata *technica* potius, quam *didactica* dici poſſunt minimeque ſunt analyſi ſubjecta. Laudandus eſt præcipue autor, quod artis leges & vocabula vernacula docte perſpicueque Latio donaverit. In ejus poëmatibus artem non minus diſcere licet, quam in tractatu ſeveriori. Rara admodum hodie ſunt opera Savari: eorum cognitionem & uſum debeo doctiſſimo Abbati *le Blond*, inſcript. & human. litt. Academiæ ſocio, & Collegii Mazarinæi librorum cuſtodi, cujus humanitatem & doctrinam expertus ſemper prædicabo.

X. Jacobus *Vanierius*, unus e ſocietate Jeſu, Biteris natus anno

1664, inter poëtas thereuticographus merito recenſeri debet ob ſui prædii ruſtici cantum quatuor decimum, quem in venatione leporina & cervina totum conſumpſit. Quanta ſit Vanierii poëtica vena & Virgiliana concinnitas, nemo eſt litteratorum qui ignoret. Optima eſt prædii editio, quam autor ipſe fecit *Toloſæ* apud Petr. Robertum 1730, in 12. Pulchrior deinde prodiit Pariſiis 1746 iconibus illuſtrata, ſed mendis, incuria editoris, undique ſcatet turpiſſimis.

I. Ab Italis quoque Muſis ſæpe Venatio celebrata eſt illuſtrium ore poëtarum. Primus eſt ratione temporum *Tito Giovanni Scandianeſe* a patria *Scandiano* ſic nominatus, qui medio decimo ſexto ſeculo floruit, Hercule *d'Eſto* quarto Ferraræ Duce regnante, cui ſuum dicavit carmen in quatuor libros tributum, & verſibus ſcriptum, quos Itali vocant *ottave rime.* Hic eſt operis titulus: *I quattro libri della Caccia di Tito Giovanni Scandianeſe, colla dimoſtrazione de' luoghi de' Greci e Latini Scrittori, e con la traduzione della Sfera di Proclo Greco coſa a tal ſoggetto neceſſaria, in Venezia preſſo il Giolito* 1566, 4°. Scandianeſe bonas litteras docuit in *Aſolo*, ubi mortuus eſt anno 1582.

II. Eamdem materiam ſibi aſſumpſit vir illuſtris *Eraſmo di Valvaſone*, ſed largiori tractavit penicillo; opus ejus ſplendidiſſimis lucet imaginibus & inter præſtantiſſimos Italiæ poëtas autorem collocat. Hanc ſaltem opinionem in mente mea reliquit lectio poëmatis, cui titulus eſt: *La Caccia dell' illuſtriſſ. Signor Eraſmo di Valvaſone ricorretta & di molte ſtanze ampliato con le annotazioni di M. Olimpio Marcucci in Bergamo per Comin Ventura*, 1591 & 1593, 4°. deinde Venetiis apud Franceſco Bolzetta, 8°. ſine anno. Sed epiſtola nuncupatoria data eſt duodecima die Maji 1602. Carmen Valvaſonis in quinque cantus diviſum eſt & ſcriptum verſibus, quos Itali vocant *ottave rime.* Torquato Taſſo, qui coævus

erat Valvaſoni, hanc ejus operam laudibus extollit in ſonetto, qui reperitur ante carmen impreſſum.

III. *Angelo Poggeſi*, Piſanus Doctor, in publicam lucem poëma de Venatione edidit, cui titulus: *la Caccia Piſana, in ottava rima.* Quando Poggeſi floruerit ignoro, nec carmen vidi. Ejus tantum notitiam hanc accipio ex autore Italo doctiſſimo, *Franceſco Saverio Quadrio della ſtoria & della ragione d'ogni Poëſia, Tom. 4. Lib. 1. diſt. 3. c. 6. particella 1. Milano* 1749.

IV. *La Caccia* d'Aleſſandro Gatti *Poëma, nel quale ſi tratta pienamenta della natura & d'egli affetti d'ogni ſorta di fiere col modo di cacciar le & prender le libri tre in Londra appreſſo Giovanni Billio* 1619. Hic eſt hujus poëmatis titulus, multis partibus inferioris Valvaſonis & Scandianeſi carminibus.

Unicum Anglicum poëtam noſco, *Sommerville*, qui de Venatione ſcripſerit poëma, verſibus, quos vocamus *blancs*, id eſt *non rimés.* Multorum plauſus obtinuit carmen iſtud propter ſtyli elegantiam & concinnitatem verſuum. Præcipue vero commendandum eſt ob varias venandi rationes diverſorum orbis terræ populorum, quæ in eo celebrantur. Poëta natus erat in Comitatu Warwic anno 1692, obiit anno 1747, aliis operibus illuſtratus. Vide in Vita Poëtarum Anglorum Samuelis Johnſon, quid de Sommerville cenſuerit nobilis ille criticus. Germani, ſi qui ſunt, qui venationem cecinerint, ad aures meas non pervenerunt.

I. Noſtrates non ultimi fuerunt, qui Dianæ laudes vernaculis Muſis celebrare tentaverint. Jam ſeculo ineunte decimo quarto nobilis Normannus quidam, nomine *Gace de la Bigne* vel *de la Vigne*, carmen gallicum de Venatione ornithica, vel potius de re accipitraria compoſuit.

II. Gallis imperante Carolo IX, floruit Claudius *Gauchet* ejuſdem regis a ſacris, qui poëma ſcripſit de Venatione quatuor

libris diſtinctum & inſcriptum: *Les plaiſirs des champs diviſés en quatre livres, ſuivant les quatre ſaiſons de l'année, par Claude Gauchet Dampmartinois, aumonier du Roi. Paris, Cheſneau* 1583. Jam vita functus erat Carolus IX, cum hæc prima Gaucheti poëmatis prodiit editio.

III. Joannes *Paſſerat* Campanus ex Auguſtobona urbe vulgo *Troyes en Champagne* venaticum carmen ſcripſit, cujus eſt inſcriptio *le chien courant.* Verſibus decaſyllabis compoſitum. Prodiit inter alia ejuſdem autoris gallica poëmata Pariſiis apud viduam Mammert Patiſſon M. DC. II. Hoc carmen, quod hodie non ſine ſummo tædio legitur, magnis laudibus extulerunt ſummi ejuſdem temporis poëtæ *Baif* & *Ronſard.*

IV. Quæ ſequuntur titulo tantum nobis nota ſunt. V. Et nihil de autoribus vel de poëmatibus dicere poſſumus: *la Muſe chaſſereſſe par Guillaume du Sable*, Paris 1612. *la chaſſe au loup par M. l'Abbé de Fourneaux*, Paris 1708.

VI. Gallorum poëtarum, qui de Venatione ſcripſerunt poſtremus eſt M. *de Serey*, cui non inelegans carmen debemus, inſcriptum: *les dons des enfans de Latône, la muſique & la chaſſe du cerf, dédiés au Roi. Paris, Prault* 1734. 8°.

Hæc omnia poëmata, ſi verum fatendum eſt, multo materiæ inferiora ſunt, & dici poteſt, Muſis Gallicis plane novum adhuc eſſe argumentum venationem. Utinam tandem exoriatur aliquis poëta, qui Oppiani verſus imitatus linguam noſtram pulchro in hanc materiam carmine diteſcat.

Quantum vero ſit noſtræ editionis Oppiani pretium, brevi lectorem docebimus, poſtquam nonnulla dixerimus de illis, qui ante nos eamdem provinciam geſſerunt, vel alio nomine de Oppiano bene ſunt meriti.

Primum prodierunt Oppiani Halieutica, ex latina Laurentii *Lippii* verſione metrica, in oppido Colle, municipio Florentino apud Gallum cognomine *bonum* impreſſa anno 1474. (non vero 1447, ut legitur in præfatione Schneideriana, nec

ut apud Fabricium 1478.) Lippium non modo a ſenſu autoris hinc inde aberraſſe obſervatum eſt Rittershuſio & Leopardo Lib. 21. c. 20. emendationum, ſed & in modulis ſyllabarum turpiter adeo ſe paſſim dat, ut non lippire, ſed prorſus cæcutire videatur G. I. Voſſio de Arte grammatica Lib. 2. c. 40. *Fabricius* in Bibl. Græca Tom. 3. p. 627. Hæc editio Lippii iterum typis mandata eſt anno 1505. utraque inter rariſſimos libros numeratur.

Græce vero primum vulgati ſunt Oppiani quinque *de Natura ſeu Venatione Piſcium libri*, Florentiæ 1515. 8°. a Bernardo Junta. Hanc editionem iteravit Aldus Venetiis 1517, ſed multis deturpavit mendis, eique ſubjunxit quatuor Κυνηγετικῶν libros, qui tunc primum lucem adſpexerunt. Deinde anno 1555 Adrianus Turnebus utrumque poëma nitidiſſimis typis expreſſit, forma 4ta. Hæc editio multis ſe commendat dotibus. Non paucis mendis quibus præcedentes vitiabantur purgata eſt, ope codicis MS. cujus variæ lectiones in fine operis reponuntur, & annotationum Joannis *Brodæi*, Turonenſis Canonici, quæ jam Baſileæ per J. Hervagium in lucem fuerant editæ anno 1552. Ne credas tamen *Turnebum* emendationes *Brodæi* omnes in textum recepiſſe, fere enim omnes auctoritate manuſcripti fulciuntur. Quod quidem ignoraſſe videtur clariſſ. *Schneiderus*, qui in *Auctario Animadverſ.* ad Oppiani libros de Venatione p. 32. ait: *De Joanne Brodæo quidem liquido non poſſum affirmare, fere omnia ſaltem præcipua Aldinæ editionis vitia feliciter ab eo fuiſſe correcta, ita ut in Cynegeticis parum, aut nihil omnino mutatum ſit ab Adriano Turnebo, quod non antea ſolerter ingenium Brodæi vel Bodini excogitaverit.* At vero non ex ingenio ſolo Oppianum correxit Brodæus, ſed ope codicis manuſcripti, de quo ſic ipſe loquitur, pag. 125. ad verba οὐδὲ [illegible]: *Mutilus eſt non tantum hac in parte codex meus, ſed [illegible] quæ ſuperſunt, fragmentis depravatus.*

Hæc

Hæc Turnebi editio apud eundem Turnebum prodiit Pariſiis, non vero apud Guil. *Moretium*, ut legitur in præfatione Schneideriana. Sed eodem anno 1555 Guillemus Morelius luculentiſſimis typis exaravit *de Piſcatu libros quinque Laurentio Lippio interprete*, *de Venatione libros quatuor ita converſos*, *ut ſingula verba ſingulis reſpondeant*; quæ interpretatio Turnebo vulgo adſcribitur. Eodem quoque anno, novum interpretem nactus eſt Oppianus Joannem *Bodinum*, Andegavenſem, qui metricam de *Venatione* verſionem & doctiſſimum Commentarium in textum hujus poëmatis publica luce donavit, Lutetiæ apud Michaëlem. Vaſcoſanum 1555. (non vero 1554 ut in præfatione Schneideri legitur) forma 4ta. Multa ſunt in hocce Bodini Commentario laude digniſſima: innumeros diverſorum autorum locos collegit & cum Oppiano contulit, tum quod ad ejus loquendi rationem attinet, tum ad ferarum deſcriptionem illuſtrandam. Hinc nonnulla deſumpſit *Rittershuſius* & ſuum commentarium locupletavit, prætermiſſo, quod nollem, Bodini nomine.

Poſt Bodinum verſibus gallicis Oppiani Cynegetica interpretari conatus eſt *Florent Chrétien*, Henrici Magni Galliarum Regis Pædagogus, litteris Græcis & Hebraicis doctiſſimus. Fida ſatis eſt *Chriſtiani* interpretatio, ſed parum elegans. Tunc enim temporis non ea concinnitate & elegantia vigebat lingua gallica, qua nunc omnes Europæ populos ita demulcet, ut gentium potius, quam Gallorum loquela merito dici poſſit. Chriſtiani opus hoc inſcribitur titulo: *les quatre livres de la Vénérie d'Oppian*, *poëte grec d'Anazarbe*, *à Paris de l'imprimerie de R. Etienne*, *par Mamert Patiſſon.* M. D. LXXV.

Deinde ad Oppianum edendum acceſſit Conradus *Rittershuſius*, qui novam utriuſque poëmatis verſionem fecit, textum ad fidem editionis Turnebianæ & trium codicum ſcriptorum recenſuit, ſcholiis hucuſque ineditis in piſcationem

editionem ſuam locupletavit, auxit Commentariis doctiſſimis, in quibus tamen reprehendi poteſt, quod rem præcipuam, id eſt, hiſtoriam piſcium & quadrupedum omnino neglexerit. Verſio ejus interdum nimis eſt obſcura ἀρχαισμοῦ κακοζηλίᾳ, qua laboravit interpres, qui rara aut obſoleta omnino verba ſtudioſius conſectatur. Attamen longe rectius apud eum quam apud cæteros ſe habet Oppiani textus, & laude non indignam operam navavit. Aliter viſum eſt de illa *Schneidero*, qui ſuam fortaſſe editionem eo magis commendare exiſtimavit, quo violentius *Rittershuſium* inſectaretur. Itaque eum utrumque Oppiani carmen latina interpretatione & commentariis magis obruiſſe & obſcuraſſe, quam explicuiſſe dicit in Præfatione p. 10. deinde, *parum eum in Cynegeticis, in Halieuticis vero plane nihil intellexiſſe*, pronuntiat ex cathedra. *Exigua linguæ græcæ ſcientia leviter imbutum* fuiſſe criminatur. Sed nemo eſt qui huic accuſationi fidem omnino non deroget, modo legerit Rittershuſii commentarios, nemo qui non indignetur Schneiderum, ita faſtidioſe loquentem de viro, qui de Muſis Græcis & republica litterarum bene eſt meritus. Immo de mortuis ita loqui non decet, & hoſce Archilochi verſus, quos ignorare videtur Schneiderus, diſcat:

> Ζῶντας κολάζειν οὐ θανόντας εὐσεβές·
> οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσι.

Rittershuſii editio prodiit Lugduni Batav. ex officina Plantiniana apud Franciſcum Raphelengium, anno 1597, 8va forma. Eam iteravit Jac. Lectius in corpore poëtar.

Poſtrema eſt Oppiani poëmatum editio, quam publicam fecit Joh. Gottlob. Schneider. Argentorati M. DCC. LXXVI. cum nova verſione latina ἁλιευτικῶν ab eodem Schneidero, novis locupletata animadverſionibus, quarum maxima pars in variis lectionibus conjecturis & emendationibus conſumitur. Poëmatibus Oppiani ſubjunxit Eutechnii Sophiſtæ paraphraſin Ixeuticῶn, quæ Oppiano tribuuntur, cum interpretatione Geſ-

neri. Textum ad fidem editionum & Codicum Regiæ Bibliothecæ duorum recenſuit, ſed parum diligenter, ut ex noſtris Animadv. apparebit. Emendationes ſuas & aliorum ſæpiſſime in textum recepit nullius codicis autoritate niſus. Novum de Oppiano ſyſtema excogitavit, de quo jam diximus. Talis denique nobis viſa eſt hæc editio, ut novam inſtaurare omnino neceſſarium judicaverimus.

Hanc vero quam tibi offerimus, lector, erudite, non ſolum ad fidem editionum omnium recenſuimus, ſed ope quatuor codicum innumeris repurgavimus mendis, integro verſu locupletavimus, cujus defectu ſenſus turbatus erat. Iſti codices ſunt primus codex Venetus undecimo, ut fertur, ſæculo exaratus, cujus collationem debeo doctiſſimo & humaniſſimo viro *van Santenio*, qui cum audiviſſet, me in Oppiani editione occupatum eſſe, maxima, qua præditus eſt, comitate hujus codicis communicationem per litteras obtulit. 2) Codex Vaticanus, quem, meo ſumptu, Romæ deſcribi curavi a Dom. Franciſco *Cubié* V. Collegii Græcorum de urbe, nec non publico Hellenicæ linguæ Profeſſore, ex Codice in Vaticana Bibliotheca poſito ſub numero 118. Ille eſt, quem in *Obſervat. humanior.* laudat Andreas Schottus. 3) Codex Regius 2723, duodecimo ſæculo ſcriptus, quem jam *Schneiderus*, ſed ſerius, & jam typis abſoluto Oppiani textu, recognoverat. Hunc ſub littera A. indicamus in Variant. Lect. 4) Codex Regius alter, quem B. vocamus, ſæculo XIII. exaratus numero notatus 2860. in cujus margine vetuſtioris codicis lectiones invenimus pleraſque optimæ notæ. Præter hos codices duos alios conſuluimus notatos 2736 & 2737. in quorum initio reperimus vitam Oppiani verſibus politicis compoſitam a *Conſtantino Manaſſe*, qui medio ſeculo XII. vivebat, unde tibi damus. Duo iſti codices eleganti manu Angelii *Bergetii* ſcripti ſunt, litteris nitidiſſimis, & figuris animalium ornati, depictis ab Angelia filia Bergetii. Præcipuæ illæ ſunt horum codicum

)()( )(2

dotes, cæterum ex Aldina editione deſcripti videntur, nam iiſdem mendis vitiantur. In textum Oppiani nullas admiſimus lectiones, niſi eas, quas librorum editorum vel codicum autoritate ſatis firmatas intelleximus, ita ut genuinam Poëtæ ſcripturam, quantum fieri poteſt, habeas. Conjecturas vero & emendationes ex ingenio profectas inter variantes lectiones ablegatas voluimus. Longe tamen abſum, quin ſtulta veneratione ſcribarum ineptias proſequar, ſed exiſtimavi ſummorum tantum eſſe criticorum, non hominis ignoti & primum ſui in ſtadio litterarum periculum facientis, tantam oſtendere fiduciam, ut proprias emendationes in textum reciperet.

Interpretationem latinam Turnebi interdum emendatam damus, ſed inviti, nihil enim ridiculum magis quam linguam extinctam ope linguæ extinctæ explicare, & veneres græcas barbara loquela interpretari; utinam ab illa perverſa conſuetudine diſcedant laudabili conſenſu omnes viri docti. Solas vigentes linguas decet veterum interpretatio. Itaque pro mea virili parte conatus ſum, ut utrumque poëma Oppiani gallico ſermone redderem. Jam duos ultimos tantum Cynegeticῶn libros gallice interpretatus erat *Deſermat*, Senator Toletanus rei mathematicæ peritiſſimus, non vero linguæ græcæ. Ejus enim verſio, quæ ſimul cum interpretatione gallica Arriani, ſeu potius Xenophontis junioris libelli de Venatione, prodiit Pariſiis apud Dav Hortemels anno 1690, innumeris ſcatet contra autoris ſenſum vitiis, & ſtylo tædioſo ſcripta eſt, ac pene barbaro.

Dum agimus de interpretibus Oppiani, non omittendus eſt Antonio Maria *Salvini*, qui utrumque poëma verſibus Italicis reddidit ſumma fidelitate, & ſuis annotationibus illuſtravit. Hæc Italica interpretatio prodiit Florentiis anno 1728. Fertur & in Anglicam linguam ſub initio hujus ſeculi Oppianum tranſlatum fuiſſe: hanc interpretationem non vidi, etſi ſæpiſſime ab Anglis popoſcerim. Dicitur quoque Carmen Oppiani de Venatione latinis verſibus redditum fuiſſe a *Davide Peifero*.

Hæc interpretatio in lucem, ut opinor, nondum venit & ἀνέκδοτος latet. Ejus epiſtolam nuncupatoriam ad Sereniſſimum Principem Dominum Rudolphum II, Cæſarem Auguſtum Imperatorem Romanorum, publica luce donavit clar. *Schneider* in præfatione libelli, qui inſcribitur *Analecta critica in ſcriptores vet. græcos & latinos.* Libellum *Pauli Jacobi Foertſchii* de Oppiano poëta, Lipſiæ 1749. diu & fruſtra quæſitavi. Sed parvi eum eſſe momenti ad noſtram editionem, intelleximus ex iis, quæ excerpſit Schneid. l. c.

De Animadverſionum noſtrarum materia & argumento præcipuo jam diximus initio horumce prolegomenôn. Timeo, ne quibuſdam iſtæ longiores videantur, iis præſertim, qui verba magis, quam res computant. Sed hoc volui, ut, quidquid in Bodini & Rittershuſii Annotationibus bonæ frugis eſſet, in noſtras traduceretur, & unico volumine non pluribus lectori opus eſſet. Cæterum nec laboribus nec tempori peperci, ut non inutilem omnino operam navaverim; quæ ſi ita ſint, noſtris vigiliis fruere lector & fave.

Dabam Pariſiis in Muſæo, die Decembris nona anni 1785.

Alterum volumen bono animo expecta, cum ad me pervenerint trium codicum, Veneti, Vaticani, Bodleiani de Piſcatione, collationes, quas de die in diem venturas ſpero.

VITA OPPIANI

EX AUTORE ANONYMO.

Οππιανὸς ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Ἀγεσιλάου, μητρὸς δὲ Ζηνοδότης· τὸ δὲ γένος ἀπὸ Ἀναζάρβου (1) τῆς Κιλικίας. ὁ δὲ τούτου πατὴρ τά τε ἄλλα πλούσιος ὢν, καὶ τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ τῆς πατρίδος τὰ πρῶτα (2) νενομισμένος παιδείᾳ δὲ διαπρέπων, καὶ φιλόσοφον βίον ζῶν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤσκησε τὸν υἱὸν παιδεύμασι (3), καὶ ἐγκύκλιον ἅπασαν παίδευσιν μουσικήν τε καὶ γεωμετρίαν καὶ τὰ λοιπὰ τῶν μαθημάτων ἐπαίδευσεν, μάλιστα δὲ γραμματικήν. ἤδη δὲ Οππιανοῦ περὶ τριάκοντα ἔτη γεγονότος (4), ἐπεδήμησε τῇ Ἀναζάρβῳ (5) Σεβῆρος ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεύς· ἐπειδὴ δὲ πάντας (6) τοὺς πολιτευομένους ἀπαντᾷν ἔδει τῷ βασιλεῖ, ἀμελήσαντα (7) τῆς ἀπαντῆς Αγησίλαον, ὡς δὴ φιλοσόφως ζῶντα (8) καὶ κενοδοξίαν περιφρονοῦντα, χαλεπήνας ὁ βασιλεὺς ἐξώρισεν εἰς Μελίτην νῆσον τοῦ Ἀδρίου· οὗ δὴ συνὼν τῷ πατρὶ ὁ ποιητὴς ἔγραψε ταῦτα τὰ ποιήματα ἀξιολογώτατα (9)

---

(1) Codd. Palatini Rittershuſii dant ἀπὸ Κωρύκου ἤτοι ἀπὸ Αναζ.
(2) Codd. Palat. πρῶτος.
(3) Codd. Palat. ἐν παιδείᾳ τῆς ἐγκυκλίου παιδεύσεως δέδωκεν, alter μαθήσεως δίδωσιν. Deinde ſequentia abſunt uſque ad ἤδη δὲ — Οππιανοῦ.
(4) Cod. Palat. uterque γενομένου.
(5) ἐν τῇ Κωρυκίων πόλει Codd. Palat.
(6) πάντως Cod. Palat. deinde προσαπαντᾷν, & minor ὑπαπαντᾷ
(7) Codd. Pal. ἀμελήσαντος Αγεσιλάου τὴν ἀπάντησιν ποιήσασθαι
(8) Iidem ἅτε ἐμφιλοσόφως ζῶντος, καὶ ἀπηλλαγμένου πάσης κ- δοξίας ὀργισθεὶς ὁ Σεβῆρος ἐξωρίας κατεδίκασε τὸν Αγησίλαον ἐν - τῆς Ἰταλίας καλουμένῃ Μέντῃ, ἐν ᾗ συνείπετο τούτῳ καὶ ὁ ἐκεῖ δὲ διατρίβων.
(9) Aliter Codd. Pal. τὰ κάλλιστα ὄντα ἐν πέντε βιβλίοις οἷς συνέταξε. ταῦτα δὲ τελέσας ἐν τῇ νήσῳ, ἀνελθὼν ἐν τῇ Ῥώ- συγκαλέσας τὴν σύγκλητον καὶ τὸν Σεβήρου υἱὸν Ἀντωνῖνον, - λευτήσαντος Σεβήρου, ἀνέγνω μεταξὺ τούτων τὰ ποιήματα - μασθεὶς δ' ἐπὶ τούτοις ἠξιώθη παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτήσ- ἂν βούλοιτο. ὁ δὲ τὸν πατέρα, φησὶν, ἀφεῖσθαι βούλομα-

ὄντα. ἐλθὼν δὲ εἰς Ῥώμην, καὶ ἐπ' Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου ἐπανελθεῖν ὑπαναγνοὺς αὐτὰ (ὁ γὰρ Σεβῆρος ἐτεθνήκει) ἠξιώθη ἐκεῖνος ὃ ἂν βούλοιτο, ἐπὶ τῷ δώρῳ τῶν τοιούτων ποιημάτων· ὁ δὲ κάθοδον τῷ πατρὶ ᾔτησε. τυχὼν δὲ προσέλαβε καὶ ἐπὶ ἑκάστῳ ἔπει ἤτοι στοιχείῳ χρυσοῦν νόμισμα. ἐπανελθὼν δὲ ἅμα τῷ πατρὶ, λοιμοῦ ἐμπεσόντος τῇ πόλει Ἀναζάρβῳ μετ' ὀλίγον χρόνον τελευτᾷ καταλιπὼν τοὺς γονεῖς ἔτι περιόντας. οἱ δὲ πολῖται θάψαντες αὐτὸν, ἄγαλμα πολυτελὲς αὐτῷ ἀνέστησαν καὶ ἐπέγραψαν τάδε.

Ὀππιανὸς κλέος εἷλον ἀΐδιον (10), ἀλλά με μοίρης
βάσκανος ἐξήρπαξε μίτος, κρυερός τ' Ἀΐδας με
καὶ νέον ὄντα κάτεσχε (11) τὸν εὐεπίης ὑποφήτην·
εἰ δὲ πολύν με χρόνον ζωὸν (12) μίμνειν φθόνος αἰνὸς
εἴασεν οὐκ ἄν τις μοι ἶσον γέρας ἔλλαχε φωτῶν.

ἔγραψε δὲ καὶ ἄλλα ποιήματά τινα θαυμαστὰ, τά τε Ἰξευτικὰ καὶ Κυνηγετικὰ, ἑκάτερα ἐν πέντε βιβλίοις, ζήσας ἔτη τριάκοντα. πολὺ δὲ τὸ ἀνθηρὸν ἔχει καὶ λεῖον μετὰ τοῦ πυκνοῦ τε καὶ ἀδροῦ ὅπερ ἐστὶ δυσχερέστατον. τυγχάνει δὲ μάλιστα ἐν ταῖς γνωμολογίαις καὶ παραβολαῖς.

σου· ταύτης γοῦν τῆς αἰτήσεως τυχὼν, καὶ τὸν πατέρα τῆς ἐξωρίας ἀνασωσάμενος καὶ τοσαῦτα νομίσματα ὅσους εὑρέθη ἔχοντα στίχους τὰ ποιήματα παρὰ τοῦ βασιλέως λαβὼν, χρυσοῖς γράμμασιν ὕστερον τὰ ποιήματα ἔγραψε, συντάξας καὶ ἄλλα ποιήματα θαυμαστά. ἐπανελθὼν γοῦν εἰς τὰ οἰκεῖα μετὰ τοῦ πατρὸς, εὐθέως λοιμοῦ ἐλθόντος ἐν τῇ Κωρυκείων πόλει, τριακονταετὴς ὢν, τελευτᾷ τοὺς γονεῖς ἔτι περιόντας καταλιπών. ἠρίον δὲ θαυμαστὸν αὐτῷ ἡ πόλις ᾠκοδόμησε καὶ ἀγάλματα πολυτελῆ ἔστησεν ἐγχαράξασα τάδε.

(10) ἔσχον ἀοιδίμον cod. Palat. Sylburg. ἀοιδέων. Noſtrum e cod. Regio 2735. jam a Schneid. datum. ἀείμνηστον Florentinus liber a Juntis editus anno 1515 prave.

(11) κατέσχετο codd. Palat.

(12) ζωὸν abeſt a cod. Sylb. qui duos ultimos verſus ſic legit;
εἰ δὲ πολύν με χρόνον μίμνειν φθόνος αἰνὸς εἴασεν
οὐκ ἄν μοι τις ἶσον κλέος ἔλλαχεν ἐν χθονὶ φωτῶν.
ζωοῖς habet cod. Palat. min. major ζῷ, pro quo ἐν ζωοῖς conjecit Rittershuſius.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΜΑΝΑΣΗ ΓΕΝΟΣ ΟΠΠΙΑΝΟΥ.

ΔΙΑ ΣΤΙΧΩΝ ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ ΕΜΜΕΤΡΩΝ.

Ex Codice Regio 2737.

Ὀππιανὸς ὁ ποιητὴς Κίλιξ μὲν ἦν τὸ γένος
ἐκ λαμπροτάτης πόλεως ναζάρβου καλουμένης,
τρισευδαιμόνων γεγονὼς περιφανῶν γονέων,
Αγησιλάου μὲν πατρὸς, μητρὸς δὲ Ζηνοδότης·
σοφίας ὄντος τοῦ πατρὸς ἐμπλέῳ καὶ παιδείας
τῆς μείζονος, καὶ μάλιστα καὶ τῆς ὑψηλοτέρας.
ἤκμαζε δ' οὖν ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ κράτορος Σεβήρου,
Σεβήρου τοῦ γεννήσαντος τὸν Μάρκον Αντωνῖνον,
οὗ περ ἐπιδημήσαντος τοῖς Κιλίκων ὅροις,
(ἔθος γὰρ ἦν ἐπικρατοῦν τότε τοὺς μοναρχοῦντας
ἁπάσας περιέρχεσθαι τὰς ὑπ' αὐτοὺς συχνάκις,
ἵν' ἀνορθοῖντο παρ' αὐτῶν ἂν ὑποσκάζωσί τι.)
καὶ συῤῥυέντος εἰς τ' αὐτὸ γένους παντὸς Κιλίκων
πρὸς τὴν ἐκείνου προπομπὴν, καὶ πάντων ὑπαντώντων,
ὁ μέγας Αγησίλαος ἐλέλειπτο καὶ μόνος,
βίβλοις καὶ γὰρ ἐσχόλαζε νύκτωρ καὶ μεθημέραν,
θηρώμενος τὰ κάλλιστα πάντων τῶν μαθημάτων,
καὶ σκυλακεύων τὸν υἱὸν ἐς τὰς ὁμοίας θήρας.
θυμοῦται τοίνυν ὁ κρατῶν, μετάπεμπτον ποιεῖται
τὸν τῆς σοφίας ἐραστὴν, ὕβριν καὶ γὰρ ἡγεῖτο
τὸ μὴ καὶ τοῦτον προπομπὸν ἐκείνου καθεστάναι.
καὶ τίθησιν ἐξόριστον εἰς τὴν Μελίτην νῆσον,
ἣν ἀμφικλύζει πέλαγος εὐρυχανδὲς Αδρίου.
ἔνθα συνὼν Ὀππιανὸς αὐτῷ, τριακοντούτης

τὴν τῶν ἰχθύων ἔγραψεν ἄγραν τὴν ἐναλίαν,
τὴν τῶν θηρίων μετ' αὐτὴν, εἶτα τὴν τῶν ὀρνέων,
σὺν ἄλλοις πλείοσι λεπτοῖς καὶ πολυτμήτοις (1) βίβλοις
ὧν περ κατεκαυχήσατο χρόνος ὁ πανδαμάτωρ.
τούτων τῶν δύω τέλεον φεισάμενος καὶ μόνων
τῶν εἰς τὰ Κυνηγέσια καὶ πρὸς τὴν ἐναλίαν.
ἐπεὶ δ' εἰς Ῥώμην ἀναχθεὶς, τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην,
τῷ βασιλεῖ συνήντετο Ῥωμαίων Ἀντωνίνῳ,
(ὁ γὰρ Σεβῆρος ᾤχετο λιπὼν τὸν βίον,)
καὶ βίβλους ἐνεχείρισεν αὐτῷ τὰς πονηθείσας·
τοσαύτην τὴν ἀγάπησιν ἴσχε πρὸς βασιλέως,
ὡς κελευθῆναι ζήτησιν τὴν προσθυμὸν (2) ἐκφῆναι.
ὁ δὲ ζητεῖ τὴν τοῦ πατρὸς καταγωγὴν ἐκ νήσου.
κατευστοχεῖ τοῦ θελητοῦ, λαμβάνει τὸν γενέτην.
ἀπαριθμεῖται καὶ χρυσὸς αὐτῷ πρὸς βασιλέως
ἑνὸς στατῆρος ὦνον ἕνα τιθέντος στίχον.
καὶ ταῦτα μὲν ἐνθαυτά μοι στήτω τοῦ πρόσω δρόμου,
τὰ γὰρ πολλὰ παρίημι μῆκος ἐκφεύγων λόγων·
ὅτι τεθναίη σὺν πατρὶ στραφεὶς ἐν τῇ ναζάρβῳ,
λοιμώδους νόσου καὶ φθορᾶς τὴν πόλιν βοσκηθείσης·
ὅτι θανόντος ἄγαλμα πολυτελὲς ὁ δῆμος
ἔστησαν, ἐπιγράψαντες ἔπαινον ἐλεγείοις.
ὅτι τυγχάνει προσφυῶς πάνυ τοι γνωματεύων,
τὰ πράγματα δ' ὑπέψια δείκνυσι παραβαλών·
καὶ τελευταῖον ὡς πολὺ τὸ λεῖον ἐν τοῖς λόγοις
ὁ τοῦ (3) σαφῶς συνευναστικὸν οἷά περ ἄνθος ἔχει
ἀλλὰ καὶ τὴν πυκνότητα τὴν τῶν ἐνθυμημάτων
ὃ δυσχερὲς τοῖς ῥήτορσι καὶ παντελῶς ἐργῶδες.

(1) Legitur & βραχυτμήτοις in altero cod.
(2) Legitur & πρὸς θυμῶν.
(3) Lege ὅτι.

Hi ſunt verſus *Conſtantini Manaſſe*, qui medio ſeculo duodecimo Conſtantinopoli vivebat, quoſque certe non ut elegantes tibi damus, lector erudite, ſed ut novum habeas in poëtam teſtimonium.

TESTIMONIA VETERUM ET RECENTIORUM QUORUNDAM DE OPPIANO.

E Suida.

Ὀππιανὸς, Κίλιξ ἀπὸ Κωρύκου πόλεως, γραμματικὸς καὶ ἐποποιὸς, γεγονὼς ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου βασιλέως. ἔγραψεν Ἁλιευτικὰ ἐν βιβλίοις ε'. Κυνηγετικὰ ἐν βιβλίοις τέσσαρσι. Ἰξευτικὰ βιβλία β'. ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν ποιημάτων αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος, ἐδωρήσατο αὐτῷ πρὸς ἕνα στίχον ἐν μέτρῳ στατῆρα χρυσοῦν ἤγουν νόμισμα. ὡς λαβεῖν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι νομισμάτων μυριάδας β'.

Ex Hermiæ Sozomeni eccleſiaſtica hiſtoria, in proœmio ad Theodoſium juniorem.

Οἷον δὲ σαυτὸν περὶ τοὺς λέγοντας παρέχεις, οὐ τοιοῦτοι Κρητῶν οἱ πάλαι ἐγένοντο παρὰ (lege περὶ) τὸν ἀοίδιμον ἐκεῖνον Ὅμηρον, ἢ Ἀλευάδαι περὶ Σιμωνίδην ἢ καὶ Διονύσιος ὁ Σικελίας τύραννος περὶ Πλάτωνα τὸν Σωκράτους διδάσκαλον, (repone potius μαθητὴν) ἢ Φίλιππος ὁ Μακεδὼν περὶ Θεόπομπον τὸν συγγραφέα, καὶ Σευῆρος ὁ Καῖσαρ περὶ ΟΠΠΙΑΝΟΝ, τὸν ἐν τοῖς μέτροις τῶν ἰχθύων τὰ γένη καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν θήραν ἀφηγησάμενον. Paulo infra. Σευῆρος δὲ μετρίας (alias μετρικῆς) ποιήσεως χρυσοῦν κατὰ στίχον Ὀππιανῷ δωρησάμενος, ὡς χρυσᾶ ἔπη τὰ Ὀππιανοῦ εἰς ἔτι νῦν παρὰ τοῖς πολλοῖς ὀνομάζεσθαι.

Ex Athenæi Deipnoſoph. Epitome Lib. 1. pag. 13.

Εἰκάζει δὲ (Ὅμηρος) καὶ τοὺς ὑπὸ Σκύλλης ἁρπαζομένους Ὀδυσσέως ἑταίρους ἰχθύσι προμήκει ῥάβδῳ ἁλισκομένοις καὶ θύραζε ῥιπτομένοις ὥστε καὶ ταύτην τὴν τέχνην ἀκριβοῦν μᾶλλον τῶν τοιαῦτα προηγουμένως ἐκδεδωκότων ποιήματα ἢ καὶ συγγράμματα. Καίκιλον (lege Κικίλιον) λέγω τὸν Ἀργεῖον, καὶ Νουμένιον τὸν Ἡρακλεώτην, Παγκράτιον τὸν Ἀρκάδα, Ποσειδώνιον τὸν Κορίνθιον, καὶ τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον Ὀππιανὸν τὸν Κίλικα.

Ex Arſenii Monembaſiæ Archiepiſcopi præfatione ad Carolum V. Rom. Imp. qua ei Phile Jambos de proprietate animalium dedicat.

Ὀππιανὸς μὲν πάλαι, γαληνότατε βασιλεῦ, ἁλιευτικὰ καὶ κυνηγετικὰ συγγραψάμενος, τῷ βασιλεῖ Ἀντωνίνῳ ἀφωσιώσατο· οἷς ἐκεῖνος ὑπερησθεὶς τὸν μὲν ἐκείνων πατέρα μεγαλοπρεπῶς τε ἅμα καὶ ἐλευθερίως ἐδεξιώσατο, τὸν δὲ πάππον ἐξόριστον ὄντα τῷ υἱῷ φίλα φέρων τῇ πατρίδι κατήγαγε.

Euſebii & Hieronymi teſtimonium in prolegomenis adduximus, ut & Tzetzæ.

Ex Rittershuſii Procemio de Vita Oppiani.

J. C. Scaliger in Exercitation. Exoter. 218. ſectio 1. 202. 5. 223. 5. 210. 1. vocat Oppianum, nunc Muſarum alumnum pudentiſſimum, ejuſque verſus tum pios, tum divinos, tum aureos, tum luculentiſſimos, tum pulcerrimos, tum maronianos, ſi cujuſquam Græcorum; nunc candidiſſimum atque magni loquentiſſimum, nec vulgari eruditione, nunc in Poëtices Lib. 5. cap. 9. adeo ſublimem, adeo numeroſum, ut eorum unus ad Virgilianam diligentiam adſpiraſſe videatur, & in cap. 16. quicum Græcorum neminem auſis comparare, cujus unius ſpiritu Virgilianam divinitatem repræſentatam ſemper judicarit; nunc, eod. cap. magnum poëtam (quod ſæpe a ſe dictum teſtatur) imo, maximum atque elegantiſſimum appellat in libro *de Cauſis linguæ lat.* Lib. 2. cap. 53. nunc abſolutiſſimum Græcorum, qui nitidiſſimo carmine ſine ſtrepitu rem oculis ſubjiciat; quo nemo omnium frequentius uſus ſit comparationibus, in quibus ſit & venuſtas & robur & candor & efficacia.

Ex Tillemontii Hiſt. Imp. T. 3. p. 144. edit. 1691.

Oppien, célèbre poëte grec, a vécu du temps d'Antonin Caracalla, fils de Sévère & de Julia Donna, comme il nous l'ap-

prend lui-même, & non pas ſous Antonin le Philoſophe, comme on le lit dans la Chronique d'Euſebe & de St. Jérôme. Il étoit Cilicien de la ville d'Anazarbe, comme on le lit dans une petite vie de ce poëte mise à la tête de ſes œuvres; dans laquelle néanmoins il y a pluſieurs choſes què nous ne voyons pas moyen de ſoutenir. Cette vie porte que Sévere ayant banni ſon père en l'isle de Malte, ou en celle de Méléda près de Raguſe, Oppien le ſuivit dans ſon exil, compoſa ſes poëmes dans ſon exil & les fut réciter à Rome, où on les trouva ſi beaux, qu'il obtint pour récompenſe le rappel de ſon père, & outre cela Sévère lui donna une pièce d'or pour chaque vers de ſon poëme de la pêche, ce qui fit appeller ſes vers des vers dorés.

Ce poëme ſur la pêche fut fait après la guerre lorſque Sévère & Caracalla regnoient enſemble, & ainſi vers l'an 200 au plutôt. Scaliger ſur une conjecture aſſez foible croit que ce fut vers le temps des jeux ſéculaires qui ſe célébrèrent en 204. Il eſt addreſſé à Antonin Caracalla. Le poëme de la chaſſe eſt addreſſé au même prince, mais qui apparement regnoit ſeul alors. Ce poëme doit avoir cinq chants, quoiqu'il n'en ait que quatre dans l'édition de Paris 1555, où il eſt viſible que cet ouvrage eſt imparfait. St. Jérôme dit que le poëme de la pêche eſt très-beau; Scaliger l'appelle divin. Cependant Sozomene ſe contente de dire que c'eſt un poëme médiocre.

Outre ces deux ouvrages que nous avons d'Oppien, ſa vie porte qu'il a fait pluſieurs poëmes admirables. Il dit lui-même qu'il avoit écrit la guerre des Parthes & la priſe de Ctéſephonte par Sévère. (error eſt Tillemontii, quem, duce Schneidero, emendavimus in Animadv. ad verſ. 31.) *On dit qu'après le rappel de ſon père il ſe retira avec lui dans Anazarbe, où il mourut de peſte n'ayant que trente ans.*

ΟΠΠΙΑΝΟΥ

ΟΠΠΙΑΝΟΥ ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΩΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Σοὶ, Μάκαρ, ἀείδω, γαίης ἐρικυδὲς ἔρεισμα,
φέγγος ἐνυαλίων πολυήρατον Αἰνεαδάων,
Αὐσονίου Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος, Αντωνῖνε,
τὸν μεγάλη μεγάλῳ φιτύσατο Δόμνα Σεβήρῳ
ὀλβίῳ εὐνηθεῖσα, καὶ ὄλβιον ὠδίνασα·
νύμφη ἀριστοπόσεια, λεχὼ δέ τε καλλιτόκεια,
Ασσυρίη Κυθέρεια, καὶ οὐ λείπουσα Σελήνη.
οὐδὲν ἀφαυρότερον Ζηνὸς Κρονίδαο γενέθλης·
(εὐμενέες Τιτὰν φαέθων, καὶ Φοῖβος Απόλλων)

OPPIANI DE VENATIONE LIB. I.

Tibi, Dive, cano, terræ illuſtre præſidium, lumen martiorum amabile Æneadum, Auſonii Jovis dulcis ſtirps, Antonine, quem magna magno procreavit Domna Severo, beato nupta, & beatum enixa, ſponſa præſtantiſſimi mariti, puerperaque pulcherrimi partus, Aſſyria Venus, & non deficiens luna, nihilo inferiorem Jovis Saturnii prole; (propitii ſint Titan Phaëthon,

v. 1. ἀείδω. In Ald. ἄιδω.
v. 4. φιτύσατο. Sic MS. Reg. & codex a *d'Orville* laudatus in Obſervat. Miſcell. T. 2. p. 192. Sic editio Turnebiana & Schneideriana. *Rittersh.* φυτήσατο, ut & Aldina; at in margine φυτεύσατο.

v. 6. ἀριστοπόσεια. Conjecit ἀριστοποσίεια *d'Arnaud* Lect. Gr. p. 177.
v. 9. εὐμενέες. Sic MS. Regius 2737. & omnes editiones, præter Schneiderianam, quæ ex ingenio habet εὐμενέοις. Alter codex R. 2723. εὐμενέον. Codex Sylb. εὐμενέοι. Vide notas.

τόν ῥα πατὴρ, κρατερῇσι πονησάμενος παλάμῃσι,
δῶκεν ἔχειν πᾶσαν τραφερὴν, πᾶσαν δὲ καὶ ὑγρήν.
σοὶ μὲν γὰρ θαλέθουσα κύει πάνδωρος ἄρουρα,
καὶ πάλιν εὐδιόωσα τρέφει κλυτὰ φῦλα θάλασσα,
σοὶ δέ τε πάντα νάουσιν ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥέεθρα,
φαιδρά τε μειδιόωσα θέει κλυτὸς Ἠριγένεια.
Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἔραμαι θήρης κλυτὰ δήνε' ἀεῖσαι·
τοῦτό με Καλλιόπη κέλεται, τοῦτ' Ἄρτεμις αὐτή.
ἔκλυον, ἣ θέμις ἐστὶ, θεείης ἔκλυον ἠχῆς,
καὶ θεὸν ἠμείφθην· πρώτη δέ με τοιάδ' ἐνισπεν.
Α. ἔγρεο, καὶ τρηχεῖαν ἐπιστείβωμεν ἀταρπὸν,
τὴν μερόπων οὔπω τις ἑῇς ἐπάτησεν ἀοιδαῖς.
Ο. ἵλαθι, πότνια δῖα, τάδ' ἐν φρεσὶ σῇσι μενοινᾶς

& Phœbus Apollo) cui quidem pater, validis cum acquiſiviſſet brachiis; dedit habere omnem terram, totumque mare. Tibi enim floreſcens parturit almus ager, rurſumque tranquillum paſcit inſignia genera mare, tibique omnes fluunt ab Oceano amnes, læteque ridens currit illuſtris Matuta.

Namque aveo venationis nobiles artes canere. Iſtud mihi Calliope imperat, iſtud Diana ipſa. Audivi, ut fas eſt, divinam audivi vocem; & deæ reſpondi viciſſim. prior autem me ſic compellavit: *D.* Surge ſis, & aſperam ingrediamur viam, quam mortalium nondum quis ſuis calcavit carminibus. *O.* Fave ve-

v. 10. τόν. Sic MSS. & editiones; in Schneideriana vero τῷ ex emendatione ill. Viri *Brunckii.* Vide noſtras animadverſiones. κρατερῇσι e margine *Rittersh.* recepimus, ut & clar. *Schneider*, habet C. Reg. B. Alii μεγάλῃσι.

v. 12. θαλέθουσα. Ita omnes. θαλέουσα exhibet *Rittersh.* marg.

v. 15. θέει κλυτός. In membranis πέλει κλυτὸς reperit *Schottus* Obſerv. Hum. p. 88. Idem fert codex Regius. In Aldina περίκλυτος legitur.

αμμες ὑφ' ἡμετέρῃ μεροπηΐδι λέξομεν ἠχῇ.
Α. οὐκ ἐθέλω τριετῆ σε τὰ νῦν ὀρίβακχον ἀείδειν,
οὐ χορὸν Αονίου παρὰ βένθεσιν Ασωποῖο.
Ο. λείψομαι, ὡς κέλεαι, τὰ Σαβάζια νύκτερα θύσθλα·
δηθάκις ἀμφεχόρευσα Θυωναίῳ Διονύσῳ.
Α. μὴ γένος Ηρώων εἴπῃς, μὴ ναυτίλον Αργὼ,
μηδὲ μόθους μερόπων, μή μοι βροτολοιγὸν ἀείδῃς.
Ο. οὐκ ἐρέω πολέμους, οὐκ Αρεος ἔργα κάκιστα·
ἐφρασάμην Πάρθων τε δύας, καὶ Κτησιφόωντα.
Α. ἀμφὶ μόθοις ὀλοοῖσιν ἀκὴν ἔχε, λειπέ τε κεστούς·

neranda dea, quæ in animo tuo agitas, nos noſtra humana eloquemur oratione. *D.* Nolo triennalem te nunc montanum Bacchum canere, non choreas Aonii ad gurgites Aſopi. *O.* Mittam, ut imperas, Bacchi celebrare nocturna ſacra: perſæpe duxi choreas Thyonæo Libero patri. *D.* Ne genus heroum dicas, ne fluctivagam Argo, neque prœlia hominum, ne mihi funeſtum Martem canas. *O.* Non dicam bella, non Martis facinora pernicioſiſſima. Dixiſſem Parthorumque Clades, & Cteſiphontem (captam). *D.* De bellis nefariis taceto, ac relinque

v. 22. ἴλαθι. Superſcriptum habet ἴλαο cod. Reg. deinde τά δ' ἐνὶ φρεσί. Codd. Vat. & Sylb. alii τὰ μὲν φρεσί. Noſtrum e Cod. Reg. B.

v. 23. ἡμετέρῃ. Cod. Reg. ἡμετέρην — ἠχῆς prave. Fortaſſe voluit ἡμετέρης ἠχῆς. Loco τοῦ, λέξομεν *Brodæus* conjecit λάζομεν, ab Aldina quæ fert λέζομεν.

v. 24. τριετῆ σε. Codex Reg. τριέτησι — ἀείδειν. repoſito σε ſupra δεῖν.

v. 26. λείψομαι. Legitur λείψομεν in cod. Reg. & in Vat. In Aldina λείψομε. τὰ Σαβάζια. Sic *Ritterſh.* & *Schneid.* Cod. Reg. τὰ σὰ βάζειν cum gloſſa λέγειν, & ita Ald. editio. *Turneb.* τὸ σαβάζειν. Quod & Reg. B.

v. 29. ἀείδῃς. In codice Reg. ἀοίδης. In cod. Veneto ἀοίδῃ. In Vat. ἀοιδήν.

v. 32. λειπέ τε. V. C. λείπε δέ. Aldina λείπε σέ. In Vat. cod. λείπε δὲ κελτούς.

ἐχθαίρω τὰ λέγουσιν ἀθύρματα Ποντογενείης.
Ο. ἐκλύομέν σε, Μάκαιρα, γάμων ἀμύητον ἐοῦσαν·
Α. μέλπε μόθους θηρῶν τε, καὶ ἀνδρῶν ἀγρευτήρων·
μέλπε γένη σκυλάκων τε, καὶ ἵππων αἰόλα φῦλα,
βουλὰς ὠκυνόους, στιβίης εὐκερδέα ἔργα.
ἐχθεά μοι θήρεα λέγειν, φιλότητας ἀείδειν,
καὶ θαλάμους ἐν ὄρεσσιν ἀδακρύτοιο Κυθείρης,
καὶ τοκετοὺς ἐνὶ θηρσὶν ἀμαιεύτοιο λοχείης.
Τοῖαι συνθεσίαι Ζηνὸς μεγάλοιο θυγατρός.
ἔκλυον, ἀείδω. βάλλοιμι δ' ἐπίσκοπον ἠχήν.
ἀλλὰ σύ γ' ἀντολίηθεν ἐπ' ὠκεανὸν βασιλεύων,

ceſtos. Odi quos dicunt luſus marinæ Veneris. *O.* Audivimus te, diva, nuptiarum expertem eſſe. *D.* Cane pugnas & ferarum, & virorum venatorum. Cane genera canum, & equorum pernices cœtus, conſilia ſolertia, indaginis ſagacis & quæſtuoſæ officia: odia mihi ferina dicito, amicitias canito, & thalamos in montibus lacrimis carentis veneris, & partus in feris obſtetrice carentis nixus. *O.* Hujuſmodi juſſa Jovis magni filiæ. Audivi, cano. Utinam autem vox mea ſcopum feriat. At tu, qui ab oriente ad Oceanum uſque imperas, placide

v. 34. ἀμύντον. Cod. Reg. ἄμικτον, & ſupra ἄμωμον. iterum ἀμύντον & ſupra ἀμαθῆ. vet. Cod. ἄμνηστον. ita quoque Cod. Venet.

v. 35. μόθους. μόθων in Cod. Reg. fortaſſe μόθον voluit, ut eſt in Cod. Venet. & in Vat.

v. 37. εὐκερδέα. Sic omnes & recte. δυσδερκέος conjecit *d'Arnaud.* Lect. Gr. p. 181. at clar. *Schneiderus* εὐκερδέος in ſuam editionem recepit ex emendatione V. D. margini Aldinæ adſcripta. Cui favet Cod. R. B.

v. 39. ἀδακρύτοιο *D'Arnaud* conjecit ὄρεσσ' ἀδιακρίτοιο. vel δι' ἀκρήτοιο. Vide noſtras animadv. in Cod. Venet. κυθήρης.

v. 40. ἀμαιώτοιο. Vulgo. In Cod. R. reperitur θηραμογοστόκου. Vet. Cod. θηρῶ ἀμαιωστοῖο. ἀμαιεύτοιο. in Marg. Ritterſh.

εὔδιον ἀμβροσίῃσιν ὑπ' ὀφρύσι σῇσι γεγηθὼς,
δεξιτερὴν ὀπάσαιο πανίλαον, ὀλβοδότειραν
γαίῃ, καὶ πολίεσσι, καὶ εὐθήροισιν ἀοιδαῖς.

Τριχθαδίην θήρην Θεὸς ὤπασεν ἀνθρώποισιν,
ἠερίην, χθονίην τε, καὶ εἰναλίην ἐρατεινήν.
ἀλλ' οὐκ ἶσος ἄεθλος· ἐπεὶ πόθεν ἶσα τέτυκται,
ἰχθὺν ἀσπαίροντα βυθῶν ἀπομηρύσασθαι,
καὶ ταναοὺς ὄρνιθας ἀπ' ἠέρος εἰρύσασθαι,
ἢ θηρσὶ φονίοισιν ἐν οὔρεσι δηρίσασθαι.
οὐ μὲν ἄρ' οὐδ' ἁλιῆϊ καὶ οὐκ, ἐτὸς, ἰξευτῆρι
ἄγρη νόσφι πόνοιο· πόνῳ δ' ἅμα τέρψις ὀπηδεῖ
μούνη, καὶ φόνος οὔτις, ἀναίμακτοι δὲ πέλονται.

ambroſiis ſub ſuperciliis tuis renidens; dextram præbe clementem, munificam terræ, & urbibus, & venatoriis hiſce carminibus.

Triplicem venationem deus conceſſit hominibus, aëriam, terreſtrem, & marinam amœnam: verum non par labor. Nam qui tandem paria fuerint, piſcem trepidantem e gurgitibus protraxiſſe, & paſſis volantes alis aves e cœlo deduxiſſe, aut cum feris trucibus in montibus certaſſe? Sed tamen nec piſcatori, nec utcunque aucupi venatio citra laborem: at laborem una oblectatio ſequitur ſola, nec ulla cæde ſeſe cruentant.

v. 46. εὐθήροισιν. Cod. Regius ita, & Cod. Venet. Editi εὐθήρῃσι.

v. 49. οὐκ. In Ald. οὐ.

v. 50. ἐκ ταναοῦ. In Cod. R. B

v. 52. δηρίσασθαι. E Codd. Reg. & Vat. recepimus. Editi lib. δηριάασθαι.

v. 53. οὐ μέν. In C. Vat. οὐ μήν. ἁλιῆϊ. ἁλίῃ in Cod. Reg. & in Aldina. ἁλιεῖ ad oram *Ritterſhuſ.*

v. 55. φόνος. Omnes habent πόνος. Recepimus ut & cl. *Schneider* certiſſimam docti Viri emendationem, *Herelii* Epiſtola critica ad Meuſelium p. 28.

ἤτοι ὁ μὲν πέτρῃσιν ἐφήμενος αἰγιάλοισι,
γυραλέοις δονάκεσσι καὶ ἀγκίστροισι δαφοινοῖς
ἄτρομος ἀσπαλιεὺς ἐπεδήσατο δαίδαλον ἰχθύν.
τερπωλὴ δ᾽ ὅτε χαλκοῦ ὑπαὶ γενύεσσι τορήσας
ὕψι μάλα θρώσκοντα βυθῶν ὑπὲρ ἀσπαίροντα
εἰνάλιον. φορέῃσι δι᾽ ἠέρος ὀρχηστῆρα.
ναὶ μὴν ἰξευτῆρι πόνος γλυκύς· ἦ γὰρ ἐπ᾽ ἄγρην
οὐκ ἄορ, οὐ δρεπάνην, οὐ χάλκεα δοῦρα φέρονται,
ἀλλ᾽ αὐτοῖς ἐπὶ δρυμὰ συνέμπορος ἕσπετο Κίρκος,
καὶ δολιχαὶ θώμιγγες, ὑγρός τε μελίχροος ἰξὸς,
οἵ τε δι᾽ ἠερίην δόνακες πατέουσιν ἀταρπόν.

Nempe ille ſcopulis inſidens littoreis, flexis calamis, & hamis ſævis intrepidus piſcator impedit ſolertem piſcem: oblectatio vero eſt, quando ferri genis confixum perquam ſublime emicantem ſuper æquora palpitantemque marinum tollit per aërem ſaltatorem (piſcem). Jam vero aucupi labor jucundus eſt: quippe ad venationem non enſem, non falcatum gladium, non ferreas haſtas ferunt, ſed ipſos ad ſylvas comes ſequitur accipiter, & longi funes, humidumque mellei coloris viſcum, quique aëriam calami ambulant viam. Ecquis vero hæc auſit

v. 58. ἐπεδήσατο. In Ald. & Vaſcoſ. deeſt hic verſus quem primus protulit *Bodinus*. In Codd. Vat. & Ven. invenitur. ἐπεδύσατο legitur ad oram *Rittershuſ.*

v. 59. χαλκοῦ ex Ed. Turneb. cum cl. *Schneidero* recepimus Alii χαλκὸν ut in Cod. R. quod jam pridem correxit *Vulcanius* ad Ariſtotelem de Mundo p. 221. multi eum ſecuti ſunt, *Bodinus*, *d'Arnaud* &c. ὑπαὶ pro ὑπὲρ ex ing. dedit *Schneider*. Cui adſtipulatur Cod. Reg. B.

v. 60. ἀσπαίροντα. Cod. R. ἀσκαίροντα.

v. 62. ἰξευτῆρι. *Brodæus* correxit ἰξευτῆρσι, quod probat cl. *Schneid.* in Analectis. Non ego. Vid. anim. noſtr.

v. 66. διηερίην uno verbo malebat *d'Arnaud* Lect. Gr. p. 185. *Turneb.* in Variet. memorat & *Rittersh.* habet ad oram.

τίς τὰ δὲ τολμήσειεν ἀείδειν ἰσοτάλαντα;
ἢ βασιλῆϊ Λέοντι τίς Αἰετὸν ἀντιβάλοιτο;
ἰῷ Παρδαλίων δὲ τίς ἂν Μύραιναν ἐίσκοι,
ἢ Θῶας Κίρκοις, ἢ Ρινοκέρωτας Εχίνοις,
ἢ Λάρον Αἰγάγροις, ἢ Κήτεα πάντ' Ελέφαντι;
Θηρητῆρε Λύκους ὄλεσαν, Θύννους δ' ἁλιῆες,
ἀγρευτῆρες Οἶς, Τρήρωνας ἕλον δονακῆες·
Αρκτον ἐπακτῆρες, καὶ Μορμύλον ἀσπαλιῆες·
Τίγριν δ' ἱππῆες, καὶ Τριγλίδας ἰχθυβολῆες·
Κάπρον ἰχνευτῆρες, καὶ Αηδόνας ἰξευτῆρες.

dicere paris momenti? aut regi leoni quis aquilam opponat? cum veneno autem pardorum quis murænam comparet? aut thoas cum accipitribus, aut rhinocerotas cum echinis? aut larum cum capris ſylveſtribus, aut cete omnia cum elephanto? venatores lupos perimunt, thynnos vero piſcatores: prædatores oves (ſylveſtres), columbas capiunt calamis aucupantes: urſum venatores, & mormyrum piſcatores: tigrin autem equites, & mullos piſcatores: aprum veſtigatores, & luſcinias

v. 69. ἰῷ Παρδαλ. In Cod. Vat. υῶ Παρδαλ. conſtanter in hoc Cod. πάρδαλις ſcribitur. πόρδαλις *marem*, πάρδαλις *feminam* indicat.

v. 71. λάρον. In Cod. R. λάμνην. Et in Vaticano apud *Schottum* obſerv. hum. p. 88. Vir doctus in Marg. Ald. *Schneideri* λαμν' duali numero.

v. 72. θηρητῆρε. In Cod. R. θηρητῆρες, deinde θύννους ἁλιῆες omiſſo δέ. In Aldina εἴλεσαν.

v. 74. Μορμύλον. Cod. Reg. & Vat. ſequimur ita ſcribentes, ut Oppiani manum ipſam ſervantes, nam in Halieuticῶn L. I. v. 100. legitur Μορμύλον. *Athenæus* Deipnoſ. L. 7. c. 18. vocat hunc piſcem Μορμύλον. *Ariſtoteles* vero Hiſt. an. L. 6. c. 17. Μορμύρον. In præcedentibus edd. Μορμυρον. In Rittershuſiana Μορμύρων. Errore Typog. ἀσπαλιῆες. In Cod. R. ἀσπαλικῆες.

v. 76. κάπρον. Ita omnes, excepto cl. *Schneidero* qui *Brodæi* conject. amplectitur, & in-

Ἀλλὰ σύ μοι, Νηρεῦ, καὶ δαίμονες Ἀμφιτρίτης,
ἠδὲ φιλορνίθων Δρυάδων χορὸς ἱλήκοιτε,
δὴ γὰρ ἐπιστροφάδην με φίλαι καλέουσιν ἀοιδαί·
δαίμοσι θηροφόνοισι παλίντροπος ἔρχομ' ἀείσων.
Πρῶτα μὲν αἰζηοὶ μή μοι μάλα πίονες ἔστων·
ἦ γάρ τοι σκοπέλοισι θορεῖν μέγ' ὑπείροχον ἵππον
χρειὼ ἀναγκαίη, χρειὼ δ' ἄρα τάφρον ἀλέσθαι·
δηθάκι δ' ἐν δρυμοῖσιν ἀνάγκη θῆρα δίεσθαι,
ποσσὶν ἐλαφρίζοντα καὶ εὐφόρτοις μελέεσσι.
τῷ μὴ πιαλέοι θήρης ἐπὶ μῶλον ἴοιεν·
μηδ' ἔτι λεπταλέοι· καὶ γάρ ποτε δηρίσασθαι

viſco fallentes. Verum tu mihi, Nereu, & dii Amphitrites, & aves amantium Dryadum cœtus propitii ſitis. Quippe viciſſim me caræ vocant camœnæ, & diis ferarum vaſtatoribus converſus eo cantatum.

Primum quidem adoleſcentes ne mihi valde obeſi ſunto. etenim inter ſcopulos conſcendere valde ingentem equum neceſſe eſt: opus porro foſſam ſaltu ſuperare: ſæpenumero etiam in nemoribus neceſſe feram ſectari, pedibus agilem & levibus artubus. Itaque ne obeſi ad venationis certamen eant, ne quid graciles. etenim aliquando dimicare cum feris bellicoſis

textuit κάπριον ἰχνευτῆρες, ἀηδόνας ἰξευτῆρες, adſtipulante tamen Cod. Reg. in quo καὶ adeſt.

v. 77. σύ μοι. *Turnebus* in varietate refert σὺ μέν. Et eſt in Aldina. Cod. Reg. habet Νηρεύς.

v. 79. δὴ γάρ. Cod. R. ἤγη. Niſi ἤδη, quod in Vat. legitur, voluerit.

v. 82. ἢ γάρ τοι. In Cod. R. εἰ γάρ. Deinde θορεῖν μέν. In Aldina ἢ γάρ τε.

v. 85. ποσσίν. Cod. R. B. ὥς κεν vulgatum habet Cod. R. A. qui præterea ἐλαφρίζοντε. In Turnebiana ὡς ποσ'. ex ingenio *Bodini*. *Janus Rutgerſius* Var. Lect. L. I. c. 17. malebat ὡς κλίν'. Cl. *Schneiderus* ex ingenio correxit γούνασ' ἐλαφρίζοντα, & in textum recepit. Vide noſtras Animadv.

θηρσὶν ἐνυαλίοις χρειὼ πολυαγρέα φῶτα.
τοὔνεκά μοι δέμας ὧδε κεραστάμενοι φοιτώντων,
ἀμφότερον κραιπνόν τε θέειν, σθεναρόν τε μάχεσθαι.
καὶ δ' ἄρα δεξιτερῇ μὲν ἐπικραδάοιεν ἄκοντας
ἀμφιδύμους, ταναούς, δρεπάνην δ' ἐπὶ μεσσόθι ζώνης.
καὶ γὰρ καὶ θήρεσσι πικρὸν φόνον ἐντύνοιντο,
καί τε κακῶν φορέοιεν ἀλεξητήρια φωτῶν.
λαιῇ δὲ πεζὸς μὲν ἄγοι κύνας, ἱππελάτης δὲ
ἵππων ἰθύνειε κυβερνητῆρα χαλινόν.
εὐσταλέως δὲ χιτῶνα καὶ εἰς ἐπιγουνίδα πήξας

neceſſe venationis ſtudioſum virum. Proinde mihi corpore ſic temperato eant (venatum), ſimul & veloci ad currendum, & forti ad dimicandum. Quin etiam dextra quidem vibrent jacula gemina longa. enſem autem falcatum in medio cingulo, quibus & feris acerbam mortem inferant, & maleficorum inſidias hominum propulſent. · Læva autem pedes quidem ducat canes, eques vero equorum regat moderatrices habenas. Expedite autem tunicam & genuum tenus aſtrictam geſtet; con-

v. 86. τῷ μή. In Cod. R. ῥώμη πιαλέη — ἄγοιεν. In verſu ſequenti μηδὲ πιλεπταλέῳ miſerrime.

v. 88. πολυαγρέα. Cod. R. πολιαγρέα. Ad oram *Rittersh.* πολυαρέα, quod *Turneb*, in Varietate memorat.

v. 89. φοιτώντων. φορέοιεν. In Variet. *Turneb.* & ad oram *Rittersh.* & in Cod. Reg. B.

v. 90. κραιπνόν τε. Sic in Codice Reg. & in Edd. *Brodæus* conjecit κραιπνοί τε σθεναροί τε, quod cl. *Schneider.* in ſuam recepit editionem.

v. 92. φόνον. Omnes habent πόνον. quod correxit cl. *Schneid.* in Cod. R. καὶ γὰρ θήρεσσι omiſſo καί.

v. 95. λαιῇ δέ. Ex Cod. R. & Venet. quod tenendum cenſet clar. *Schneider.* Recte, nam propter cæſuram producitur, & præcedenti μὲν reſpondet. In Variet. *Turnebi* οὖν. In editis δ' αὖ.

v. 97. ἐπιγουνίδα. *Bodinus*

ἑλκέσθω, σφίγγοιτο δ' ἐπημοιβοῖς τελαμῶσι.
αὐχένος αὖθ' ἑκάτερθε παρήορον ἐκ παλαμάων
εἷμα περιστέλλοιτ' ὀπίσω σθεναρῶν ὑπὲρ ὤμων,
ῥήϊον ἐς κάματον· γυμνοῖσι δὲ ποσσὶν ὁδεύειν
κείνους τοῖσιν ἴχνη μέλεται δυσδερκέα θηρῶν,
ὄφρα κε μὴ θήρεσσιν ἀπ' ὄμματος ὕπνον ἕλοιτο
ἠχὴ τριβομένων στιβαροῖς ὑπὸ ποσσὶ πεδίλων.
μηδ' ἄρα λώπος ἔχειν μάλα λώϊον, οὕνεκεν εἷμα
πολλάκι κινύμενον πνοιῇ κελάδοντος ἀήτου
θῆρας ἀνεπτοίησεν, ἀνήϊξαν δὲ φέβεσθαι.

nectatur autem alternis loris: cervicis dein ex utraque parte pendulum e manibus pallium conſtrictum habeat pone, validos ſuper humeros, faciliorem ad laborem: nudis autem pedibus incedant illi, quibus veſtigia curæ ſunt obſcura ferarum, ut ne feris ex oculis ſomnum adimat ſtrepitus attritorum pernicibus ſub pedibus calceorum: omnino vero pallium non habere multo ſatius eſt: quia pallium ſæpenumero motum flatu increbeſcentis venti, feras perterrefacit: exilierunt autem ad

mallet ἐπὶ γουνίδα. Corruptus videtur illuſtr. *Brunckio* hujus verſus finis & ſequentis initium & ſic recuſit εἰς ἐπιγουνίδ' ἀνέλκοι, σφιγξάμενος καθύπερθεν ἐπημ. Vide, inquit D. Vir, *Spanheim* ad Callim. in Dianam 11, v. 105. & *Caſaubon.* ad Theophr. περὶ ἀγροικίας. p. 139. & *Oppiani* κυνηγ. L. 4. v. 155. Unde præclaram hanc correctionem ſumpſit. Cod. Vat. ἐπὶ μηροῖς — ἐκ παλαμίδων habet.

v. 101. ποσσὶν ὁδεύειν. In Cod. Reg. legitur, γυμνοῖσι πόδεσσι μαχέσθω κείνοις τοῖσιν ἴχνη πέλεται.

v. 102. μέλεται. In Cod. Reg. & in Aldina πέλεται.

v. 104. στιβαροῖς. Vulgo λιπαροῖς. Recepi e Codd. Regio, Veneto, & Vat. præſtantius mihi videtur & ad rem congruentius.

v. 106. ἀήτου. ἀήτεω. conjecit clar. *Schneid.* e verſu 409. Lib. 4. κιννύμενον legitur in Aldina.

v. 107. ἀνεπτοίησεν. Cod. Reg. ἀνυπνοίησεν.

ὧδε μὲν εὖ στέλλοιντο θοὸν δέμας ἀγρευτῆρες·
τοίους γὰρ φιλέει Λητωϊὰς Ἰοχέαιρα.
Ἄλλοτε δ᾽ ἀλλοίην ὥρην ἐπὶ θῆρας ἰόντων·
ἤματος ἱσταμένοιο, καὶ ἤματος ἀνυμένοιο,
καὶ μεσάτου, ποτὲ δ᾽ ἑσπερίου, ποτὲ δ᾽ αὖτε καὶ ὀρφνῆ·
θῆρας ὑπ᾽ ἀκτίνεσσι Σεληναίης ἐδάμασσαν.
Ἠὼς μὲν τέταται περιδέξιος ἀγρευτῆρι,
πᾶσα γαληνιόωσα πανηματίοισι δρόμοισιν,
Εἴαρι φυλλοτόκῳ, καὶ φυλλορόῳ φθινοπώρῳ
ἔξοχα γὰρ τελέθουσι καὶ ἵπποις, καὶ μερόπεσσι,
καὶ κυσὶν ὠμηστῇσι, θέειν εὐκραέες ὧραι
Εἴαρι χρυσείῳ, κρυερῶν νεφέων ἐλατῆρι,

fugiendum. Sic quidem bene compoſitum habeant velox corpus venatores. Tales enim amat Diana jaculatrix.

Alias autem alio tempore in feras proficiſcantur, die ineunte, & die cadente, & medio, nonnunquam veſpertino, nonnunquam etiam noctu feras ſub radiis lunaribus domuerunt. Dies quidem protrahitur utilis venatori, tota ſerena ad perpetes curſus, vere frondoſo, & folia decutiente autumno, Egregie enim ſunt & equis, & hominibus, & canibus ſævis ad currendum moderata tempora vere aureo, gelidarum nu-

v. 110. ἐπὶ θῆρας. Cod. Reg. ἐπὶ θῆραν.

v. 111. ἀνυμένοιο. ἀνομένοιο correxit ex ingenio & in textum recepit clar. *Schneid.*

v. 114. & 115. pro his duobus unus reponendus videtur illuſtr. *Brunckio* πᾶν ἦμαρ τέταται περιδέξιον ἀγρευτῆρι. De verbo γαληνιόωσα vid. noſtras Animadv. in Aldina, legitur πᾶσα γὰρ γαλ.

v. 118. ὠμηστῇσι. In Aldina & Turnebi Var. ὠμηστῆρσι. In Cod. Veneto, ſicut & nos.

v. 119. χρυσείῳ. In Cod. R. χρυσέῳ.

ὁππότε ποντοπόροισι βατὴ πλώουσι θάλασσα
ἄργυφα τειναμένοισι λινοπτερύγων ὅπλα νηῶν·
ὁππότε γαῖα βροτοῖσι φυτηκομέουσι γέγηθεν·
ὁππότε καὶ καλύκεσσι καὶ ἄνθεσιν ἄμματα λύει.
ἢ πάλιν ἐσχατιῇσιν ὀπωρινῇσι τροπῇσιν,
ἡνίκα δῶμα τέθηλεν ὀπωρολόγοιο γεωργοῦ,
καρπὸς Ἀθηναίης λιπαρὴν ὅτε γαυλίδα πλήθει,
καὶ βότρυσ' ἡμερίδων θλίβων ἐπιλήνια χαίρει,
σίμβλα μελισσάων ὅτε λείρια κηρία βρίθει.
Χείματι δ' ἐν μεσάτῳ μέσον ἤματος ἀγρώσσοιο,
εὖτέ τις ἐν δρυμοῖσιν ὑπὸ σπήλυγγι λιασθεὶς

v. 207. ἀλεείνει. Sic alii. *Geſnerus* de Quadr. pag. 334. ut cum omnibus autoribus, a quibus diſcrepat noſter, congrueret, legi volebat ἀνδρῶν οὐκ ἀλεείνει. Sed vetat cl. *Schneid.* Vid. Animadv.

ἢ γὰρ ἐϋσχιδέων κεράων ὥρῃσι πεσόντων,
βόθρον μὲν κατὰ γαῖαν ἐρυξάμενοι κατέθαψαν,
ὄφρα κε μή τις ἕλῃσιν ἐπ' αὔλακος ἀντιβολήσας.
κεύθονται δ' αὐτοὶ πυμάτοις λασίοισί τε θάμνοις,
αἰδόμενοι θήρεσσι κάρηατα τοῖα φανῆναι
γυμνά, τά τοι προπάροιθε μετήορον ἀείροντο.
Ἀμφίβιοι δ' Ἔλαφοι· καὶ γὰρ τραφερὴν περόωσι,
καὶ πόντον πατέουσιν, ἀμάρτολον ἀλλήλοισι
ναυτιλίην πλώοντες ὅτ' ἐξανύουσι θάλασσαν.
πρόσθε μὲν εἷς Ἐλάφοισιν ἐπὶ στίχας ἡγεμονεύει,
οἷα κυβερνητὴρ μεθέπων οἰήϊα νηός·
τῷ δ' ἕτερος κατὰ νῶτον ἐρειδόμενος μετόπισθε.

nua ſtato tempore ceciderint, foſſam quidem humi excavantes defodiunt, ut ne quis capiat in ſulco reperta. Occultantur autem ipſi remotiſſimis denſiſque dumis, erubeſcentes feris capita ejuſmodi oſtendere nuda, quæ antea alte tollebant.

Duobus autem elementis vivunt cervi. etenim terram peragrant, & mare tranant, gregalem inter ſe navigationem navigantes, cum trajiciunt mare. Ante quidem unus cervorum catervis dux eſt, veluti gubernator tenens clavum navis: ei autem alius a tergo innixus pone cervice & capite, ſimul per

v. 214. λασίοισι. Ita Codd. Venet. & Vat. edd. Turneb. Schneid. aliæ λασίῃσι.

v. 217. περόωσι. Hic πατέουσι & deinde περόωσι ordine vulgari inverſo, dedit cl. *Schneider*, nullo favente Codice.

v. 218. πατέουσι. In Aldina πατεύουσι.

v. 219. ἐξανύουσι. Tres Codd. & ſenſus ita reponere jubent.

v. 221. οἰήϊα. In Cod. R. οἴηκια.

v. 222. μετόπισθε. Vatic. Cod. ita. Ald. Turneb. Rittersh. μετόπισθεν.

δειρὴν ἠδὲ κάρηνον ὁμαρτεῖ ποντοπορεύων·
ἄλλος δ᾽ ἄλλον ἔπειτα φέρων τάμνουσι θάλασσαν·
ἀλλ᾽ ὅτε νηχόμενον καμάτος πρώτιστον ἕλησι,
στοῖχον ὁ μὲν προλιπὼν ἔμολεν ποτὶ τέρμα φάλαγγος,
παύσατο δ᾽ ἀγκλινθεὶς ἑτέρῳ βαιὸν καμάτοιο·
ἄλλος δ᾽ αὖτ᾽ οἴηκας ἔχων ἐπὶ πόντον ὁδεύει.
πάντες δὲ πλώοντες, ἀμοιβαδὶς ἡγεμονῆες,
ποσσὶ μὲν οἷα πλάταισιν ἐρέσσουσιν μέλαν ὕδωρ,
ὕψι δ᾽ ἀνίσχονται κεράων πολυήρατον εἶδος,
οἷά τε λαίφεα νηὸς ἐπιτρέψαντες ἀήταις.

mare gradiens, alius autem alium deinde ferens, ſecant mare. Verum ubi natantem labor primum occuparit, ordine is relicto abit in tergum agminis, & requieſcit reclinatus in alterum paulum a labore, alius autem rurſum gubernacula habens in mare progreditur. Omnes autem natantes, per vices duces, pedibus quidem tanquam remis verrunt atram aquam, atque alte attollunt cornuum egregium decus, tanquam vela navis permittentes ventis.

v. 223. ὁμαρτεῖ ποντοπ. Tribus Codd. firmata hæc lectio anxietati locum omnem tollit. Cl. *Schneid.* dedit ὁμαρτῇ ποντοπορεύει.

v. 224. τάμνουσι. Codd. habent τέμνουσι. *Rittershuſium* & *Schneiderum* ſequimur. τάμνησι eſt in Ald. non in *Rittershuſ.* ut cl. *Schneiderus* ſcripſit Animadv. p. 359.

v. 225. ἕλησι. Ita e Cod. Reg. reſtituimus duce cl. *Schneidero* in Animadv. In eodem verſu νηχόμενον in νηχομένων mutavit idem *Schneid.*

v. 226. ἔμολεν. In Cod. R. ἔμολε, & in 230. ἐρέσσουσι, ut Aldin. quod bonum eſt propter cæſuram. Ante vero loco πλάταισι, πλάτεσσιν exhibet Cod. Venet.

v. 232. ἐπιτρέψαντες. In Cod. Ven. ἐπιστρέψαντες.

Ἔχθος δ' ἀλλήλοισιν ἀνάρσιον αἰὲν ἔχουσι
πᾶν Ὀφίων Ἐλάφων τε γένος· πάντη δ' ἐρεείνει
οὔρεος ἐν βήσσῃς Ἔλαφος θρασὺν ἑρπυστῆρα.
ἀλλ' ὅτ' ἴδῃ στρεφάλιγξιν ὑφαινόμενον δολιχῇσιν
ἴχνος ὀφιόνεον, μέγα καγχαλόων ἀφικάνει]
ἆσσον φωλειοῦ, ῥίνας δ' ἐπεθήκατο χειῇ,
πνοιῇσι λάβροισιν ἐφελκόμενος ποτὶ δῆριν
ἑρπετὸν. οὐλόμενον, τὸν δ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι
ἆσθμα βιησάμενον μυχάτης ἐξείρυσεν εὐνῆς
αἶψα γὰρ εἴσιδεν. ἐχθρὸν ἐς αἰθέρα δ' ὑψόσ' ἀείρει
λευγαλέην δειρὴν λευκοὺς δ' ὑπεστῆρεν ὀδόντας

Jam vero inimicitias inter ſe exitiales ſemper exercent omne anguium & cervorum genus: paſſim autem inveſtigat montis in callibus cervus audacem ſerpentem: verum ubi vidit ſpiris plicatum longis veſtigium ſerpentis, valde lætus accedit prope latibulum, & lares admovet latibulo, ſpiritu violento attrahens ad pugnam ſerpentem perniciosum: eum autem nolentem pugnare halitus violentus intimo extraxit cubili. Continuo enim vidit hoſtem, & in aërem alte tollit tetram cervicem: candi-

v. 235. ἑρπυστῆρα. ἑρπηστῆρα Aldina.

v. 236. ἀλλ' ὅτ' ἴδῃ. In Cod. Reg. legitur ἀλλ' ὅτε δὴ - δολιχαῖσι. Ultima vox in Veneto & Vat.

v. 237. ὀφιόνεον. Cod. Venet. Ald. ὀφιόνεαν.

v. 239. πνοιῇσι λαβρῇσιν, in Ald. ποτὶ δῆριν. In Ald. δείρην.

v. 242. αἶψα γάρ. Cl. *Schneider* dedit αἶψα δ' ἄρ ex emendatione *Guieti*. Noſtrum omnes exhibent. Deinde Cod. Venet. αἰθέρα τ' ὑψόσ'.

v. 243. ὑπεστηρεν in textum recipere non dubitavimus, monente cl. *Schneidero* & ſcripturam Cod. R. ducem habentes, in quo ἐπιστέστηρεν. In Vat. ὑπεστηρεν. Editi ὑπερῆρεν. In Cod. R. B. ὑπεστῆρεν perſpicue legimus.

ὀξέα πεφρικόντας ἐπικροτέει δὲ γένειον
πικροῖς φυσιόων συρίγμασιν ἰοφόρος θήρ.
αὐτίκα δ' αὖτ' Ἔλαφος καὶ μειδιόωντι ἐοικὼς
δαιτρεύει στομάτεσσιν ἐτώσια δηριόωντα,
καί μιν ἑλισσόμενον περὶ γούνασιν ἀμφί τε δειρὴν
ἐμμενέως δάπτει· κατὰ δὲ χθονὶ πολλὰ κέχυνται
λείψανα παιφάσσοντα καὶ ἀσπαίροντα φόνοισι.
καί κε τάχ' οἰκτείρειας ἀπηνέα περ μάλ' ἐόντα
ὠμηστῆρα ῥιφέντα πολυτμήτοισι φόνοισιν.

Ἱπποβότου Λιβύης δ' ἐπὶ τέρμασι, πουλὺς ἀλᾶται
ἄσπετος οὐλόμενος στρατὸς αἰόλος ἑρπυστήρων·
ἀλλ' ὅτε δὴ κλινθεὶς Ἔλαφος ψαμαθώδεσιν ἄκραις

Hos autem expedit dentes acutis mucronibus horrentes, comploditque malas acerbis ſpirans ſibilis venenata beſtia. Extemplo autem rurſum cervus, irridenti ſimilis, lacerat ore fruſtra pugnantem, atque eum involutum genibus & circum cervicem uſque mandit: humi autem multæ jacent ſparſæ reliquiæ micantes & palpitantes cæde, ut facile te ejus miſereri poſſet, tametſi immitis valde ſit, crudivori, disjecti & lacerati cædibus.

Equos autem paſcentis Libyæ in finibus multus vagatur innumerus exitioſus exercitus varius anguium. Verum cum proſtratus cervus arenoſis in jugis ſolus fuerit, eum ſtatim invadit

v. 244. πεφρικῶτας. Vulgo. In Vat. πεφρικότας. Noſtr. e C.R.B.

v. 245. πικροῖς. Tres Codd. dant πυκινοῖς.

v. 246. καὶ otioſum videtur cl. *Schneidero* legenti καταμειδ.
Vide noſtr. Animadv.

v. 250. παιφάσσοντα. Cod. Venet. habet παιφύσσοντα, quod ſatis firmat emendationem. *G. d'Arnaud* L. G. p. 212. a cl. *Schneidero* receptam. Alii ποιφύσσοντα. Vid. Animadv.

v. 251. οἰκτείρειας. In Aldina οἰκτείρας. In Cod. Reg. καί τε τάχ' οἰκτ.

οἷος ἔῃ, τῷδ᾽ αὐτίκ᾽ ἐπέσσυτο πάντοθεν ἐχθρὸς
ἑσμὸς ἀπειρεσίων ὀφίων, στυγεραί τε φάλαγγες
ἰοτόκοι, ῥινῷ δὲ πικροὺς ἐνέρεισαν ὀδόντας
ἅψεα πάντ᾽ Ελάφοιο περιστάδον ἀμφιχυθέντες.
οἱ μὲν γάρ τ᾽ ἐφύπερθεν ἐπιτρέψαντε κάρηνον
ὀφρύας ἠδὲ μέτωπον ἐνιπρίουσι γένυσσιν·
οἱ δ᾽ ἄρα λεπταλέην δειρὴν, καὶ στέρνον ἔνερθε,
καὶ λαγόνας, νηδύν τε διὰ στόμα δαιτρεύουσιν.
ἄλλοι δ᾽ αὖθ᾽ ἑκάτερθε περὶ πλευρῇσιν ἔχονται,
μηροὺς δ᾽ αὖθ᾽ ἕτεροι καὶ νῶτον ὕπερθε νέμονται,
ἄλλος δ᾽ ἄλλοθεν ἐχθρὰ πεπαρμένος ἠώρηται.
αὐτὰρ ὁ παντοίῃσι περιπληθὴς ὀδύνῃσι

undique infeſtum examen infinitorum anguium, inviſæque phalanges venenatæ: cuti autem amaros infigunt dentes, artubus omnibus cervi undique circumfuſi. Alii quippe ſuperne converſo capite, cilia & frontem lancinant malis: alii autem gracile collum & pectus inferne, & ilia & ventrem ore laniant: alii rurſus utrinque circum latera hærent: femora rurſus alii & tergum ſuperne depaſcuntur: alius vero alia ex parte infeſte infixus pendet. Verum ille omni genere abundans dolorum,

v. 256. οἷος ἔῃ. In Cod. R. ἔην.

v. 257. ἑσμός. Cod. Venetus hunc verſum & ſequentes uſque ad 313 deſiderat, ſed a Mſc. XV. ſæculi ſuppletur.

v. 259. ἐλάφοιο. In Cod. Vat. ἔλαφοι. Si pro ἐλάφῳ tolerandum, more Colophonenſi, Dativus pro Genitivo, ut in 2° hujuſce libri verſu.

v. 260. ἐπιτρέψαντε. Cod. Reg. ἐπιστρέψαντα. Unde præclaram deducit conjecturam ill. *Brunckius*. ἐπιστέψαντε. *Rittersh.* ἐπιθρέψαντε. Vellem mihi liceret dare ἐπιτρίψαντε, *caput atterentes*. Præcedens ἐφύπερθεν, eſt εὔπερθεν in Ald. & pro κάρηνον, κάρηνα in Cod. Vat. & in Sylburg. apud *Rittersh.*

v. 265. ὕπερθε νέμονται. Uno verbo ſcribitur in *Turnebi* Variet.

πρῶτα μὲν ἐκφυγέειν ἐθέλει κραιπνοῖσι πόδεσσιν,
ἀλλ' οὐ κάρτος ἔχει, τοῖός μιν ἀθέσφατος ὄχλος
αἰόλος ἀμφιέπει δυσπαίπαλος ἑρπυστήρων.
δὴ τότε δὴ βαρύθων ἔστη κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης·
δάπτει δὲ στομάτεσσιν ἀπείριτα δήϊα φῦλα.
βεβρυχὼς ὀδύνῃσιν ἐπιστροφάδην δ' ἑκάτερθεν
οὐδὲν ἀλευόμενον γένος ἑρπετόεν κεραΐζει·
κεῖνοι δ' οὐ μεθιᾶσι, διολλύμενοι δὲ μένουσιν
ἄτροπον ἦτορ ἔχοντες ἀναιδείῃσι νόοιο·
καὶ τοὺς μὲν γενύεσσι διέσχισε, τοὺς δὲ πόδεσσι
καὶ χηλῇσιν ὄλεσσε, ῥέει δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπέρμων
ἰχὼρ αἱματόεις ὀφίων ἄπο· γυῖα δὲ θηρῶν

primum quidem effugere annititur pernicibus pedibus, ſed eum vires deficiunt. Hujuſmodi ipſum innumera turba varia circundat truculenta ſerpentum. Tum igitur oppreſſus reſtitit vehementi ſubactus neceſſitate: manditque ore infinita hoſtilia genera: gemiſcens vero doloribus quoquoverſum utraque ex parte neutiquam fugiens genus reptile profligat: verum illi non remittunt, ſed pereuntes etiam manent, intrepidum pectus habentes impudentia animi, & partim quidem malis laniat, partim pedibus & ungulis interimit: fluit autem in terram infinita ſanies cruenta ab anguibus: membra autem ferarum artuſque

v. 269. ἀθέσφατος. ἀάσπετος in Variet. *Turnebi*.

v. 273. δ' ἑκάτερθεν. Sic in Cod. Reg. δ' abeſt in omnibus. In *Turneb*. poſt βεβρυχὼς legitur. Idem in Schneideriana.

v. 274. ἀλευόμενον reponi jubent Codd. Venet. Vat. Reg. & ipſa ratio. Jam ita correxerat vulgatum ἀλευόμενος cl. *Schneid.*

v. 276. ἄτροπον. Duo Codd. Vat. & Reg. præbent: eſt & in Cod. Sylb. *Ritterſh.* in Variet. *Turnebi*; magiſque mihi ridet, quam vulgatum ἄτρομον. Deinde in Ald. ἀναιδείῃσι.

ἄψεα θ' ἡμίβρωτα κατὰ χθονὸς ἀσπαίρουσιν·
ἄλλα δ' ἐνὶ πλευρῇσι φέρει πάλιν ἡμιδάϊκτα,
καὶ φθίμενοι γὰρ ἔχουσιν ἔπι κρατεροῖσιν ὀδοῦσι
ῥινῷ δ' ἐμπεφυῶτα καρήατα μοῦνα μέμυκεν.
αὐτὰρ ὁ γινώσκων θεόθεν τόπερ ἔλλαχε δῶρον
πάντῃ μαστεύει δνοφερὸν ποταμοῖο ῥέεθρον·
κεῖθεν Καρκινάδας δὲ φίλαις γενύεσσι δαμάσσας,
φάρμακον αὐτοδίδακτον ἔχει πολυπήμονος ἄτης.
αἶψα δὲ πικράων μὲν ἐπὶ χθόνα λείψανα θηρῶν
ἐξέπεσε ῥινοῖο παραὶ πόδας αὐτοκύλιστα·

ſemicomeſi humi palpitant: alia autem in lateribus fert rurſum ſemilaniata. Quippe etiam mortui tenent acribus dentibus: cuti autem inhærentia capita ſola latent. At ille ſciens divinitus quod ſortitus eſt donum, paſſim inveſtigat tenebroſum fluvii gurgitem. Illinc cancellos ſuis malis mandens, medicamentum, quod natura eum docuit, habet exitialis noxæ. Statim autem acerbarum quidem in terram reliquiæ peſtium decidunt e cute ante pedes ſponte devolutæ; vulnera autem utrinque coaleſcunt dentium. Vivit porro cervus longum tempus; vereque

v. 281. φέρει. Vulgatam tenemus. θλίβει, quod dedit cl. *Schneider* tribus eſt in Codd.

v. 282. γάρ. Vulgata, ſed corrupta. *Guietus* legebat δ' ἄρ, & dedit cl. *Schneid.* Ego vero parum abeſt quin φθίμενοί περ reponam. Deinde ἔπι ſervamus, quod in ἔτι *Guietus* & *Schneiderus* mutant, non bene, meo judicio, eſt enim Tmeſis τοῦ præcedentis ἔχουσιν, pro ἐπέχουσι.

v. 288. ἐπὶ χθόνα. Cod. Vat. ἐπιχθόνια. θηρῶν in κηρῶν mutavit cl. *Schneider*, nullo favente Cod.

v. 289. ἐξέπεσε. Cum ν paragogico leg. in Cod. Venet. & apud *Rittersh.* ſed Reg. ut nos habet.

ὦτειλαὶ δ' ἑκάτερθεν ἐπιμύουσιν ὀδόντων.
Ζώει δ' αὖτ' Ελαφος δηρὸν χρόνον, ἀτρεκέως δὲ
ἀνθρώπων γενεή μιν ἐφήμισε τετρακόρωνον.
Αλλους δ' αὖ καλέουσι βροτοὶ πάλιν Εὐρυκέρωτας·
πάντ' Ελαφοι τελέθουσι, φύσιν κεράων δ' ἐφύπερθεν
οἵην τοὔνομα θηρσὶ κατηγορέει φορέουσι.
Τοὺς δ' ἄρα κικλήσκουσιν ἐνὶ ξυλόχοισιν Ιόρκους,
κἀκείνοις Ελάφοιο δέμας, ῥινὸν δ' ἐπὶ νώτῳ
στικτὸν ἔπαυλα φέρουσι παναίολον, οἷά τε θηρῶν
Παρδαλίων σφραγῖδες ἐπὶ χροῒ μαρμαίρουσι.
Βούβαλος αὖτε πέλει μείων δέμας Εὐρυκέρωτος

homines eum quatuor cornicum ætates vivere celebrant.

Alios autem vocant homines rurſum Eurycerotes, per omnia cervis ſimiles: naturam autem cornuum ſupra, qualem nomen feris ineſſe ſignificat, gerunt.

Alios autem vocant in ſaltibus damas, & illis cervi corpus; pellem autem in tergo maculoſam totam ferunt inſigniter variam, ut ferarum pantherarum notæ in pelle ſplendent.

Bubalus rurſum eſt minor corpore platycerote; minor platy-

v. 290. ἐπιμύουσιν. Codd. Vat. & Reg. habent ἐπημύουσιν. Idem & Venetus.

v. 292. γενεή μιν. γενεή τις in Reg. & in Ald.

v. 294. φύσιν. φύσις in Ald.

v. 295. κατηγορέει. In Ald. κατηγορευει.

v. 296. Ιόρκους. Cod. Venet. Ιόκους.

v. 297. κἀκείνοις. In Variet. *Turnebi* κἀκεῖνοι.

v. 299. παρδαλίων omnes, excepto cl. *Schneidero*, qui πορδαλίων dedit. σφραγίδεσσιν deinde habet Sylburg. apud *Ritterſhuſ.*

v. 300. μείων. Aldina habet μείζων, quod a Cod. Veneto emendatur. In Reg. χρείων per compendium. Deinde pro δέμας, κέρας in Veneto, Reg. & Sylb.

μείων Εὐρυκέρωτος, ἀτὰρ Δόρκου μέγ᾽ ἀρείων,
ὄμμασιν αἰγλήεις, ἐρατὸς χρόα, φαιδρὸς ἰδέσθαι,
καὶ κεράων ὀρθοὶ μὲν ἀπὸ κρατὸς πεφύασι
ἀκρέμονες προτενεῖς, ὕψου δ᾽ αὖθις ποτὶ νῶτον
ἄψορρον νεύουσι παλιγνάμπτοισιν ἀκωκαῖς.
ἔξοχα δ᾽ αὖ τόδε φῦλον ἑὸν δόμον ἀμφαγαπάζει
ἠθαλέας τ᾽ εὐνὰς φίλιόν τε νάπαισι μέλαθρον.
εἰ δέ τέ μιν στρεπτῇσι πεδήσαντες βροχίδεσσιν
ἀγρευτῆρες ἄγοιεν ἐπ᾽ ἄλλους αὐτίκα χώρους,
τηλόθι δ᾽ ἐν βήσσῃσιν ἐλεύθερον αὖθι λίποιεν,
ῥεῖα ποτὶ γλυκερὸν δόμον ἤλυθεν, ᾗχι ναίεσκεν,
οὐδ᾽ ἔτλη ξεῖνός τις ἐπ᾽ ἀλλοδαποῖσιν ἀλᾶσθαι.

cerote, verum caprea multo præſtantior, oculis ſplendidus, amœnus colore, hilaris aſpectu: & cornuum recti quidem ex capite naſcuntur rami longi, in ſummo autem rurſum tergum verſus retrorſum flectuntur recurvis mucronibus. Mirifice porro iſtud genus ſuam domum amat, conſuetaque cubilia, carumque in ſylvis tectum. Quod ſi eum tortis vinctum laqueis venatores ducant in alia protinus loca, & procul in ſaltibus liberum illic relinquant, facile ad dulces ædes redit, ubi ante habitabat, neque ſuſtinet ceu hoſpes apud exteros vagari. Non

v. 304. αὖθις omnes, αὖτις cl. *Schneider*, qui ante dedit ἀρκέμονες, pro vulgato ἀκρέμ.

v. 305. ἄψορρον. In Ald. ἄψορον. In Cod. Sylb. ἄψορρον ἐκνεύουσι. παλιγν. Sic ex editis damus, invitis tamen Codd. qui πολυγν. habent, ſed contra rei veritatem.

v. 306. τόδε. Codd. Ven. & Reg. τόγε.

v. 307. νάπαισι. Iidem Codd. νάπεσσι.

v. 309. χώρους. χώρας in Veneto Cod.

v. 311. ναίεσκεν. νέεσκεν in Reg. & Ald.

v. 312. ἀλᾶσθαι. Sic edidi

οὐκ ἄρα τοι μούνοισι φίλη πάτρη μερόπεσσι·
καὶ βαλίων δὲ πόθος τις ἐνέστακται φρεσὶ θηρῶν.
Ναὶ μὴν ὠκυτάτων Δόρκων ἀρίδηλα γένεθλα
μορφήν τ' ἴδμεν ἅπαντες, ὁμῶς μέγεθός τε καὶ ἀλκήν.
Πέρδικες θοῦροι δὲ πυρώπεες, αἰολόδειροι,
Δόρκοισιν φιλίην παρὰ τέμπεσιν ἐσπείσαντο,
ἠθαλέοι τε πέλουσι, καὶ ἀλλήλοισιν ὅμαυλοι,
εὐνάς τ' ἐγγὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀπάνευθε νέμονται.
ἦ μάλα δὴ μετόπισθεν ἑταιρείης τάχα πικρῆς
καὶ φιλίης ἀπέλαυσαν ἀμειδέος, ὁππότε φῶτες
κερδαλέοι δειλοῖσιν ἐπίφρονα μητίσαντο,
Πέρδικας Δόρκοισι φίλοις ἀπατήλια θέντες,

igitur ſolis cara patria hominibus; etiam maculoſarum deſiderium ejus quoddam infuſum eſt animis ferarum.

Jam vero perniciſſimorum capreolorum inſignia genera, formamque novimus omnes, ſimiliter & magnitudinem, & vires. Perdices vero pugnaces, igneis oculis, collo verſicolores, cum eis amicitiam in ſaltibus ſanxerunt, familiareſque ſunt, & inter ſe contubernales, cubiliaque propinqua habent, neque ſeorſum paſcuntur. Profecto poſtea aliquando ſocietatem ilico amaram, & amicitiam ſenſerunt triſtem, quando homines aſtuti in miſeros callida conſilia moliuntur, perdices in capreolos

omnes. At tres Codices πάσασθαι.

v. 314. βαλίων. Mutavit in λασίων V. D. in Marg. Ald. *Schneideri*.

v. 317. πυρώπεες ex autoritate trium Codd. repoſuimus. Dederat quoque cl. *Schneider.* Alii vero πυρώδεες.

v. 318. Δόρκοισι in Vatic. Deinde in Ald. ἐπείσαντο.

v. 323. μητίσαντο. Eſt in Vatic. Jam dederat cl. *Schneider* ex emendatione V. D. Alii μητί-

ἔμπαλι δ' αὖ Δόρκους ἑτάροις ἴσα Περδίκεσσι.
Αἰγῶν δ' αὖτε πέλει Προβάτων τε πανάγρια φῦλα
αὐ πολλῷ τούτων Οἴων λασίων τε Χιμαιρῶν
μείζονες· ἀλλὰ θέειν κραιπνοὶ σθεναροί τε μάχεσθαι,
στρεπτοῖσι κεφαλῆφι κορυσσόμενοι κεράεσσι.
κάρτος δ' αὖτ' Οἴεσσιν ἐν ἀργαλέοισι μετώποις·
πολλάκι δ' ὁρμηθέντες ἐνὶ ξυλόχοισιν ἔθηκαν
καὶ Σύας αἰθυκτῆρας ἐπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας.
ἔστι δ' ὅτ' ἀλλήλοισιν ἐναντίοι ἀΐξαντες
μάρνανται, κρατερὸς δὲ πρὸς αἰθέρα δοῦπος ἱκάνει·
οὐδέ τ' ἀλεύασθαι θέμις ἔπλετο δήϊον αὐτοῖς·

caros illecebras comparantes, viciſſim autem capreolas in ſocios pariter perdices.

Caprarum autem rurſum ſunt oviumque fera genera, non multo his ovibus & villoſis capris majores, verum ad currendum veloces, forteſque ad pugnandum, contortis in capite armatæ cornibus. Robur autem rurſum ovibus in infeſtis frontibus. Sæpenumero enim dato impetu in ſylvis ſtraverunt etiam apros violentos humi palpitantes: nonnunquam autem inter ſe cominus irruentes pugnant: ingens autem in cœlum fragor venit: neque fugere fas eſt hoſtem eis: ſed victoriam alterutri

φαίνετο. *Guietus* ſic hunc verſum legebat: κέρδεα τοῖς δειλοῖσιν ἐπίφ.

v. 325. ἑτάροις. ἑτέροις in Cod. Reg. & Aldina.

v. 327. πολλῷ. Recte ſic vulgatum πολλὸν correxit cl. *Schneider*, cui adſtipulatur Cod. Ven. In Regio πολλόν. Deinde χιμαιρῶν vulgatum erat. Correxit cl. *Schneider*, & ejus emendationem firmant Codd. Ven. & Vat.

v. 330. κάρτος. In Cod. Ven. κράτος.

v. 332. αἰθυκτ. In Reg. αἰθυκτ.

νίκην δ' ἀλλήλοις φορέειν ἀτίνακτος ἀνάγκη
ἠὲ νέκυν κεῖσθαι· τοῖον σφισὶ νεῖκος ὄρωρεν.
Αἰγάγροις δέ τις ἐστὶ δι' αὐτῶν αὐλὸς ὀδόντων
λεπταλέης πνοιῆς, κεραῶν μέσον, ἔνθεν ἔπειτα
αὐτὴν ἐς κραδίην καὶ πνεύμονας εὐθὺς ἱκάνει·
εἰ δέ τις Αἰγάγρου κηρὸν κέρασι περιχεύοι,
ζωῆς ἐξέκλεισεν ὁδοὺς πνοιῆς τε διαύλους.
Ἔξοχα δ' αὖ μήτηρ ἀταλοὺς ἔτι νηπιάχοντας
οὓς παῖδας κομέει, γήρᾳ δ' ἐνὶ μητέρα παῖδες.
ὡς δὲ βροτοὶ γενέτην πεπεδημένον ἀργαλέοισι
γήραος ἐν δεσμοῖσι, πόδας βαρὺν, ἄψεα ῥικνὸν,

ferre inconcuſſa neceſſitas, aut mortuam jacere. Hujuſmodi inter eas contentio cooritur.

Capris autem feris quidam per ipſos dentes meatus perexigui ſpiritus, inter cornua medius, ad ipſum cor, & in pulmones recta ducit. Quod ſi quis capræ ſylveſtris ceram cornibus circumlinat, vitæ intercluſerit vias, reſpirationiſque meatus.

Mirum autem in modum mater teneros adhuc infantes ſuos liberos fovet: in ſenectute autem matrem liberi. Ut autem homines parentem impeditum improbis ſenectutis vinculis, pedibus gravem, artubus incurvum, imbecillem manibus, tre-

v. 336. φορέειν. φορέει in Reg.

v. 338. αἰγάγροις. In Ald. αἰγάσ]ροις.

v. 340. ἐς pro εἰς correxit cl. *Schneider*. Habet quoque Cod. Vat. πνεύμονος in Ald. quæ & εὐθὺς cum aliis habet, at clar. *Schneider* dedit ex ingenio ἰθύς.

v. 341. περιχεύοι omnes habent, quod mutavit in περιχεύῃ cl. *Schneider*, qui in Animadv. ad vulgatum redit. Sed errat cùm dicit ſuum περιχεύῃ eſſe in Aldina & Cod. Reg. In utroque legitur περιχεύει, bonum & forte melius vulgata lectione.

v. 342. πνοιὴν in Ald.

ἀβληχρὸν παλάμας, τρομερὸν δέμας, ὄψιν ἀμαυρόν,
ἀμφαγαπαζόμενοι περὶ δὴ περίπαμπαν ἔχουσι
τινύμενοι κομιδὴν παιδοτροφίης ἀλεγεινῆς·
ὡς Αἰγῶν κοῦροι φιλίους κομέουσι τοκῆας
γηραλέους, ὅτε δεσμὰ πολύστονα γυῖα πεδήσῃ·
βρώμην μέν τ᾽ ὀρέγουσιν ἐύδροσον ἀνθεμόεσσαν
δρεψάμενοι στομάτεσσι, ποτὸν δ᾽ ἄρα χείλεσιν ἄκροις
ἐκ ποταμοῦ φορέουσιν ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ·
γλώσσῃ δ᾽ ἀμφιέποντες ὅλον χρόα φαιδρύνουσιν.
εἰ δέ νύ τοι βροχίδεσσι μόνην γενέτειραν ἀείραις,
αὐτίκα καὶ παλάμηφιν ἕλοις νεοθηλέας ἀμνούς.
τὴν μὲν γὰρ δοκέοις παῖδας μύθοισι δίεσθαι,
λισσομένην τοίοισιν ἀπόπροθι μηκηθμοῖσι·

mulum corpore, oculis caligantem, omni pietate proſequentes diligenter colunt, penſantes laborem educationis moleſtæ: ſic caprarum fœtus caros fovent parentes decrepitos, cum vincula triſtia artus illigant: pabulum nempe porrigunt roſcidum floridum decerptum ore, potumque labris ſummis ex flumine ferunt, hauſta atra aqua. Lingua autem foventes totum corpus tergunt. Quod ſi laqueis ſolam matrem ceperis, protinus etiam manibus ceperis teneros agnos. Illam enim putes liberos verbis abigere precantem tali eminus balatu: fugite mihi cari li-

v. 349. τινύμενοι. Codd. Ven. & Vat. Sic quoque cl. *Schneider.* Alii τιννύμ.

v. 351. πεδήσῃ. In tribus Codd. πεδήσει. Non male.

v. 354. ποταμοῦ. Iidem Codd. ἐκ ποταμοῖο φέρουσιν. Quibus adde Cod. Sylb. in quo ἀφυσσάμεναι.

v. 358. δοκέοις. δοκέεις in Ald. Sic quoque verſu 362.

v. 359. μηκηθμοῖσι. Habet Aldina. Vulgo μυκηθμοῖσιν, quod *G. d'Arnaud* L. G. p. 191. ex

φεύγετέ μοι

φεύγετέ μοι, φίλα τέκνα, δυσαντέας ἀγρευτῆρας,
μή με λυγρὴν δμηθέντες ἀμήτορα μητέρα θῆτε.
τοῖα φάμεν δοκέοις· τοὺς δ' ἑσταότας προπάροιθε
πρῶτα μὲν ἀείδειν στονόεν μέλος ἀμφὶ τεκούσῃ,
αὐτὰρ ἔπειτ' ἐνέπειν φαίης μεροπήϊον ἠχὴν,
ῥηξαμένους βληχὴν στομάτων τ' ἄπο τοῖον ἀΰτεῖν,
φθεγγομένοις ἰκέλους, καὶ λισσομένοισιν ὁμοίους·
πρός σε Διὸς λιτόμεσθα, πρὸς αὐτῆς Ιοχεαίρης,
λύσεο μητέρα μοι φιλίην, τὰ δ' ἄποινα δέδεξο,
ὅσσα φέρειν δυνάμεσθα λυγροὶ περὶ μητέρι δειλῇ,
ἡμέας αἰνομόρους· γνάμψον τεὸν ἄγριον ἦτορ,

beri infauſtos venatores, ne me miſeram capti matrem non matrem reddatis. Hujuſmodi fari dixeris: eos autem ſtantes coram, primum quidem occinere lugubrem næniam circum matrem, cæterum deinde proloqui dixeris humanam vocem rupto balatu, oreque ſic ſonare loquentibus ſimiles, & precantibus pares: per Jovem precamur, per ipſam Dianam ſagittiferam, liberato matrem mihi caram, pretiumque redemptionis accipe, quod pendere poſſumus miſeri pro matre calamitoſa, nos miſero natos fato; flecte tuum immitem animum, verens

Ald. emendavit, unde recepit cl. *Schneid.* Codd. tamen Ven. & Vat. vulgatum habent. In Codicis Reg. collatione mea nihil de hoc verbo ſcriptum video. ἀπόπροθε in Var. *Turnebi.*

v. 366. φθεγγομένοις. Codd. Ven. & Vat. φθεγγομένους.

v. 368. λύσεο. In Cod. Ven. λύεο. φιλίην ex Cod. Regio recepimus. Nam vulgatum erat φίλην. Sic reſtituit ill. *Brunckius* & dedit cl. *Schneider* μητέρα μοι λύσαιο φίλην. Sed nullus favet codex.

v. 369. λυγροί. In Cod. R. λυγρῇ, unde conjecit legendum cl. *Schneider* λυγρῇ περὶ μητέρι δειλοί.

v. 370. αἰνομόρους. Aldina habet αἰνυμ.

αἰδόμενος Μακάρων τε θέμιν, γενέταό τε γῆρας,
εἴ ῥα νύ τοι γενέτης λιπαρὸν κατὰ δῶμα λέλειπται.
τοῖά τις ἂν δόξειε λιταζομένους ἀγορεύειν·
ἀλλ' ὅτε τευ κραδίην παναμείλιχον ἀθρήσωσιν,
(αἰδὼς ὢ πόσση, πόσσος πόθος ἐστὶ τοκήων·)
αὐτόδετοι βαίνουσι, καὶ αὐτόμολοι περόωσιν.

Εἰσὶ δ' Οἶς ξανθοὶ πυμάτης ἐνὶ τέρμασι Κρήτης,
ἐν χθαμαλῇ γαίῃ Γορτύνιδι, τετρακέρωτες·
λάχνη πορφυρόεσσα δ' ἐπὶ χροὸς ἐστεφάνωται,
πολλή τ' οὐκ ἀταλή τε· τάχ' Αἰγὸς ἂν ἀντιφερίζοι
τρηχυτάτῃ χαίτῃ δυσπαίπαλος, οὐκ Οἴεσσι.

& deorum fas, & patris ſenectutem, ſi forte tibi pater locuplete in domo relictus eſt. Talia quis cenſuerit precantes dicere. Verum ubi illius cor implacabile viderint, (pudor o quantus, quantum deſiderium eſt parentum!) ſponte vincti voluntarii accedunt.

Sunt autem oves rufæ ultimæ in finibus Cretæ, in humili regione Gortynia, quadricornes; villus autem purpureus tergori obductus eſt, multus & durus, pene capræ ſimilis duriſſimis pilis aſperitate, non ovium.

v. 372. εἴ ῥα. Cod. R. ἤ ῥα.
v. 374. τευ. σευ in Veneto Cod. τοῦ in Sylburg. ad oram *Rittershuſii*, quod tenendum putat cl. *Schneiderus*, non ego.
v. 377. ξανθοί. Sic omnes, excepto cl. *Schneidero*, qui ξανθαὶ ex ingenio dedit ſed ad vulgat. reverſus eſt in Animadv. πυμάτης in Cod. R. qui in ſequenti χθαμαλῇ τ' αἴῃ. πυμάτοις ex V. D. emend. dedit cl. *Schneiderus*.
v. 380. ἀταλὴ repoſuimus ex autor. Codd. Vatic. & Reg. Jam vulgatum ἀπαλὴ emendaverat *Pierſon* Veriſim. L. 2. c. 3. In Cod. Veneto οὐκαλή τε. Idem in Sylburg. apud *Rittersh.*

Τοίην που καὶ Σοῦβος ἔχει ξανθωπὸν ἰδέσθαι
χροιὴν μαρμαίρων, ἀτὰρ οὐκ ἔτι λαχνήεσσαν,
οὐδὲ πάλιν πισύρεσσιν ἀρηραμένην κεράεσσιν,
ἀλλὰ δυσὶ κρατεροῖς ὑπὲρ εὐρυτάτοιο μετώπου.
ἀμφίβιος καὶ Σοῦβος ἐπεὶ κἀκεῖνος ὁδεύει.
ὁππότε δ' ἄρ ποτὶ βυσσὸν ἴῃ θοὰ κύματα τέμνων,
δὴ τότε πουλὺς ὅμιλος ὁμαρτῇ ποντοπορεύων
ἰχθυόεις ἕπεται, κατὰ δ' ἄψεα λιχμάζονται
τερπόμενοι κερόεντι φίλῳ τερενόχροϊ Σούβῳ.
ἔξοχα δ' αὖ Φάγροι τε, καὶ οὐτιδανοὶ Μελάνουροι,
καὶ Ραφίδες, Τρίγλαι τε, καὶ Ἀσ]ακοὶ ἀμφὶς ἕπονται.

Talem fere etiam ſubus habet rufam faciem, colore ſplendidus, verum non jam villoſam, neque rurſum quatuor armatur cornibus, verum duobus validis ſuper lata fronte. Ambiguæ vitæ etiam ſubus: nam etiam mare ingreditur. Quando vero in profundum vadit, celeres fluctus ſecans, tum ſane ingens multitudo ſimul per mare gradiens piſcium ſequitur, qui membra ejus lambunt, delectati cornigero amico molli ſubo; præcipue vero pagri, & imbecilli melanuri, & acus, & mulli, & aſtaci utrinque ſequuntur.

v. 382. που. In Cod. Ven. του. Σοῦβος. In Cod. Vat. Σᾶβος.
v. 386. κἀκεῖνος ὁδεύει. Sic Codd. & Editi. Pulchra eſt emendatio V.D. quam dedit cl. *Schneider* ἐπεὶ καὶ πόντον ὁδεύει. Sed Codd. autoritatem deſiderat. *Guietus* legebat ὑδρεύει vel ὑδεύει.
v. 387. βυσσόν. βύσσαν habent Cod. R. *Rittershuſ.* *Turnebus* in Variet. In βυσσὸν mutavit *Brodæus*, quem duce *Schneidero* ſequimur. βῆσσαν *Turnebus* & Ald.
v. 390. Σούβῳ. In Venet. Cod. Σούβλῳ.
v. 392. Ἀσ]ακοὶ, ante nos dedit cl. *Schneid.* e *Turnebi* Variet. vulgo legebatur ἀσ]ακός.

Θάμβος ἔφυ τόδε, θάμβος ἀθέσφατον, ὁππότε θῆρας
ἀλλοδαποὶ τείρουσι πόθοι καὶ ὑπείροχα φίλτρα.
οὐ γὰρ ἐπ' ἀλλήλοισι μόνον φιλότητος εἴσης
θεσμὸν ἀναγκαῖον δῶκεν θεὸς, οὐδ' ὅσον αὐτῶν
φῦλον ἀναλδήσκειν ἀειγενέος βιότοιο.
θαῦμα μὲν οὖν κἀκεῖνο δαμήμεναι ἄφρονα φῦλα
ἅμμασιν ἱμερτοῖς, καὶ ὁμόγνια φίλτρα δαῆναι,
καὶ πόθον οὐ νοέοντα ἐν ἀλλήλοισι κεράσσαι,
οἷά περ ἀνθρώποισιν ἐπιφροσύνη τε νόος τε
ὀφθαλμοὺς ἐπέτασσεν, ἔρον θ' ὑπεδέξατο θυμῷ.
ἀλλὰ καὶ ὀθνείοις ἐπεμήνατο ὑψόθι φίλτροις·

Mirum eſt iſtud mirum ineffabile quando etiam beſtias alienis feriunt amores & immoderatæ illecebræ. Non enim inter ſe tantum amoris mutui fœdus naturale habent a deo, quatenus eorum genus propagetur ſemper ſoboleſcente vita. Mirum quidem etiam iſtud, copulari bruta genera vinculis amoris, & congenerem cupiditatem perſentiſcere, & ratione deſtituta, amorem inter ſe miſcere, quemadmodum hominibus mens & ratio per oculos apertos hauſtum amorem recipit animo. Sed ſæpe peregrinis furunt etiam amoribus: qualis in

v. 394. ὑπείροχα. ἔξοχα in Codd. Ven. & Vat. Idem in Sylburg.

v. 395. εἴσης. εἴσσης Cod. Venet.

v. 397. ἀναλδήσκειν. ἀναλδίσκ. Cod. Reg. qui in ſequenti verſu ἦν κἀκεῖναι, ut Aldina & Turneb. edd. οὖν κἀκεῖνο habent *Rittershuſ.* Variet. *Turnebi* & *Schneid.*

v. 401. νόος τε. γένος τε. Codd. Vat. Ven. at Reg. ἐπιφροσύνη τε γένει τε. Hic latere ulcus aliquod monuit cl. *Schneid.*

v. 403. ἀλλὰ καί. Ex felici ill. *Brunckii* conjectura Cod. Reg. firmata reſtituit cl. *Schneider*, quem ante legebatur εἰ δὲ καί. *Rittershuſius* aſtericis hunc locum notavit aliquid excidiſſe indicantibus; & ipſe tentabat

οἷος μὲν πόθος ἐστὶν ἀριζήλοις Ἐλάφοισιν
Ἀτταγέων· ὅσσος δὲ τανυκραίροις ἐπὶ Δόρκοις
Περδίκων· πῶς δ᾽ αὖτε θοοῖς χαίρουσιν ἐφ᾽ Ἵπποις
Ὠτίδες, αἷσι τέθηλεν ἀεὶ λασιώτατον οὖας·
Ψιττακὸς αὖτε Λύκος τε σὺν ἀλλήλοισι νέμονται·
αἰεὶ γὰρ ποθέουσι Λύκοι ποεσίχροον ὄρνιν.

Ὄβριμ᾽ Ἔρως, πόσος ἐσσὶ, πόσση σέθεν ἄπλετος ἀλκή,
πόσσα νοεῖς, πόσα κοιρανέεις, πόσα, δαῖμον, ἀθύρεις·
γαῖα πέλει στατερὴ, βελέεσσι δὲ σοῖσι δονεῖται·
ἄστατος ἔπλετο πόντος, ἀτὰρ σύγε καὶ τὸν ἔπηξας.
ἦλθες ἐς αἰθέρα, ἔδδεισεν δέ σε μακρὸς Ὄλυμπος.

inſignes cervos amor eſt attagenum! quantus porro erga cornutos capreolos perdicum! qui vero rurſum pernicibus gaudent equis otides, quibus floret ſemper piloſiſſima auris? Pſittacus rurſum lupuſque una alter cum altero paſcuntur, ſemper enim deſiderant lupi viridem avem.

Potentiſſime Amor quantus es, quanta tua immenſa poteſtas, quantum cogitas, quantum imperas, quantum, dive, ludis. Tellus eſt ſtabilis: telis tamen tuis quatitur. Inquietus eſt pontus, tu tamen etiam cum ſiſtis. Veniſti in ætherem, novitque te vaſtus Olympus. Timent autem te omnia,

ἠδὲ καὶ, quod in Cod. Veneto invenitur. *Bodinus* οὐδὲ καὶ malebat. In Cod. Vat. οἱ δὲ καί. ἐπεμήνατο. ἐπενείμχτο in Variet. *Turnebi*. Et pro ὑψόθι *Brunckius* malebat πολλάκι.

v. 405. ὅσσος eſt in Ald. ὅσσοι, ſubaud. πόθοι. τανυκρ. pro vulg. πανυκρ. dedit cl. *Schneid.* ex emendat. *d'Arnaud* p. 213. Cod. Reg. firmata.

v. 410. ὄμβριμ᾽. Omnes. Excepto cl. *Schneid.* qui ὄβριμ᾽ dedit. Eſt quoque in Cod. Veneto. Utroque modo ſcriptum eſt apud *Homerum*.

v. 411. ἀθύρεις. ἀθύρῃ in Vat.

v. 414. αἰθέρα. αἴθρην ex emendatione doct. *d'Orville* ad Charit. p. 715. dedit cl. *Schneider.* In Codd. non invenio. V. A.

δειμαίνει δέ σε πάντα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε,
γαίης ὅσσα τ' ἔνερθε, καὶ ἔθνεα λυγρὰ καμόντων,
οἳ Λήθης μὲν ἄφυσσαν ὑπὸ στόμα νηπαθὲς ὕδωρ,
καὶ φύγον ἄλγεα πάντα, σὲ δ' εἰσέτι πεφρίκασι.
σῷ δὲ μένει καὶ τῆλε περᾷς, ὅσον οὔ ποτε λεύσσει
ἠέλιος φαέθων, σῷ δ' αὖ πυρὶ καὶ φάος εἴκει
δειμαῖνον, καὶ Ζηνὸς ὁμῶς εἴκουσι κεραυνοί.
τοίους, ἄγριε δαῖμον, ἔχεις πυρόεντας ὀϊστοὺς
πευκεδανούς, μαλερούς, φθισίφρονας, οἰστρήεντας,
τηκεδόνα πνείοντας, ἀναλθέας, οἷσι καὶ αὐτοὺς
θῆρας ἀνεπτοίησας ἐπ' ἀζεύκτοισι πόθοισι.
Θάμβος, ὅταν κερόεσσαν Ἀχαιΐνέην πτερόεντες
Ἀτταγέες νώτοισιν ἐπὶ στικτοῖσι θορόντες,
ἢ Δόρκοις Πέρδικες ἐπὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες,

& cœlum latum ſuperne & ſub terra quæ ſunt & gentes miſeræ mortuorum, qui Lethes hauſerunt ore moleſtiæ expertem aquam, & effugerunt dolores omnes, te tamen etiamnum formidant. Tuis porro viribus etiam procul penetras, quo nunquam cernit ſol lucidus: tuo demum igni etiam lux cedit formidans, & Jovis ſimiliter cedunt fulmina. Hujuſmodi, ſæve deus, habes ignitas ſagittas, amaras, fervidas, mentis corruptrices, ſtimulatrices, tabem ſpirantes, inſanabiles, quibus etiam ipſas beſtias concitaſti ad peregrinos amores.

Stupendum eſt, quando cornigeri cervi pennati attagenes tergis maculoſis inſiliunt, aut capreolis perdices alas denſas in-

v. 419. τῆλε. τῇδε in Veneto Cod. non ſine ſenſu.
v. 420. πυρί. In Ald. περί.
v. 427. θορόντες. Ald. *Turnebus* & *Schneid.* Alii θορῶνται, quod *Brodæus* ſuſpicabatur. Ann. p. 79.

ἱδρῶ ἀποψύχωσι, παρηγορέωσί τε θυμὸν
καύματος ἀζαλέοιο, λατυσσόμενοι πτερύγεσσιν·
ἢ ὁπότε προπάροιθεν ἴῃ καναχήποδος Ἵππου
Ὠτὶς ὀλισθαίνουσα δι' ἠέρος ἱμερόεσσα.
Σαργοὶ δ' Αἰπολίοισιν ἐπέχραον· ἀμφὶ δὲ Σούβῳ
φῦλον ἅπαν νεπόδων τὸ πολύπλανον ἐπτοίηται·
ἕσπονται δ' ἅμα πάντες, ὅτ' ἄγρια κύματα τέμνει,
στείνονταί θ' ἑκάτερθε γεγηθότες, ἀμφὶ δὲ πόντος
ἀφριάα λευκῇσι τινασσόμενος πτερύγεσσιν.
αὐτὰρ ὅγ' οὐκ ἀλέγων ξείνης φιλίης, πανάθεσμος
εἰναλίους ἑτάρους δάπτει στομάτεσσι δαφοινοῖς

jicientes ſudorem refrigerant, & recreant animum ab æſtu torrente agitatis alis: aut quando anteit ſonipedem equum otis läbens per aërem amabilis: aut ſargi ad caprarum greges accedunt: ante vero ſubum genus omne piſcium vagabundum ſtupet, & ſequuntur ſimul omnes, quando per ſævos fluctus tendit. Condenſantur utrinque læti: circum autem mare ſpumat, candidis verberatum pinnis. Verum ille non curans alienam amicitiam impius, marinos ſocios vorat ore cruento man-

v. 429. ἀποψύχουσι, παρηγορέουσι dat Cod. Vat.

v. 430. λατυσσ. Cod. habet Venet. & jam pro vulgato δατιζομένοις reſtituerat *d'Orville* Obſerv. miſcell. T. II. p. 361. & dedit *Schneid.* δατιζομένης *Turnebus* & *Rittershuſ.* habent. Cod. R. δατυσσόμενοι & Vat. διατυσσ.

v. 432. ἱμερόεσσα. Cod. Venetus pro vulgato ἠμερόεσσα. Vide Animadv.

v. 433. ἐπέχραον. In Cod. Ven. ἐπέχραοι.

v. 435. τέμνει. Eſt in Vat. Cod. Primus e conjectura *Brodæi* recepit *Rittershuſ.* Aldina, Turnebiana habent τείνει, ut Cod. Reg.

v. 436. στείνονται. Ita Codd. Ven. Reg. & Sylburg. Jam dedit cl. *Schneid.* Alii στείχονται.

δαινύμενος· τοὶ δ᾽ αἶσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶντες
οὐδ᾽ ὧς ἐχθαίρουσι καὶ οὐ λείπουσι φονῆα.
Σοῦβε τάλαν, κακοεργὲ, καὶ αὐτῷ σοι μετόπισθε
πόντιον ἀγρευτῆρες ἐπαρτυνέουσιν ὄλεθρον,
καὶ δολερῷ περ ἐόντι, καὶ ἰχθυφόνῳ τελέθοντι.
Ἔστι δέ τις δρυμοῖσι παρέστιος ὀξύκερως θὴρ,
ἀγριόθυμος Ὄρυξ, κρυερὸς θήρεσσι μάλιστα·
τοῦδ᾽ ἤτοι χροιὴ μὲν ἅτ᾽ εἰαρινοῖο γάλακτος,
μούναις ἀμφὶ πρόσωπα μελαινομένῃσι παρειαῖς·
διπλὰ δὲ οἱ μετόπισθε μετάφρενα πίονα δημῷ.
ὀξεῖαι κεράων δὲ μετήοροι ἀντέλλουσιν
αἰχμαὶ πευκεδαναὶ, μελανόχροον εἶδος ἔχουσαι·
καὶ χαλκοῦ θηκτοῖο, σιδήρου τε κρυεροῖο,

dens: at illi necem oculis cernentes, ne ſic quidem oderunt, neque relinquunt interfectorem. Sube improbe, nefarie, etiam ipſi tibi poſtea marinum venatores parabunt exitium, quantumvis doloſo & piſcium interfectori.

Eſt autem quædam ſylvarum incola, acutis cornibus fera, ſævus oryx, formidandus beſtiis maxime. Hujus color quidem tanquam verni lactis, ſolis in facie nigricantibus genis. Duplex autem ei pone dorſum, opimum adipe: acuti porro cornuum alte prominent mucrones tetri, nigri ſpecie, qui ære acuto, ferroque atroci, ſaxoque duro præſtant, venenati cava

v. 440. ὀφθαλμοῖς ὁρόωντες dant Codd. Reg. & Venet.

v. 441. καὶ οὐ λείπουσι. In Vatic. Cod. οὐ abeſt. *Brodæus* legebat λυποῦσι, Annot. p. 79.

v. 443. ἐπαρτύνουσιν, in Reg. & in Ald.

v. 445. ὀξύκερως. Sic Cod. Venet. & Reg. editi ὀξύκερος, quod in ὀξύτερος mutavit ex ingenio cl. *Schneider.*

v. 450. μετήορον in Variet. Turneb.

πέτρου τ' ὀκριόεντος ἀρειότεραι πεφύασιν.
ἰοφόρον κείνοις δὲ φύσιν κεράεσσι λέγουσι.
θυμὸς δ' αὖτ' Ὀρύγεσσιν ὑπερφίαλος καὶ ἀπηνής·
οὔτε γὰρ εὐρίνοιο κυνὸς τρομέουσιν ὕλαγμα,
οὐ Συὸς ἀγραύλοιο παρὰ σκοπέλοισι φρύαγμα,
οὐδὲ μὲν οὐ Ταύρου κρατερὸν μύκημα φέβονται,
Πορδαλίων δ' οὐ γῆρυν ἀμειδέα πεφρίκασιν,
οὐδ' αὐτοῦ φεύγουσι μέγα βρύχημα Λέοντος,
οὐδὲ βροτῶν ἀλέγουσιν ἀναιδείῃσι νόοιο.
πολλάκι δ' ἐν κρημνοῖσιν ἀπέφθιτο καρτερὸς ἀνὴρ
θηρητὴρ Ὀρύγεσσι δαφοινοῖς ἀντιβολήσας.
ὁππότε δ' ἀθρήσειεν Ὄρυξ κρατερόφρονα θῆρα,
ἢ Σῦν χαυλιόδοντ', ἢ καρχαρόδοντα Λέοντα,

[..]ro cornua natura eſſe ajunt. Sed animus rurſus orygibus audax & immanis. Neque enim ſagacis canis formidant latratum, non ſuis feri in rupibus fremitum, neque vero tauri vaſtum mugitum timent: pantherarum vocem triſtem non horrent, neque ipſius fugiunt ingentem rugitum leonis, neque mortales curant præ audacia animi. Sæpenumero enim in jugis periit robuſtus vir venator, cum orygibus cruentis congreſſus. Quando autem viderit oryx animoſam feram, aut aprum exertis dentibus, aut ſerratis dentibus leonem, aut te-

v. 453. ὀκριόεντος. Lectionem Cod. Veneti conjectura aſſecutus eſt cl. *Schneider.* Alii ὀκρυόεντος. ἀρειότεραι. ἀρειότερα Vat. Cod ἀφειότ. Ald. unde ἀφειδέστ. & ἀφυκτότ. ſomniabat *Brodæus* annot. p. 80. πεφύκασιν in Ald.

v. 455. ἰοφόρον κείνοις. Ita reſtituimus e Cod. Vat. Vulgo ἰοφόροι κενεήν. *Rittershuſ.* ἰοφόρον. Ald. ἰοφόροι κενεοῖς. φύσιν corrigebat φυσᾶν *Brodæus*, ut caprearum more cavis cornibus reſpiraret Oryx:

v. 462. κρημνοῖσιν. In C. Ven. κνημοῖσιν.

ἢ κρυερῶν Ἄρκτων ὀλοὸν θράσος, αὐτίκ' ἄρ' αἴῃ
νευστάζων, κεφαλήν τε μέτωπά τε πάμπαν ἐρείδει
τεινάμενος, πήξας τε παρὰ χθονὶ πικρὰ βέλεμνα,
ἐσσύμενον μίμνει, τὸν δ' ὤλεσε πρῶτος ἐναίρων·
δόχμια γὰρ κλίνας βαιὸν κερόεντα μέτωπα
τεύχεσιν ὀξυτέροις δεδοκημένος ἔμπεσε θηρί·
αὐτὰρ ὅ γ' οὐκ ἀλέγει κατὰ δ' ἄσχετον ἰθὺς ὀρούει
ὀξέσι πεφρικὼς συνερειδόμενος σκολόπεσσι.
ὡς δ' ὅτ' ἐνὶ ξυλόχοισιν ἐπεσσυμένοιο Λέοντος,
Ἀρτέμιδος δώροισι κεκασμένος ἄλκιμος ἀνὴρ,
αἰχμὴν ἀστράπτουσαν ἔχων κρατερῇς παλάμῃσιν,

trorum urſorum exitioſam audaciam, ſtatim humi inclinat caput frontemque prorſus obfirmat connixus, & defixis humi acerbis telis, irruentem expectat, eumque interfecit capitis impetu. Obliquam enim inclinans paulum cornigeram frontem, armis acutioribus obſervans incidit in feram. Verum illa non curat, ſed effrenate recta incurrit, acute horrentibus infixa mucronibus. Quemadmodum autem in ſylvis irruentem leonem Dianæ muneribus ornatus ſtrenuus vir, venabulum fulgidum tenens validis manibus, diducto paſſu expectat, eum-

v. 466. *αὐτίκ' ἄρ' αἴῃ*. *Rittersh.* ex variet. Turnebi dedit. Vat. Cod. αὐτίκα γαίῃ νευστάζων. Cod. R. αὐτίκ' ἀραιὴν νευστάζει Ultimam vocem omnes, excepto *Schneid.* habent. *Turnebus* ex aliquo Codice γάστρος ἐρωῇ dedit, unde *Bochartus* Hieroz. I. pag. 968. efficiebat κρατὸς ἐρωῇ, quod recepit *Schneider.* Codd. noſtri vulgatæ adſtipulantur.

v. 468. πήξας τε. πήξασθαι in Cod. Vat.

v. 469. πρῶτος ἐναίρων. Vulgatam vides. ἀναίρων Cod. Reg.

v. 472. ἰθύς. εὐθὺς in variet. Turnebi.

v. 473. ὀξέσι. Idem in Codd. niſi quod in Veneto σκολόπεσσι

εὖ διαβὰς μίμνῃ, τὸν δ᾽ ἄγρια θυμαίνοντα
δέξηται προβλῆτα φέρων ἀμφηκέα χαλκόν·
ὣς Ορυγες μίμνουσιν ἐπεσσυμένους τότε θῆρας
αὐτοφόνους, σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσι δαμέντας·
ῥεῖα γὰρ ἐν στέρνοισιν ὀλισθαίνουσιν ἀκωκαὶ,
πολλὸν δ᾽ αἷμα κελαινὸν ἀπ᾽ ὠτειλῶν ἑκάτερθεν
ἐκχύμενον γλώσσῃσιν ἑὸν τάχα λιχμάζουσιν.
οὐδὲ μὲν ἐκφυγέειν οὐδ᾽ ἱεμενοῖσι πάρεστιν,
ἀλλήλους δ᾽ ὀλέκουσιν ἀμοιβαίοισι φόνοισι.
καὶ κέ τις ἀγρονόμων, ἢ βουκόλος, ἤ τις ἀροτρεὺς,
ἀμφιδύμοις νεκύεσσι παραὶ ποσὶν ἀντιβολήσας,
ἄγρην εὐάντητον ἔχοι μεγαθαμβέϊ θυμῷ.
Εξείης ἐνὶ θηρσὶ κεραοφόροισι γένεθλα

que immaniter excandeſcentem excipit projecto ancipiti telo: ſic oryges expectant irruentes tum feras, ſibi necem inferentes, ſua vecordia oppetentes. Facile enim in pectora labuntur cuſpides cornuum. Multum autem cruorem atrum, ex vulneribus utrinque profuſum, linguis ſuum ilico lambunt. Neque vero effugere ne cupientibus quidem licet: verum ſeſe interficiunt mutua cæde. Ac quiſpiam ruſticorum, aut armentarius, aut aliquis arator, dum duo cadavera ante pedes reperit, prædam opimam habebit, valde attonitus animo.

Deinceps inter belluas cornigeras genera canere par eſt im-

loco σκοπέλοισι. *Schneider* ſecutus eſt *Guieti* conjecturam ὀξέα πεφρικῶσιν ἐρειδόμενος σκολόπεσσι. V. A.

v. 477. μίμνῃ. Sic in Turnebiana, & errat cl. *Schneid.* affirmans in omnibus eſſe μίμνει, quod ex Turn. correxit *Guietus*. θυμαίνοντα. κυμαίνοντα Cod. Vat.

v. 488. ἔχοι. ἔχει in Ven. & Vat. Codd.

ἀείδειν ἐπέοικεν ἀπειρεσίων Ἐλεφάντων.
κεῖνα γὰρ ἐν γενύεσσιν ὑπέρβια τεύχεα δοιά,
εἴκελα χαυλιόδουσιν ἐπ' οὐρανὸν ἀντέλλοντα·
ἀλλ' οἱ μὲν πλήθους ὀλοοὺς ἐνέπουσιν ὀδόντας
πλαζόμενοι· νῶϊν δὲ κεράατα μυθήσασθαι
εὔαδεν· ὧδε γὰρ ἄμμι φύσις κεράων ἀγορεύει.
σήματα δ' οὐκ ἀΐδηλα διακριδὰ τεκμήρασθαι.
θηρσὶ γὰρ ἐκφύσιες γενύων ἀπὸ τῶν ἐφύπερθεν,
ὅσσαι μὲν κερόεσσαι, ἀνωφερὲς ἀΐσσουσιν·
εἰ δὲ κάτω νεύοιεν ἀτεχνῶς εἰσὶν ὀδόντες.
κείνοισι δὲ διπλοῖς Ἐλεφαντείοις κεράεσσι

manium elephantorum. Illa enim in malis immania ſpicula duo, ſimilia dentibus exertis, in cœlum eminentia, ſed qui e vulgo ſunt tetros nominant dentes, errantes: nobis vero cornua appellare placet. ſic enim nobis natura cornuum dictat. Argumenta vero non obſcura hæc ſunt ad conjiciendum. Quippe feris propagines malis ex ſuperioribus quæcunque corneæ ſunt, ſurſum ſe exerunt: ſin deorſum ſpectent, vere ſunt dentes. Illis porro duobus elephantinis cornibus radices qui-

v. 491. κεῖνα. In Cod. Reg. κείνοις.

v. 492. χαυλιόδ. In Ald. & Vaſcoſ. χαυνιόδ.

v. 493. ἐνέπουσιν. Hoc habet Cod. Venetus. Cod. Reg. ἀλλ' οἱ μὲν πείθους ὀλοοὺς ἐνέπειν περ ὀδόντας. Cod. Vatic. ἐνέτλησαν ὀδόντας. *Ald. Turneb.* ἐνέπρισαν. *Rittersh.* ἐνέθησαν. *Schneiderus* ἐνέποιεν ex emend. V.D. In omnibus ἄλλοι, quod ducente Cod. R. mutavimus.

v. 496. οὐκ ἀΐδηλα ex Codd. Reg. Ven. & Vat. reſtituimus. Ante vulgatum erat οὐκ ἀρίδηλα. οὖν ex emend. *Guieti* dedit cl. *Schneider.*

v. 497. ἀπὸ τῶν. In Veneto Cod. ἀπ' ὤτων.

v. 498. κερόεσσαι. Ald. Turn. κεραέσσιν. E conj. *Turn.* noſtrum recepit *Rittersh.*

v. 500. κείνοισι. Cod. Vat. & R. Alii κείνοισιν. *Guietus* correxit κείνοις δή.

ῥίζαι μὲν πρώτιστον ἀπὸ κρατὸς πεφύασιν,
ἐκ μεγάλου μεγάλαι, φηγῶν ἅτε· νέρθε δ᾽ ἔπειτα
κρυπτόμεναι ῥινοῖσιν, ὁμιλοῦσαι κροτάφοισιν
ἐς γένυν ὠθεῦνται· γενύων δ᾽ ἀπογυμνωθεῖσαι
ψευδέα τοῖς πολλοῖσι δόκησιν ὄπασσαν ὀδόντων.
καὶ μὴν ἄλλο βροτοῖσιν ἀριφραδὲς ἔπλετο σῆμα·
πάντες γὰρ θήρεσσιν ἀκαμπέες εἰσὶν ὀδόντες,
οὐδὲ τέχναις εἴκουσιν, ἀμείλικτοι δὲ μένουσι,
τοὺς σοφίῃ τεῦξαι κεραοξόος ἢν ἐθέλῃσιν
εὐρέας, ἀντιλέγουσιν ἀπηλεγές, ἢν δὲ βιῶνται,
ἄγνυνται καυληδὸν ἀπειθέες· ἐκ δὲ κεράων
τόξα τε κυκλοτερῆ, καὶ μυρία τεύχεται ἔργα.

dem primum ex capite naſcuntur, ex magno magnæ, quaſi ex fagis: ſubter autem deinde latentes ſub cute, ſubeuntes tempora in malam extruduntur, e malis vero nudæ exeuntes, falſam vulgo opinionem præbuerunt dentium. Quin etiam aliud nobis illuſtriſſimum eſt argumentum. Omnes enim beſtiis inflexibiles ſunt dentes, neque artibus cedunt, ſed implacabiles manent: quos ſi artifex velit latos reddere, reluctantur pertinaciter: ſin cogantur, franguntur in fruſta refractarii: e cornibus autem arcuſque rotundi, & infinita conficiuntur

v. 502. ἐκ μεγάλου. μεγάλων in Codd. Ven. & Vat.

v. 504. γενύων δ᾽ eſt in Cod. Vat. a quo firmatur *Guieti* correctio, quam ſecutus eſt *Schneid.*

v. 505. δόκησιν. Ald. Turn. & Schneid. habent. *Rittershuſ.* δόκουσιν. Cod. Vatic. δόκωσιν ὄπασσαν.

v. 510. βιῶνται. βιᾶται ſc. κεραοξόος magis placebat *Brunckio.*

v. 511. ἐκ δὲ κερ. Cl. *Schneider* dedit ἐκ κεράων δὲ ex *Guieti* conjectura, quam Cod. Reg. firmatam pronuntiat, ſed falſum eſt: ut nos habet ille Codex.

ὡς δὲ κεράατα κεῖνα, τά τοι καλέουσιν ὀδόντας,
γνάμπτειν εὐρύνειν τ' ἐλεφαντοτόμοις ὑποείκει.
Θηρσὶ δὲ τοῖς μέγεθος μὲν ὅσον μήπω κατὰ γαίης
ἄλλος θὴρ φορέει· φαίης κεν ἰδὼν Ἐλέφαντα,
ἢ κορυφὴν ὄρεος παναπείριτον, ἢ νέφος αἰνὸν,
χεῖμα φέρον δειλοῖσι βροτῶν, ἐπὶ χέρσον ὁδεύειν.
ἴφθιμον δὲ κάρηνον ἐπ' οὔασι βαιοτέροισι,
κοιλοῖσι, ξεστοῖς· ἀτὰρ ὀφθαλμοὶ τελέθουσι
μείονες ἢ κατ' ἐκεῖνο δέμας, μεγάλοι περ ἐόντες.
τῶν δ' ἤτοι μεσσηγὺς ὑπεκπροθέει μεγάλη ῥὶς
λεπτή τε, σκολιή τε, προβοσκίδα τὴν καλέουσι·
κείνη θηρὸς ἔφυ παλάμη, κείνῃ τὰ θέλουσι
ῥηϊδίως ἔρδουσι. ποδῶν γε μὲν οὐκ ἴσα μέτρα·

opera. Sic autem cornua illa, quæ appellant dentes, ad flectendum, & dilatandum eborariis cedunt.

Jam beſtiis his proceritas quidem eſt quantam non in terra alia fera fert: dixeris conſpicatus elephantum, aut jugum montis immenſum, aut nubem horridam tempeſtate gravidam per terram ingredi. Magnum autem caput, cum aures exiguæ ſint, cavæ, politæ: verum oculi ſint minores, quam pro illo corpore, tametſi magni ſunt; inter iſtos autem excurrit ingens naſus, gracilisque, obliquuſque, proboſcida quem vocant. Illa belluæ eſt manus; illa quæ volunt facile faciunt: pedum tamen non pares moduli. Anteriores enim multo altius

v. 514. γνάμπτειν. In Ven. C. γνάπτει. In Vat. γνάμπτειν τ' εὐρῦναι τ'. In Reg. γνάπτειν.

v. 515. τοῖς. Facile *Schneidero* ſic reponenti pro vulgato τοὶ obſequimur.

v. 520. ὀφθαλμοί. ὀφθαλμὸν in Reg. & Ven. Codd.

ὑψόθι γὰρ οἱ πρόσθε πολὺ πλέον ἀείρονται.
ῥινὸς δ᾽ αὖ τὸ δέμας δυσπαίπαλος ἀμφιβέβηκεν
σχιστός τε, κρατερός τε, τὸν οὔ κε μάλ᾽ οὐδὲ κραταιὸς,
θηκτὸς, πανδαμάτωρ τε διατμήξειε σίδηρος.
θυμὸς ἀπειρέσιος πέλεται κατὰ δάσκιον ὕλην
ἄγριος, ἐν δὲ βροτοῖς τιθασὸς μερόπεσσί τ᾽ ἐνηής.
ἐν μὲν ἄρα χλοερῇσι πολυκνήμοισί τε βήσσαις
καὶ φηγοὺς, κοτίνους τε καὶ ὑψικάρηνα γένεθλα
φοινίκων πρόῤῥιζα κατὰ χθονὸς ἐξετάνυσσεν,
ἐσχρίψας θηκτοῖσιν ἀπειρεσίαις γενύεσσιν·

attolluntur. Pellis autem rurſum corpus ſcabra & aſpera circumdat, fœdiſſima, firmiſſimaque, quam non ſane ne validum quidem acutum omniaque domans penetrarit ferrum. Animus immanis eſt in opaca ſylva, ſævus: ſed inter mortales cicur hominibuſque blandus. In floridis quidem, clivoſiſque ſaltibus, & fagos, & oleaſtros, & ardua genera palmarum radicitus humi proſternit, incurrens acutis ingentibus genis. Ve-

v. 526. οἱ. Codd. Ven. & R. firmant emendat. V .D. a *Schneidero* receptam.

v. 527. αὖ τό. E Cod. Reg. recepimus pro vulgato αὖτε.

v. 528. αἴσχιστος. Vulgo. Tres Codd. habent σχιστός τε, & τὸν οὔ κε μάλ᾽. In Ald. τὸν οὐ καί. Erravit cl. *Schneiderus*, cum diceret *Rittersh.* primum κε poſt τὸν οὐ inſeruiſſe. Nam eſt ita apud *Turneb.* Nota B. in margine Cod. Venet. ad hunc verſum legitur κελαινός. Fortaſſe gloſſa του αἴσχιστος. *Bodinus* leg. τὸν οὐ καὶ μάλα κραταιός. V. A.

v. 532. πολυκνήμοισι. Dedit ex *Turneb.* *Schneiderus*, & habent Codd. Ven. & Vat. Editi alii πολυκνήμησι

v. 533. ὑψικ. In Ald. ὑψοκ.

v. 535. ἐσχρίψας. Vulgatam ſervamus. *Schneiderus* dedit ἐσχρίμψας, quod durius videtur. Nam ἐσχρίψαι, *appropinquare*, ſine μ inveniri teſtis eſt Henr. Steph. Theſ. L. G. append. p. 807. inde nil mutandum duximus. θηκτῇσιν eſt apud *Turneb.* & in Codd. Vat. & Reg.

ὁππότε δ' ἐν μερόπων βριαρῇσι πέλει παλάμῃσι,
λήθετο μὲν θυμοῖο, λίπεν δέ μιν ἄγριον ἦτορ·
ἔτλη καὶ ζεύγλην, καὶ χείλεσι δέκτο χαλινὰ,
καὶ παῖδας νώτοισι φέρει σημάντορας ἔργων.
Φήμη δ' ὡς Ἐλέφαντες ἐπ' ἀλλήλοις λαλέουσι,
φθογγὴν ἐκ στομάτων μεροπηΐδα τονθορύζοντες·
ἀλλ' οὐ πᾶσιν ἀκουστὸς ἔφυ θήρειος αὐτή·
κείνης δ' εἰσαΐουσι μόνοι τιθασεύτορες ἄνδρες.
θαῦμα δὲ καὶ τόδ' ἄκουσα, κραταιοτάτους Ἐλέφαντας
μαντικὸν ἐν στήθεσσιν ἔχειν κέαρ, ἀμφὶ δὲ θυμὸν
γινώσκειν σφετέροιο μόρου παριοῦσαν ἀνάγκην.
οὐκ ἄρα τοι μούνοισιν ἐν ὀρνίθεσσιν ἔασι
Κύκνοι μαντιπόλοι γόον ὕστατον ἀείδοντες,

rum ubi in hominum validis eſt manibus, oblíviſcitur ſævitiæ, & relinquit ſævum cor: fert etiam jugum, & labris recipit frænos, & pueros tergo fert præceptores operum. Fama autem quod elephantes inter ſe loquuntur, vocem ex ore humanam barrientes. Verum non omnibus audiri poteſt belluina vox, ſed ſoli eam intelligunt manſuetarii viri: miraculum vero etiam iſtud audivi, validiſſimos elephantos divinum in pectoribus habere cor, & apud animum præſentire ſuæ mortis adventantem neceſſitatem. Non igitur ſolis in avibus ſunt olores vates, fletum ultimum concinentes: ſed etiam inter

v. 540. τονθορύζοντες eſt in Cod. Reg. unde recepimus pro vulgato τονθρύζ.
v. 545. θυμῷ e Codd. Ven. & Reg. recepimus pro vulgato θυμόν.
v. 546. γινώσκει in Aldina & Variet. Turn. Pro μόρου, νόμου leg. in Ven. & Sylb. Codd.

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ ἐν θήρεσσιν ἑὴν θανάτοιο τελευτὴν
φρασσάμενοι, τόδε φῦλον ἰήλεμον ἐντύνουσι.

Ῥινόκερως δ᾽ Ὄρυγος μὲν ἔφυ δέμας αἰθυκτῆρος
οὐ πολλῷ μείζων, ὀλίγον δ᾽ ὑπὲρ ἄκρια ῥινὸς
ἀντέλλει κέρας αἰνὸν, ἀκαχμένον, ἄγριον ἆορ·
κείνῳ κεν χαλκόν τε διατρήνειεν ὀρούσας,
οὐτήσας βριαρήν τε διατμήξειε χαράδρην.
κεῖνος καὶ σθεναρῷ περ ἐφορμηθεὶς Ἐλέφαντι
πολλάκις ἐν κονίῃσι νέκυν τοιοῦτον ἔθηκεν.
ἠρέμα δὲ ξανθοῖς ἐπὶ καλλικόμοισι μετώποις
καὶ νώτῳ ῥαθάμιγγες ἐπήτριμα πορφύρουσι.
πάντες δ᾽ ἄῤῥενές εἰσι, καὶ οὔποτε θῆλυς ὁρᾶται.

belluas ſuum mortis terminum augurantes iſtud genus, næniam ſibi faciunt.

Rhinoceros autem oryge violento non multo major quidem corpore, paulum autem ſuper ſummum naſum attollit cornu grave, acutum, ſævum telum: illo æs perforarit impetu facto, & feriens durum diviſerit ſaxum. Ille quamvis validum invadens elephantum, ſæpenumero in pulvere mortuum talem & tantum proſtravit. Leviter porro in flava pulcricoma fronte, & tergo, guttæ crebræ purpuraſcunt. Omnes autem maſculi ſunt, neque unquam fœmina cernitur: atque unde oriantur

v. 550. φρασσάμενοι. Omnes. φρασσάμενον ex ingen. ded. cl. *Schneider.* V. A.

v. 552. οὐ πολλῷ μείζων. Cod. Vat. exhibet. Vulgatum πολλὸν primus correxit *Schneider.*

v. 554. διατρήνειεν. *Turneb.* Ald. διατρήνει ἐν. *Rittersh.* cum Codd. Vat. & Reg. διατρήσειεν. *Schneider* χαλκὸν διατετρήνειεν ex ingenio.

v. 558. ἐπί. ἐστὶ in Ald.

καὶ πόθεν, οὐκ ἐδάην· φράζω δ' οὐχ ὡς δεδάηκα,
εἴτ' οὖν ἐκ πέτρης ὀλοὸν τόδε φῦλον ἐπῆλθεν,
εἴτ' αὐτόχθονές εἰσιν, ἐπαντέλλουσι δὲ γαίης,
εἴτε πρὸς ἀλλήλων τέρας ἄγριον ἐκφύονται
νόσφι πόθων, καὶ νόσφι γάμων, καὶ νόσφι τόκοιο.
ἤδη καὶ διεροῖσιν ἐν ὑγροπόροιο θαλάσσης
βένθεσιν αὐτόρρεκτα φύει καὶ ἀμήτορα φῦλα,
Ὄστρεά τ', ἠπεδαναί τ' Ἀφύαι, Κόχλων τε γένεθλα,
Ὀστρακά τε, Στρόμβοι τε, τά τε ψαμάθοισι φύονται.
Μοῦσα φίλη, βαιῶν οὔ μοι θέμις ἀμφὶς ἀείδειν·
οὐτιδανοὺς λίπε θῆρας, ὅσοις μὴ κάρτος ὀπηδεῖ,
Πάνθηρας χαροποὺς, ἠδ' Αἰλούρους κακοεργούς,

non novi, dico vero prouti ſcio; ſive e ſaxo ſævum iſtud genus exierit, ſive autochtones ſint, & e terra prodierint, ſeu denique ex ſe mutuo, monſtrum horrendum, procreentur abſque amore, & abſque nuptiis, & abſque partu. Nam etiam in humidis undoſi maris gurgitibus ſponte naſcuntur & matre carentia genera, oſtreum, imbecillæque apuæ, concharumque genera, & teſtacea, & turbines, & quæ in arena naſcuntur.

Muſa cara, de parvis non mihi fas eſt canere. Imbecillas relinquito feras, quibus non vires ſuppetunt, pantheras ravas,

v. 561. οὐχ ὡς. Certiſſimam *Brunckii* V. cl. conjecturam οὖν ὡς vellem in aliquo Codice inveniri.

v. 562. πέτρης. Cod. Reg. ἐκ προτέρης — ἔθηλεν. Meræ nugæ.

v. 563. ἐπαντ. Omnes. ἀπαντελ. dedit *Schneid.* ex ingenio.

v. 566. ὑγροπόροιο. Ald. cum Cod. Reg. ὑγροπόροισι.

v. 568. ὄστρεα ex Codd. Ven. & Reg. damus. τ' monente cl. *Schneidero* addidimus. Omnes ὄστρεον. Deinde κόλχων eſt in Cod. Ven.

v. 570. βαιῶν. βαιὸν in Ald. quod probat *Brodæus*. Alii & Cod. Vat. ut nos.

τοί τε κατοικιδίῃσιν ἐφωπλίσαντο καλιαῖς,
καὶ τυτθοὺς, ἁπαλοὺς, ὀλιγοδρανέας τε Μυοξούς.
τοὶ δ᾽ ἤτοι σύμπασαν ἐπιμύουσι μένοντες
χειμερίην ὥρην, δέμας ὕπνοισιν μεθύοντες·
δύσμοροι, οὔτε βορὴν ἑλέειν, οὐ φέγγος ἰδέσθαι,
φωλειοῖσι δ᾽ ἑοῖς ὕπνον τοσσοῦτον ἔχουσιν,
ὡς νέκυες κεῖνται δυσχείμερον οἶτον ἑλόντες.
αὐτὰρ ἐπὴν ἔαρος πρῶται γελάσωσιν ὀπωπαὶ,
ἄνθεά τ᾽ ἐν λειμῶνι νέον γε μὲν ἡβήσειαν,
νωθρὸν κινήσαντο δέμας μυχάτης ἀπὸ λόχμης,
φάεά τ᾽ ἀμπετάσαντο καὶ ἔδρακον Ἠελίου φῶς,

& feles maleficas, quæque in domeſticos armantur nidos (aves), & parvulos, teneros, infirmoſque glires, qui quidem toto dormiunt immoti hiberno tempore, ſomno ebrii, miſeri, qui neque cibum capiant, neque lucem cernant. verum in latebris ſuis ſoporem tam longum ducunt, aut mortui jacent, gelida morte oppetita. Verum cum veris prima renidere cœperit facies, floreſque in pratis recentes pubuerint, pigrum movent corpus intimo ex luſtro, luminaque aperiunt,

v. 573. κατοικιδίῃσιν. Codices Vat & Reg. editi κατοικιδίοισιν.

v. 574. Μυωξοὺς ſcribitur quoque in Cod. Vat. per ω.

v. 575. ἐπιμύουσι, ἐπημ. in Cod. Reg.

v. 578. ἔχουσι. ἔχοντες in Cod. Reg. & ſupra ἔχουσι. Loco τοσσοῦτον *Brodæus* legebat τὸν σῖτον.

v. 579. ἢ νέκυες. Vulgo. ἤ ὡς νέκυς in Cod. Reg. non vero ἤδε, ut ſcripſit cl. *Schneider.*

v. 580. γελάσωσιν. γελάσουσιν habet Cod. Vat.

v. 581. ἡβήσειαν. Annotavit cl. *Schneider* requiri ἡβήσωσι.

v. 583. ἀμπετάσαντο in tribus Codd. ἐμπετάσαντο in Ald. ἐκπετάσαντο in Turneb. Primus veritatem vidit *Rittershuſ.* ἠελίοιο in Ald. quod Cod. Ven. emendat.

tum miſcentibus doloſis venatoribus, qui magni dei, Liberi patris, iram non timent. Pantheræ nunc quidem in ferarum ſunt genere, verum antea non feræ truculentæ, ſed formoſæ glaucis oculis erant mulieres, vinolentæ, pampiniferæ, trietericæ, floribus redimitæ caput, Bacchi furioſi & choreas amantis nutrices. Infantem enim Iacchum Agenoris educabat Ino, mammam præbens primo lacte manantem filio Jovis. Simul autem pariter nutriebant Autonoë & Agave, veruntamen non in Athamantis nefandis ædibus, ſed in monte, quem Merum (*femur*) cognomine vocabant. Jovis enim magnam conjugem

v. 231. οἰνοχοεύντων. Ald. οἰνοχεύντων.

v. 235. ὠσχοφόροι, ita omnes & non male. Cl. *Schneid.* dedit ὀσχοφόροι. Sed utrumque ſcriptum invenitur. Vide Animadv. Ald. ὡς λοφόροι, unde *Brodæus* ὁπλοφόροι efficiebat.

v. 237. Ἴακχον pro Βάκχον e Cod. Reg. recepimus.

v. 241. οὔρεϊ δ᾽ ὃν τότε. Ita Cod. Vat. & Editi, niſi Aldina ubi τότε deeſt.

v 242. μάλα δειμαίν. Ex Codd. Vat. & Reg. recepimus. Editi omnes μέγα.

καὶ Πενθῆα τύραννον Ἐχιονίδην τρομέουσαι,
εἰλατίνῃ χηλῷ δῖον γένος ἐſκατέθεντο,
νεβρίσι δ᾽ ἀμφεβάλοντο, καὶ ἐστέψαντο κορύμβοις
ἐν σπέϊ, καὶ περὶ παῖδα τὸ μυστικὸν ὠρχήσαντο.
τύμπανά δ᾽ ἔκτυπεον, καὶ κύμβαλα χερσὶ κρόταινον,
παιδὸς κλαυθμυρισμῶν προκαλύμματα· πρῶτα δ᾽ ἔφαινον
ὄργια κευθομένῃ περὶ λάρνακι· σὺν δ᾽ ἄρα τῇσιν
Ἀόνιαι λάθρῃ τελετῶν ἅπτοντο γυναῖκες.
ἐκ δ᾽ ὄρεος πιστῇσιν ἀγερμοσύνην ἑτάρῃσιν
ἔντυον ἰθῦσαι Βοιωτίδος ἔκτοθι γαίης·
μέλλε γὰρ, ἤδη μέλλεν ἀνήμερος ἡ πρὶν ἐοῦσα
γαῖα φυτηκομέειν ὑπὸ λυσιπόνῳ Διονύσῳ.

valde formidantes, & Pentheum tyrannum filium Echionis timentes, in abiegna ciſta Jovis ſobolem condiderant, pellibus hinnulorum tectum, racemiſque coronatum, & in antro circa puerum myſticis choreis tripudiabant, tympanaque pulſabant, & cymbala manibus quatiebant, quo pueri vagitus celarent. Primæ vero aperiebant Bacchi ſacra myſtica occultam circum ciſtam & cum his Bœoticæ occulte orgia celebrabant mulieres. Deinde ex monte autem fidis cum ſociis parabant vagari Bœoticam extra terram. Futurum enim erat jam, ut rudis antea terra vites produceret cura Bacchi Lyæi. Ciſtam igitur arcanam

v. 244. Ald. habet εἰλαπίνη χιλῶ δῖον ἑὸν γένος. Quid ineptius?

v. 245. νεβρίσι. Ald. νευροῖσι.

v. 246. σπέϊ. Ald. σπείει.

v. 248. κλαυθμυρισμῶν, quod pronunciabatur κλαυθμυριμῶν, ut eſt in Editis. E Codice Reg. damus. Cl. *Schneider* ex ing. dedit κλαυθμυριῶν. Cod. Vat. habet κλαυθμυρίδων.

v. 251. αγερμοσ. Ita *Ritt.* & *Turn.* Ald. ατερμοσ. & *Brodæus* αγυρμοσ. quod dedit cl. *Schneid.*

χηλὸν δ' ἀῤῥήτην ἱερὸς χορὸς ἀείρασαι,
στεψάμεναι, νώτοισιν ἐπεστήριξαν ὄνοιο.
Εὐρίπου δ' ἵκανον ἐπ' ἠόνας, ἔνθα κίχανον
πρέσβυν ὁμοῦ τεκέεσσιν ἁλίπλανον, ἀμφὶ δὲ πᾶσαι
γριπέας εἱλίσσοντο βυθοὺς ἀκάτοισι περῆσαι·
αὐτὰρ ὅγ' αἰδεσθεὶς ἱερὰς ὑπέδεκτο γυναῖκας.
καὶ δή οἱ χλοερὴ μὲν ἐπήνθεε σέλμασι μίλαξ,
πρύμνην δ' ὡραίη σέλινος καὶ κισσὸς ἔρεπτον·
καί κεν ὑπὲρ πόντοιο κυβίστεον ἀσπαλιῆες
δείματι δαιμονίῳ πεπτηότες· ἀλλὰ πάροιθεν
ἐς γαῖαν δόρυ κέλσε, πρὸς Εὐβοίην δὲ γυναῖκες
ἤδ' ἐπ' Ἀρισταίοιο θεὸν κατάγοντο φέρουσαι,

ſacer cœtus tollentes coronatam tergo impoſuerunt aſini, & Euripi venerunt ad littora, ubi offenderunt ſenem piſcatorem cum liberis. Tum omnes circum piſcatores fuſæ orabant, ut fretum lembis transjicerent: ille autem reverentia ductus ſacras recipiebat mulieres. Tum vero & virens effloreſcebat in tranſtris taxus, puppem autem formoſum apium & hedera implicabat. & ſuper mare in caput ſaltaſſent piſcatores terrore ingenti perculſi, ſed antea in terram ratis appulſa erat, ubi in Eubœam mulieres ad Ariſtæi ædes deduxerunt deum, qui

v. 256. στεψάμεναι, Codd. quatuor. Et *Schneid.* πεμψ. *Turneb.* & *Rittersh.* πεψάμ. Ald. ἐπεστήριξαν, Cod. Vat. & *Schn.* alii ἐπιστ.

v. 259. γριπέας. Ald. γριφέας. εἱλίσσοντο, omnes Edd. ἑλίσσοντο tres Codd. V. D. ad Ald. *Schneideri* ἐλλίσσοντο conjiciebat, quod tenendum putat cl. *Schneid.* *d'Arnaud* p. 229. ſupplebat βουλόμεναι.

v. 262. σέλινος. ἕλινος *Brodæus*. Vide Animadv. ἔρεπτον. ἔρεπτε Codd. Ven. & Vat.

ὅς θ' ὕπατον μὲν ἔναιεν ὄρει κεράεσσιν ὑπ' ἄντρου,
μυρία δ' ἀγραύλων βιοτὴν ἐδιδάξατο φωτῶν.
πρῶτος ποιμένιον ἱδρύσατο, πρῶτος ἐκεῖνος
καρπούς ἀγριάδος λιπαρῆς ἔθλιψεν ἐλαίης,
καὶ ταμίσῳ πρῶτος γάλα πήξατο, καὶ ποτὶ σίμβλους
ἐκ δρυὸς ἀείρας ἀγανὰς ἐνέκλεισε μελίσσας.
ὃς τότε καὶ Διόνυσον ἑῷ νεογιλὸν ὑπ' ἄντρῳ
Ινῴης ἔθρεψε δεδεγμένος ἐκ χηλοῖο·
σὺν Δρυάσι δ' ἀτίτηλε, μελισσοκόμοισί τε Νύμφαις,
Εὐβοΐσι τε κόρῃσι, καὶ Αονίῃσι γυναιξίν.
ἤδη κουρίζων δ' ἑτάροις μετὰ παισὶν ἄθυρε.

ſummum incolebat montem frigido ſub antro. Plurimum ille erudivit ruſticam vitam hominum, & primus pecuariam rem inſtituit. Primus ille agreſtis baccas expreſſit olivæ pinguis, & coagulo primus lac conduxit, & in alvos ex quercu ſumptas manſuetas incluſit apes. Qui tum etiam Liberum patrem infantem ſuo in antro Inoa educavit acceptum ex ciſta, & cum Dryadibus nutrivit, & apiariis Nymphis, & cum Euboicis puellis, & Bœoticis mulieribus. Jam autem puer cum ſo-

v. 267. ὄρει κεράεσσιν. Cod. Vat. ὄρει καὶ ῥοῆσιν, unde ῥῶσιν legebat *Schottus* obſ. hum. p. 99. Ald. ῥοιῆσιν. *Brunckius* emendavit ὄρος κρυόεντος, quod dedit *Schneider.* *Turnebus* in Var. κλισίῃσιν conjiciebat. *Bodinus* ὅς θ' ὑπὸ τῷ μὲν ἔναιεν ὄρει καὶ ῥυσάθ' ὑπ' ἄντρῳ. Vide Anim. noſtras.

v. 268. ἀγραύλων. Vulg. ἀγραύλον, correxit *Brunckius*, cui favet Cod. R.

v. 269. ποιμένιον. Vulgo ποιμένιων γ'. In Cod. Reg. & in Ald. ποιμένιων, unde cl. *Schneid.* in Animadv. p. 377. lectionem noſtram eruebat.

v. 270. ἔθλιψεν ex Marg. *Rittersh.* recepit *Schneider.* Alii ἔτριψεν. Ald.

v. 276. εὐβοΐσι τε, Codd. Vat. & Reg. edd. εὐβοίσιν & εὐβοίῃσιν.

νάρθηκα προταμὼν στυφελὰς οὐτάζετο πέτρας·
αἱ δὲ θεῷ μέθυ λαρὸν ἀνέβλυσαν ὠτειλάων.
ἄλλοτε δ' ἀρνειοὺς αὐτῆς ἐδάϊξε δορῆσι,
καὶ μελεϊστὶ τάμεν, νέκυας δ' ἔῤῥιψεν ἔραζε·
αὖτις δ' ἄψεα χερσὶν εὐσταλέως συνέβαλλεν·
οἱ δ' ἄφαρ ἔζωον, χλοεροῦ θ' ἅπτοντο νομοῖο.
ἤδη καὶ θιάσοισιν ἐμέμβλετο, καὶ κατὰ πᾶσαν
γαῖαν ἐκίδνατο δῶρα Θυωναίου Διονύσου·
πάντη δὲ θνητοῖς ἀρετὴν πωλέσκετο φαίνων.
ὀψὲ δὲ καὶ Θήβης ἐπεβήσατο, καὶ πυρίπαιδι
πᾶσαι ὑπηντίασαν Καδμηΐδες· αὐτὰρ ὁ μάργος

ciis pueris ludebat, ferulaque ſecta dura ſauciabat ſaxa: illa autem deo vinum jucundum profundebant ex vulneribus. Interdum autem agnos cum ipſis diſcerpebat pellibus membratim conciſos, mortuoſque abjiciebat humi; & rurſus membra manibus apte conjungebat, ita ut agni ſtatim reviviſcerent & viride carperent pabulum. Et jam thiaſos curabat, & per totum orbem terrarum ſpargebantur munera Thyonæi Bacchi, & ubique in itinere ſuo mortalibus munera ſua monſtrabat. Tandem vero & Thebas adiit, ubi puero ex igne nato omnes obviam occurrebant Thebanæ. At veſanus Pentheus non ligandas Bac-

v. 280. ἐδάϊξε, Cod. Vat. edd. ἐδάϊζε.

v. 281. τάμε, Codd. R. & Vat. qui αὖτις verſu ſeq.

v. 282. εὐσταλέως. Ald. εὐσταλέων συνέλαβε, unde Bodinus εὐσταλέως, quod dedit *Schneider*. Cod. Ven. νεοσταλέων συνέβαλε. Cod. R. νεοσταλέως. *Turneb.* & *Rittersh.* νεωστὶ νέων συνέβαλλεν. In Variet. Turn. νεωστιέων.

v. 286. Φαίνων. βαίνων in Cod. Vatic.

v. 287. πυρίπαιδι. In Ald. disjunctim πυρὶ παιδὶ, quod in unum coaleſcere juſſit cl. *Schneider*. *Rittersh.* περὶ παιδὶ ex Turnebiana dedit, & habet Cod. R.

Πενθεὺς οὐχὶ δέτας παλάμας ἔδεεν Διονύσου,
καὶ θεὸν αὐτοφόνοισιν ἀπείλεε χερσὶ δαΐξαι,
οὐ Τυρίου Κάδμοιο καταιδόμενος τρίχα λευκὴν,
οὐδὲ κυλινδομένην οἷσι πρὸ πόδεσσιν Ἀγαύην·
σύρειν δ᾽ αἰνομόροισιν ἐβώστρεεν οἷς ἑτάροισι,
σύρειν τε, κλείειν τε, χορόν τ᾽ ἐλάασκε γυναικῶν.
οἱ μέν νυν Βρόμιον Πενθηϊάδαι φυλακῆες
δεσμοῖσι δοκέοντο σιδηρείοισιν ἄγεσθαι,
ἀλλ᾽ οὐκ ἀδμητοῖο τε· θεοῦ γ᾽ οὐχ ἅπτετο δεσμά.
παχνώθη δὲ κέαρ θιασώτισι, πάντα δ᾽ ἔρεζε
ῥίψαν ἀπὸ κροτάφων στεφανώματα, θύσθλα τε χειρῶν,
πᾶσαι δ᾽ ἐστάλαον Βρομιώτισι δάκρυ παρειαί.
αἶψα δ᾽ ἀνηΰτησαν· Ἰὼ μάκαρ ὦ Διόνυσε,

chi manus ligare parabat, & deum ſuis minitabatur manibus ſe dilaniaturum, non Tyrii Cadmi reveritus capillum canum, neque advolutam ſuis pedibus Agaven: verum miſere morituris acclamabat ſociis, ut tractum includerent, cœtumque abigebat mulierum. Igitur Bacchum Penthei ſatellites vinculis exiſtimabant ferreis duci, aliique Thebani, at deum nulla tenebant vincula. Bacchæ vero conſternebantur animis, omneſque in terram projiciebant de temporibus coronas, & thyrſos ex manibus, & cunctis manabant evantibus lacrimæ ex genis. Statim autem exclamarunt, Io! Dive, o Bacche, accende

v. 289. οὐχὶ δέτας. Ita Cod. Ven. & Editi. Aldina οὐχ ἴδε.
v. 294. ἐλάασκε, Cod. R. & *Schneid.* Alii ἐλάεσκε.
v. 295. Πενθηϊάδαι, Cod. R. & *Schneid.* vulgo Πενθηϊάδες.
v. 297. ἀλλ᾽ οὐκ ἀδμητ. e Cod. Reg. B. damus, qui præſtantiſſimam hanc Lectionem margini adſcriptam ex antiquiori Cod. præfert Vulgo, ἄλλοι Καδμεῖοί τε In Var. Turn. ἀλλ᾽ οὐ Καδμ.
v. 300. πᾶσαι e Codd. Reg. Vat. damus pro vulg. πάσαις δ᾽ ἐστάλαεν — παρειῶν.

ἄπτε σέλας φλογερὸν πατρώϊον, ἂν δ᾽ ἐλέλιξον
γαῖαν, ἀταρτηροῦ δ᾽ ὄπασον τίσιν ὦκα τυράννου·
θὲς δὲ παρὰ σκοπιῇσι, πυρίσπορε, Πενθέα ταῦρον,
ταῦρον μὲν Πενθῆα δυσώνυμον, ἄμμε δὲ θῆρας
ὠμοβόρους, ὀλοοῖσι κορυσσομένας ὀνύχεσσιν,
ὄφρα μιν, ὦ Διόνυσε, διὰ στόμα δαιτρεύσωμεν.
ὣς φάσαν εὐχόμεναι, τάχα δ᾽ ἔκλυε Νύσιος ἀρῆς.
Πενθέα μὲν δὴ ταῦρον ἐδείξατο, φοίνιον ὄμμα,
αὐχένα τ᾽ ᾐώρησε, κέρας τ᾽ ἀνέτειλε μετώπου·
ταῖσι δὲ γλαυκιόωσαν ἐθήκατο θηρὸς ὀπωπὴν,
καὶ γένυας θώρηξε, κατέγραψεν δ᾽ ἐπὶ νώτου
ῥινὸν ὅπως νεβροῖσι, καὶ ἄγρια θήκατο φῦλα.
αἱ δὲ θεοῦ βουλῇσιν ἀμειψάμεναι χρόα καλὸν

fulminis paterni ignem, concute terram, atrocique irroga poenam celeriter tyranno. Fac autem in jugis montibus, igne ſate, Pentheum taurum, taurum quidem Pentheum infandum, nos vero feras crudivoras diris armatas unguibus, Pentheum, o Bacche, ore diſcerpamus. Sic fatæ ſunt precantes: cito autem audiit Nyſæ rex, Pentheum quidem in taurum vertit, truculentum oculis, cervicemque porrexit, & cornu erexit ex fronte, Bacchis vero glaucam feræ induit ſpeciem, & malas armavit, notavitque in dorſo pellem ut hinnulis, & ſæva fecit genera. Illæ autem Dei numine mutato corpore pulchro panthe-

v. 308. ἀρῆς e Codd. Regiis A. & B. damus. Vulgo ἄναξ. Noſtrum *Schneidero* placet. Animadv. p. 377.

v. 309. μὲν δὴ ταῦρον, Codd. Vat. & Sylb. Jam dedit *Schneid.* Ald. omittit δὴ. *Turneb.* & *Rittersh.* μὲν ταύρειον. Ille in Variet. Πενθέϊ μὲν ταύρειον. Codd. R. & Ven. Πενθέϊ μὲν δὴ ταῦρον; ſupra ſcripto ταύρου in R.

v. 313. ὅπως νεβροῖσι e Cod. Vat. damus. Ita jam *Schneidero*

Πορδάλιες Πενθῆα παρὰ σκοπέλοισι δάσαντο.
τοιάδ' ἀείδοιμεν, τοῖα φρεσὶ πιστεύοιμεν·
ὅσσα Κιθαιρῶνος δὲ κατὰ πτύχας ἔργα γυναικῶν,
ἢ μυσαρὰς κείνας, τὰς ἀλλοτρίας Διονύσου,
μητέρας οὐχ ὁσίως ψευδηγορέουσιν ἀοιδοί.

Θηροφόνος δέ τις ὧδε πάγην ἑτάροισι σὺν ἄλλοις
θηρσὶ φιλακρήτοισιν ἐμήσατο Πορδαλίεσσι.
πίδακα δεξάμενοι Λιβύης ἀνὰ διψάδα γαῖαν,
ἥ τ' ὀλίγη μαλὰ πολλὸν ἀνυδρότατον κατὰ χῶρον
ἀπροφάτως ἀίδηλον ἀναστάλάει μέλαν ὕδωρ,
οὐδὲ πρόσω χεῖται κελαρύσμασιν, ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς
βλύζει τε, σταδίη τε μένει, ψαμάθοισί τε δύνει,

ræ Pentheum in rupibus dilaniarunt. Talia ſcilicet canamus, talia animis credamus, quæ vero Cithæronis in clivis facinora mulierum, aut infandas illas alienas a Bacchò matres, impie mentiuntur poëtæ.

Venator autem aliquis ſic dolum cum ſociis aliis feris vini amantibus inſtruit pantheris: fontem eligentes Africæ in ſiticuloſa terra, quique exiguus multam ſicciſſimum per tractum improviſe obſcuram ſtillat nigram aquam, neque longe profunditur cum murmure, ſed perquam maligne manat, reſeſque manet, & in arenam conditur. Illinc pantherarum genus

placuerat in Cod. R. νευρῖσι & βροι ſupra ſcript. legenti Vulgo ὀπωρινοῖσι. Vide Animadv. noſtras.

v. 315. παρδάλ. Cod. Vat. qui deinde περί.

v. 318. μυσαράς. Vulgo μυστερὰς correxit *Guiet.* cui Cod. Reg. favet. Dedit cl. *Schneid.*

v. 322. δεξάμενοι omnes excepto *Schneidero*, qui dedit λεξάμενοι.

v. 324. μέλαν. In Cod. Vat. λαρὸν, forte λαβρόν.

ἔνθα τὸ πορδαλίων γένος ἄγριον εἶσι μετ' ἠῶ
πιόμενον· τοὶ δ' αἶψα κατὰ κνέφας ὁρμηθέντες
ἀγρευτῆρες ἄγουσιν ἐείκοσιν ἀμφιφορῆας
οἴνου νηδυμίοιο, τὸν ἑνδεκάτῳ λυκάβαντι
θλῖψέ τις οἰνοπέδῃσι φυτηκομίῃσι μεμηλώς·
ὕδατι δ' ἐγκέρασαν λαρὸν μέθυ, καὶ προλιπόντες
πίδακα πορφυρέην, οὐ τηλόθεν εὐνάζονται,
προπροκαλυψάμενοι δέμας ἄλκιμον ἢ σισύρῃσιν,
ἢ αὐτοῖσι λίνοισιν, ἐπεὶ σκέπας οὔτι δύνανται
εὑρέμεν, οὔτε λίθων, οὔτ' ἠϋκόμων ἀπὸ δένδρων.
πᾶσα γὰρ ἐκτέταται ψαφαρὴ καὶ ἀδένδρεος αἶα.
τὰς δ' ἄρα σειριόεντος ὑπ' ἠελίοιο τυπείσας

immane vadit interdiu potaturum, illi vero ilico noctu profecti venatores ferunt viginti amphoras vini ſuavis, quod undecim abhinc annis calcaverat vinearum aliquis cultor, & aquæ immiſcent ſuave vinum, & relicto fonte rubro, non longe cubant, ſedulo tegentes corpus validum, aut ſtragulis, aut ipſis retibus, quoniam operimentum nullum poſſunt reperire, neque e lapidibus, neque frondoſis arboribus. Tota enim porrigitur arenoſa, & arboribus carens regio. Eas autem a fla-

v. 327. ἔνθα τό. Cod. R. & Turn. ἔνθεν πορδ. Cod. Vat. παρδαλ.

v. 330. νηδύμοιο omnes. Correxit νηδυμίοιο *Schneid.*

v. 331. οἰνοπέδῃσι. οἰνοπέδοισι dedit cl. *Schneid.* & *Brunckius* emendavit οἰνοπέδοισι φυτηκόμοισι. Cod. Ven. φυτηκομείῃσι.

v. 332. ἐγκέρασαν. Codd. Vat. & R. dedit cl. *Schneider.* alii ἐγκεράσαντο

v. 337. ἀδένδρεος. Ald. ἀδένδριος.

v. 338. σειριόεντος. Sic Edd. & Codd. σειριόωντος ex emend. *Brodæi* dedit cl. *Schneider.*

ἀμφότερον

ἀμφότερον δίψη τε, φίλη τ' ἐκάλεσσεν ἀϋτμή·
πίδακι δ' ἐμπέλασαν Βρομιώτιδι, καὶ μέγα χανδὸν
λάπτουσι Διόνυσον, ἐπ' ἀλλήλῃσι δὲ πᾶσαι
σκιρτεῦσι μὲν πρῶτα χοροιτυπέουσιν ὁμοῖαι,
εἶτα δέμας βαρύθουσι, προσώπατα δ' ἐς χθόνα δῖαν
ἠρέμα νευστάζουσι κάτω· μετέπειτα δὲ πάσας
κῶμα βιησάμενον χαμάδις βάλεν ἄλλυδις ἄλλην.
ὡς δ' ὁπότ' εἰλαπίνῃσιν ἀφυσσάμενοι κρητήρων
ἥλικες εἰσέτι παῖδες, ἔτι χνοάοντες ἰούλους,
λαρὸν ἀείδωσι, προκαλιζόμενοι μετὰ δεῖπνον
ἀλλήλους ἑκάτερθεν ἀμοιβαδίοισι κυπέλλοις,
ὀψὲ δ' ἐλώφησαν, τοὺς δ' ἔρριφεν ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ

grante ſole percuſſas, ſimul ſitis & jucundus allicit odor. Igitur ad fontem accedunt vinoſum, & magnis hauſtibus lambunt nigrum vinum, tumque in ſe mutuo omnes incurrunt primum, tripudiantibus ſimiles, deinde corpore ingraveſcentes, capitibus in terram vaſtam ſenſim nutant deorſum, deinde tandem omnes ſopor violentus humi paſſim proſternit. Ut autem cum in celebri convivio haurientes vinum ex crateris æquales adhuc pueri, adhuc pubentes lanugine prima, ſuaviter canunt invitantes ſe invicem poſt epulas utrinque mutuis poculis: tandem vero victos eos proſternit alium ſuper alium mentem

v. 339. ἐκάλεσσεν Cod. Vat. ſuppeditavit. Vulgo ἐκάλυψε. *Schneid.* ex Emend. *Guieti* ἐκαλίζετ'. *Brodæus* noſtrum conjecerat.

v. 340. μέγα χανδὸν e Cod. Reg. recepimus, monente *Schneidero*, qui ſic pro μεταχανδὸν, uno verbo, legebat. Cod. Vat. habet καὶ χείλεσσι. Vulgo μέλαν ὕδωρ. *Schneid.* ex emendatione *Guieti* μελάνυδρον.

v. 341. λάπτουσι. Lege κάπτουσι, id eſt, χείλεσσι πίνουσι.

v. 342. σκιρτεῦσι, Codd. Vat. & Reg. Vulgo σκιρτῶσι.

v. 346. ἀφυσσαμένοι — μένων. In Cod. Vat. non male.

καὶ φρενὶ καὶ βλεφάροισιν ἐπιβρίσαν μένος οἴνου·
ὣς κεῖναι μάλα θῆρες ἐπ' ἀλλήλῃσι χυθεῖσαι
νόσφι πόνου κρατεροῖο ὑπ' ἀγρευτῆρσι γένοντο.

Αρκτοισιν δὲ πονεῦσι κλυτὴν περιώσιον ἄγρην,
Τίγριν ὅσοι ναίουσι καὶ Ἀρμενίην κλυτότοξον.
πουλὺς ὅχλος βαίνουσι ταννύσκια βένθεα δρυμῶν,
ἴδριες, αὐτολύγοις σὺν εὐρίνεσσι κύνεσσιν,
ἴχνια μαστεύσοντ' ὀλοῶν πολυπλανέα θηρῶν.
ἀλλ' ὁπότ' ἀθρήσωσι κύνες σημήϊα ταρσῶν,
ἕσπονται, στιβέας τε ποδηγετέουσιν ὁμαρτῇ,
ῥῖνας μὲν ταναὰς σχεδόθεν χέρσοιο τιθέντες·
εἰσοπίσω δ' εἴπερ τι νεώτερον ἀθρήσειαν

& oculos aggravans vis vini: ſic illæ prorſus feræ ſupra ſe invicem fuſæ abſque labore magno a venatoribus ſubiguntur.

In urſos moliuntur inſignem admirandam venationem ad Tigrin qui incolunt, Armeniam arcu inclytam. Magna multitudo proficiſcuntur in altos ſilvarum receſſus, ſolertes numellatis cum ſagacibus canibus, veſtigia inquirentes ſævarum errabunda ferarum. Verum ubi viderunt canes ſigna pedum, ſequuntur, venatoreſque veſtigantes ducunt ſimul, naribus longis ſolo prope inhærentes; ſi autem quod recentius viderint

v. 354. Sic ſe habet hic verſus in Cod. Reg. ἄρκτοισι δὲ κλυτὴν περιώσιον ἄγρην ὑπέθηκαν. Ultima vox gloſſa videtur τοῦ, πονεῦσι cl. *Schneider* conjecit legendum ὑπέθεντο vel ἐπέθεντο.

v. 357. αὐτολύγοις corruptum videtur.

v. 358. μαστεύσοντ'. *Turneb. Rittersh. Schneid.* μαστεύσαντ' in Ald. & Cod. Reg. Deinde vulgatum πολυπλανέα, mutavit cl. *Schneid.* in πουλύπλανα.

v. 362. εἰσοπίσω. Cod. Reg. Vulgo ἐξοπίσω.

ἴχνος, ἐπειγόμενοι θόρον αὐτίκα καγχαλόωντες,
ληθόμενοι τοῦ πρόσθεν· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκωνται
εὐπλανέος στιβίης, θηρός τε παναιόλον εὐνὴν,
αὐτίχ' ὁ μὲν θρώσκει παλάμης ἀπὸ θηρητῆρος,
οἰκτρὰ μάλ' ὑλακόων, κεχαρημένος ἔξοχα θυμόν.
ὡς δ' ὅτε παρθενικὴ γλαγόεντος ἐν εἴαρος ὥρῃ
ἀβλαύτοισι πόδεσσιν ἀν' οὔρεα πάντ' ἀλάληται,
ἄνθεα διζομένη, τὸ δέ οἱ μάλα τηλόθ' ἐούσῃ
γηθύμιον προπάροιθεν ἴον μήνυσεν ἀϋτμὴ,
τῇ δὲ μάλ' ἰάνθη μείδησέ τε θυμὸς ἐλαφρός·
ἀλᾶται δ' ἀκόρητος, ἀναψαμένη δὲ κάρηνον
εἶσιν ἐς ἀγραύλων δόμον ἀείδουσα τοκήων·
ὣς κυνὸς ἰάνθη θυμὸς θρασύς. αὐτὰρ ἐπακτὴρ
καὶ μάλα μιν θύνοντα βιησάμενος τελαμῶσι,

veſtigium, retro properantes emicant ilico geſtientes, obliti prioris: ubi autem ad finem pervenerunt proſperæ veſtigationis, & ad feræ ſolers cubile, ſtatim ille proſilit e manu venatoris miſerabiliter latrans, & valde animo lætus. Quemadmodum autem cum virgo lacte exuperantis veris tempore nudis pedibus per montes omnes vagatur, flores quærens: ipſi autem valde procul fragrantem violam indicat odor: puellæ vero gaudio exultat levis animus, & vagatur inſatiabilis; deinde redimita caput redit cum cantu in ruſticorum ædes parentum: ſic canis lætatur animus audax. Venator autem eum quamvis properantem vi retinet lori, & gaviſus revertitur ad

v. 370. ἐούσῃ. In Vat. & Ven. Codd. ἐούσης.

v. 372. μείδησέ τι in Cod. Vat. τε dedit *Schneid.* loco δὲ, quod omnes exhibent.

v. 373. ἀλᾶται. ἀλμᾶται Cod. Vat.

καγχαλόων παλίνορσος ἔβη μεθ' ὅμιλον ἑταίρων·
τοῖσι δὲ καὶ δρυμὸν διεπέφραδε, θῆρά τε πικρὴν
αὐτὸς καὶ συνάεθλος ὅπου λοχόωντες ἔλειψαν.
οἱ δ' ἄρ' ἐπειγόμενοι στάλικας στήσαντο κραταιούς,
δίκτυά τ' ἀμπετάσαντο, καὶ ἄρκυας ἀμφεβάλοντο,
ἐν δὲ δύω κλῖναν δοιαῖς ἑκάτερθε κεραιαῖς
ἀνέρας ἀκρολίνους ὑπὸ μειλινέοισι πάγοισιν·
ἐκ δ' αὐτῶν κεράων τε καὶ αἰζηῶν πυλαωρῶν
λαιῇ μὲν μήρινθον ἐΰστροφον ἐκτανύουσι
μηκεδανήν, λινέην, ὀλίγον γαίης ἐφύπερθεν,
ὅσσον ἐπ' ὀμφαλὸν ἀνδρὸς ἱκανέμεναι στροφάλιγγα·
τῆς ἄπο μὲν κρέμαται περιδαίδαλα παμφανόωντα,
ἄνθεα ταινιῶν πουλύχροα, δείματα θηρῶν,

turbam ſociorum, quibus ſaltum indicat, & ubi feram diram ipſe cum cane ſocio deprehenſam reliquerint. Illi tum feſtinantes perticas defigunt validas, retiaque expandunt, & caſſes interponunt. Binos vero collocant in utroque cornu viros ad extremitates retium ſub fraxineis virgultis. Ex ipſis porro cornibus, & juvenibus cuſtodibus, ad lævam quidem funem bene tortum extendunt longum, lineum, paulum ſupra terram, ut umbilico tenus hominis pertineat nexus. Ex hoc vero ſuſpenduntur varie pictæ & floridæ faſciæ, formido ferarum;

v. 376. θύνοντα. Cod. R. θώοντα, unde θύοντα conj. *Schneid.*
v. 382. ἐν δέ. Sic omnes. Niſi *Schneid.* qui ex Emend. *Guieti* ἂν dedit.
v. 383. ὑπὸ μειλινέοισι. Sic Cod. Vat. Var. et. *Turn.* ὑπὸ μυλιν. quod recepit cl. *Schneid.* Deinde vulgo πάγοισι lege omnino πάγαισι. Vide Anim.
v. 386. γαίης. Cod. R. γέμεν, ſupra ſcripto γέμον.
v. 387. στροφάλιγγα. — ιγγι n Cod. Ven. — ιγγας in Vat. *Guietus* malebat ὀμφαλοῦ στροφάλιγγα, quod de umbilici orbe, nodo, intelligi volebat.

ἐκ δ᾽ ἄρ᾽ ἀπήρτηται πτίλα μυρία παμφανόωντα,
οἰωνῶν τε διηερίων περικαλλέα ταρσά,
Γυπάων, πολιῶν τε Κύκνων, δολιχῶν τε Πελαργῶν.
δεξιτερῇ δὲ λόχους ὑπὸ ῥωπάσιν ἐστήσαντο,
οἳ χλοεροῖς πετάλοισι θοῶς πυκάσαντο μέλαθρα,
τυτθὸν ἀπ᾽ ἀλλήλων, πίσυρας δ᾽ ἐκάλυψαν ἑκάστῳ
ἀνέρας, ὀρπήκεσσι πρόπαν δέμας ἀμφιβαλόντες.
αὐτὰρ ἐπὴν κατὰ κόσμον ἐπαρτέα πάντα πέλωνται,
σάλπιγξ μὲν κελάδησε πελώριον· ἡ δέ τε λόχμης
ὀξὺ λέληκε θοροῦσα, καὶ ὀξὺ δέδορκε λακοῦσα.
αἰζηοὶ δ᾽ ἐπόρουσαν ἀολλέες, ἐκ δ᾽ ἑκάτερθεν
ἀντία θηρὸς ἴασι φαλαγγηδὸν κλονέοντες.

tum etiam pinnæ infinitæ coruſcantes, aviumque aëriarum formoſæ alæ, vulturum, alborumque olorum, procerarumque ciconiarum. Dextra autem inſidias ſub rupibus collocant, ubi virentibus frondibus celeriter conſtruxerunt umbracula, paulum a ſe invicem, & in unoquoque quatuor abdunt homines, ramis totum corpus tegentes. Cæterum ubi, ut decet, parata omnia ſunt, claſſicum increpant horrendum in modum: illa autem ex cubili acuto cum rugitu proſilit & torvum tuetur. Juvenes autem invadunt conferti, & utrinque contra beluam vadunt catervatim tumultuantes; illa autem turba virorum re-

v. 391. οἰωνῶν γε, vulgo, τε dedit cl. *Schneid.* & firmat Cod Vat. Deinde in Reg. Cod. ταρσῶν.

v. 393. ῥωπάσιν, pro vulg. ῥωγάσιν e Cod. Vat. recepimus. Vide Animadv.

v. 394. οἱ ἢ Cod. R. & *Rittersh.* in Marg.

v. 397. ἐπαρτέα. *Rittersh.* conjecit ἐπαρκέα. In Cod. Vat. ἐπὴν κατά. Idem in Ven. qui & πέλωνται. Alii ἐπεὶ — πέλονται.

v. 399. δέδορκε λακοῦσα. In Cod. R. δέδορκεν ἀκοῦσα.

ἡ δ' ὅμαδον προλιποῦσα καὶ ἀνέρας, ἰθὺς ὀρούει
γυμνὸν ὅπου λεύσσει πεδίον πολύ· κεῖθεν ἔπειτα
ἑξείης κατὰ νῶτον ἐγειρόμενος λόχος ἀνδρῶν
κλαγγηδὸν παταγοῦσιν, ἐπ' ὀφρύα μηρίνθοιο
σευόμενοι καὶ δεῖμα πολύχροον· ἡ δέ τ' ἀνιγρὴ
ἀμφίβολος μάλα πάμπαν ἀτυζομένη πεφόρηται.
πάντα δ' ὁμοῦ δείδοικε, λόχον, κτύπον, αὐλὸν, ἀϋτὴν,
δειμαλέην μήρινθον, ἐπεὶ κελάδοντος ἀήτεω
ταινίαι τ' ἐφύπερθε δινήριαι κραδάουσι,
κινύμεναι πτέρυγες δέ τε λιγέα συρίζουσιν.
τοὔνεκα παπταίνουσα κατ' ἄρκυος ἀντίον ἕρπει·

licta recta pergit, liberum qua videt campum vaſtum: illinc deinde poſt tergum ordine turba virorum exiſtit, & maximo cum fragore excitatam feram ad ſupercilium lineæ pellunt, & formidinem verſicolorem: illa autem miſera, dubia animi & perterrita circumerrat, omnia ſimul timet catervam, fragorem, tubam, clamorem, formidoloſamque lineam, nam ſpirante vento faſciæ ſuperne per aërem agitantur, & pinnæ motæ argute ſibilant. Itaque undiquè circumſpiciens in caſſes recta tendit, & incidit in lineos dolos. Qui autem prope ſunt

v. 403. γυμνὸν ὅπου in Ald. Vulgat. ὅπευ. Idem Cod. Vat.

v. 404. Hunc verſum præbet Cod. Vatic. unde ſumpſit *Schottus* obſ. hum. p. 88. Dedit cl. *Schneid.* Apud alios deſideratur.

v. 405. παταγεῦσιν dedit *Schneider.* Sed omnes ut nos.

v. 407. πεφόρηται. In Vat. Cod. πεφόβηται.

v. 410. κραδάουσι. κραδάονται omnino legendum cum *Schneidero* cenſemus.

v. 411. δέ τε λιγέα. Sic Cod. Vat. editi libri δὲ omittunt. Cl. *Schneid.* ex ing. ut metro ſuccurreret λιγῆια. *Brodæus* λιγεῖα. *Ritt.* & *Turneb.* λίγεια.

v. 412. τοὔνεκα — ἄρκυος. E Cod. Reg. ſumptum eſt. Ubi ἄρκυος ἄρτιεν. Ed. οὕνεκα — ἄρκυος.

ἐν δ' ἔπεσεν λινέοισι λόχοις. τοὶ δ' ἐγγὺς ἐόντες
ἀκρόλινοι θρώσκουσι, καὶ ἐγκονέοντες ὕπερθε
σπαρτόδετον τανύουσι περίδρομον· ἄλλο δ' ἐπ' ἄλλῳ
νήσαντο λίνον. μάλα γὰρ τότε θυμαίνουσιν
Ἄρκτοι καὶ γενύεσσι καὶ ἀργαλέαις παλάμῃσι·
δηθάκι δ' ἐξαυτῆς φύγον ἀνέρας ἀγρευτῆρας,
δίκτυά τ' ἐξήλυξαν, ἄϊστωσαν δέ τε θήρην.
ἀλλὰ τότε κρατερός τις ἀνὴρ παλάμην ἐπέδησεν
ἄρκτου δεξιτερὴν, χήρωσε δὲ πᾶσαν ἐρωὴν,
δῆσέ τ' ἐπισταμένως, τανυσέντε ποτὶ ξύλα θῆρα,
καὶ πάλιν ἐγκατέκλεισε δρυὸς πεύκης τε μελάθρῳ,
πυκνῇσι στροφάλιγξιν ἑὸν δέμας ἀσκήσασαν.

Χρειὼ δὲ σκοπέλου μὲν ἀνάντεος ἠδὲ πάγοιο

in ſummis retium cornibus, emicant, & feſtinanter deſuper ſpartaceo fune attracto retium limbos conjungunt, & ſete claudunt. Valde enim tum ſæviunt urſi, & dentibus & aſperis manibus. Sæpenumero etiam repente effugerunt venatores, retiaque evaſerunt, & irritam operam reddiderunt. Verum tum fortis aliquis vir manum ligat urſi dextram, adimitque ei omnem vim. Tumque bene vinctum alligat ad ſtipitem, & deinde includit cavea ex arbore picea, multis voluminibus ſuum corpus intorquentem.

Oportet autem a jugo quidem acclivi & monte agitare

v. 422. τε ποτὶ ξύλα θῆρα, e Cod. Vat. damus. Alii τανυσέν τε ποτὶ ξύλῳ τῷ. Ald. τανυσές τε ποτὶ ξύλῳ. Clar. *Schneider* ex emend. *Bodini* τάνυσεν δέ τε τὴν ποτὶ ξύλῳ.

v. 423. μελάθροις in Cod. Vat. Ald. πευκήν.

σεύεσθαι προθέοντα ποδωκέα φῦλα Λαγωῶν,
πρὸς δὲ κάταντα σοφῇσι προμηθείῃσιν ἐλαύνειν.
αὐτίκα γὰρ σκύλακάς τε καὶ ἀνέρας ἀθρήσαντες
πρὸς λόφον ἰθύουσιν, ἐπεὶ μάλα γινώσκουσιν
ὅττι πάροιθεν ἔασιν ὀλιζότεροι πόδες αὐτοῖς.
τοὔνεκα ῥηΐδιαι Πτώκεσσι πέλουσι κολῶναι,
ῥηΐδιαι Πτώκεσσι, δυσάντεες ἱππελάτῃσι.
καὶ μὴν ἀτραπιτοῖο πολυστιβίην ἀλεείνειν
καὶ πάτον, ἐν δ' ἄρα τῇσι γεωμορίῃσιν ἐλαύνειν.
κουφότεροι γὰρ ἔασι τρίβῳ, καὶ ποσσὶν ἐλαφροὶ
ῥεῖα ἐνιθρώσκουσιν, ἀρηρομένῃ δ' ἐνὶ γαίῃ,

procurrentia pernicia genera leporum, contra vero declivia ſolerter impellere. Ilico enim, ubi canes & venatores conſpiciunt, ad collem recta contendunt: bene enim ſciunt, quod illis pedes anteriores breviores ſunt. Itaque faciles leporibus ſunt colles, faciles (inquam) leporibus, difficiles equitibus. Inprimis devita vias tritas & ſemitas, & in ſolo vervacto agita. Expeditius enim currunt in ſemitis, & pedibus levibus, facile inſultant, ſed in terra arata, & Æſtate ingraveſcunt pedes, & hiemis tempore crurum tenus exitialem crepidam fe-

v. 426. προθέοντα, in Cod. Reg. In Ald. ποθέοντα, quod correxit *Bodinus*.

v. 428. ἀθρήσαντα, Cod. Ven

v. 430. πόδες αὐτῶν, in Cod. Vat.

v. 431. ῥηΐδιοι, omnes. Mutavit *Schneider*.

v. 433. Hunc ſupplevit verſum *Schottus* e Codice, quem habemus, Vat. Obſ. human. II. c. 41. Dedit *Schneid.* In aliis deſideratur finis, & ſequentis initium.

v. 436. ἐνιθρώσκουσι, omnes. Attamen cl. *Schneid.* conjecturam ill. *Brunckii* ἐνιβλάπτονται nullo Cod. firmatam, recepit. Cod. R. ἐπιθρώσκουσι. Mallem ἐπιτρύχονται, quod ad ſcripturam propius accederet. Sed ſequenda eſt *Turnebi* lectio, quam damus.

καὶ θέρεος βαρύθουσι πόδες, καὶ χείματος ὥρῃ
ἄχρις ἐπισφυρίων ὀλοὴν κρηπῖδα φέρουσιν.
Ην ποτ' ἐλῇς Δόρκον δὲ, φυλάσσεο μὴ μετὰ πολλὸν
ἐκτάδιον δολιχόν τε δρόμον καὶ τέρμα πόνοιο
τυτθὸν ὑποστήῃ, λαγόνων δ' ἀπὸ μήδεα χεύῃ.
Δόρκοι γὰρ περίαλλα δρόμοις ἐνὶ μεσσατίοισι
κύστιδα κυμαίνουσιν ἀναγκαίοισιν ὑπ' ὄμβροις
βριθόμενοι λαγόνας, ποτὶ δ' ἰσχίον ὀκλάζουσι·
ἢν δ' ὀλίγον πνεύσωσι πολυσφαράγων ἀπὸ λαιμῶν,
πολλὸν ἀρειότεροι λαιψηρότεροί τε φέβονται,
γούνασιν εὐφόρτοισι καὶ ἔγκασι κουφοτέροισι.
Κερδὼ δ' οὔτε λόχοισιν ἁλώσιμος, οὔτε βρόχοισιν,

runt. Quod ſi agitas capream, caveto ne poſt multum, prolixum, longumque curſum, in fine laboris paulum requieſcat, & ex ilibus urinam reddat. Nam capreis præcipue curſibus in mediis veſica turget naturali urinæ imbre gravata, & ilia ad coxam uſque ſubſidunt. Quod ſi paulum reſpirarint ex anhelis faucibus, multo vegetiores celerioreſque fiunt, genibus agilioribus & extis levioribus.

Vulpem vero nec laqueis ceperis, neque retibus, neque

v. 437. πόδες. πόδας ex ing. cl. *Schneider.* quod probo.

v. 438. ἐπισφυρίων δ', in Cod. Reg.

v. 439. ἐλῇς. Vulgo ἔλῃς. Mutavit *Schneiderus* ex emendat. *Guieti* Cod. Reg. firmata.

v. 444. λαγόνας. Cod. Vat λαγόνες ποτὶ δ' ἰσχ. Alii λαγόνας δέ ποτ' ἰσχ.

v. 445. πολυσφ. In Cod. Vat. πολυφαράγγων ἀπὸ λοιμῶν.

v. 446. φέβονται, Cod. Vat. Alii πέλονται.

v. 447. ἔγκασι. Ald. ἔργμασι, & Reg. Cod. ἔργμασι cum α ſupra ſcript.

σεύεσθαι προθέοντα ποδωκέα φῦλα Λαγωῶν,
πρὸς δὲ κάταντα σοφῇσι προμηθείῃσιν ἐλαύνειν.
αὐτίκα γὰρ σκύλακάς τε καὶ ἀνέρας ἀθρήσαντες
πρὸς λόφον ἰθύουσιν, ἐπεὶ μάλα γινώσκουσιν
ὅττι πάροιθεν ἔασιν ὀλιζότεροι πόδες αὐτοῖς.
τοὔνεκα ῥηΐδιαι Πτώκεσσι πέλουσι κολῶναι,
ῥηΐδιαι Πτώκεσσι, δυσάντεες ἱππελάτῃσι.
καὶ μὴν ἀτραπιτοῖο πολυστιβίην ἀλεείνειν
καὶ πάτον, ἐν δ' ἄρα τῇσι γεωμορίῃσιν ἐλαύνειν.
κουφότεροι γὰρ ἔασι τρίβῳ, καὶ ποσσὶν ἐλαφροὶ
ῥεῖα ἐνιθρώσκουσιν, ἀρηρομένῃ δ' ἐνὶ γαίῃ,

procurrentia pernicia genera leporum, contra vero declivia ſolerter impellere. Ilico enim, ubi canes & venatores conſpiciunt, ad collem recta contendunt: bene enim ſciunt, quod illis pedes anteriores breviores ſunt. Itaque faciles leporibus ſunt colles, faciles (inquam) leporibus, difficiles equitibus. Inprimis devita vias tritas & ſemitas, & in ſolo vervacto agita. Expeditius enim currunt in ſemitis, & pedibus levibus, facile inſultant, ſed in terra arata, & Æſtate ingraveſcunt pedes, & hiemis tempore crurum tenus exitialem crepidam fe-

v. 426. προθέοντα, in Cod. Reg. In Ald. ποθέοντα, quod correxit *Bodinus*.

v. 428. ἀθρήσαντα, Cod. Ven

v. 430. πόδες αὐτῶν, in Cod. Vat.

v. 431. ῥηΐδιοι, omnes. Mutavit *Schneider*.

v. 433. Hunc ſupplevit verſum *Schottus* e Codice, quem habemus, Vat. Obſ. human. II. c. 41. Dedit *Schneid.* In aliis deſideratur finis, & ſequentis initium.

v. 436. ἐνιθρώσκουσι, omnes. Attamen cl. *Schneid.* conjecturam ill. *Brunckii* ἐνιβλάπτονται nullo Cod. firmatam, recepit. Cod. R. ἐπιθρώσκουσι. Mallem ἐπιτρύχονται, quod ad ſcripturam propius accederet. Sed ſequenda eſt *Turnebi* lectio, quam damus.

καὶ θέρεος βαρύθουσι πόδες, καὶ χείματος ὥρῃ
ἄχρις ἐπισφυρίων ὀλοὴν κρηπῖδα φέρουσιν.
Ην ποτ' ἐλῇς Δόρκον δὲ, φυλάσσεο μὴ μετὰ πολλὸν
ἐκλάδιον δολιχόν τε δρόμον καὶ τέρμα πόνοιο
τυτθὸν ὑποσταίη, λαγόνων δ' ἀπὸ μήδεα χεύῃ.
Δόρκοι γὰρ περίαλλα δρόμοις ἐνὶ μεσσατίοισι
κύστιδα κυμαίνουσιν ἀναγκαίοισιν ὑπ' ὄμβροις
βριθόμενοι λαγόνας, ποτὶ δ' ἰσχίον ὀκλάζουσι·
ἢν δ' ὀλίγον πνεύσωσι πολυσφαράγων ἀπὸ λαιμῶν,
πολλὸν ἀρειότεροι λαιψηρότεροί τε φέβονται,
γούνασιν εὐφόρτοισι καὶ ἔγκασι κουφοτέροισι.
Κερδὼ δ' οὔτε λόχοισιν ἁλώσιμος, οὔτε βρόχοισιν,

runt. Quod ſi agitas capream, caveto ne poſt multum, prolixum, longumque curſum, in fine laboris paulum requieſcat, & ex ilibus urinam reddat. Nam capreis præcipue curſibus in mediis veſica turget naturali urinæ imbre gravata, & ilia ad coxam uſque ſubſidunt. Quod ſi paulum reſpirarint ex anhelis faucibus, multo vegetiores celerioreſque fiunt, genibus agilioribus & extis levioribus.

Vulpem vero nec laqueis ceperis, neque retibus, neque

v. 437. πόδες. πόδας ex ing. cl. *Schneider.* quod probo.

v. 438. ἐπισφυρίων δ', in Cod. Reg.

v. 439. ἐλῇς. Vulgo ἕλῃς. Mutavit *Schneiderus* ex emendat. *Guieti* Cod. Reg. firmata.

v. 444. λαγόνας. Cod. Vat λαγόνες ποτὶ δ' ἰσχ. Alii λαγόνας δέ ποτ' ἰσχ.

v. 445. πολυσφ. In Cod. Vat. πολυφαράγγων ἀπὸ λοιμῶν.

v. 446. φέβονται, Cod. Vat. Alii πέλονται.

v. 447. ἔγκασι. Ald. ἔργμασι, & Reg. Cod. ἔργμοσι cum α ſupra ſcript.

οὔτε λίνοις, δεινὴ γὰρ ἐπιφροσύνῃσι νοῆσαι,
δεινὴ δ' αὖτε κάλωα ταμεῖν, ὑπὸ δ' ἅμματα λῦσαι,
καὶ πυκινοῖσι δόλοισιν ὀλισθῆσαι θανάτοιο.
ἀλλὰ κύνες μιν ἄειραν ἀολλέες, οὐδ' ἄρ' ἐκεῖνοι
καὶ κρατεροί περ ἐόντες ἀναιμωτὶ δαμάσαντα.

Λείπει τὰ ἑξῆς.

caſſibus. mira enim ſolertia dolos deprehendit, funeſque diſſecat & nodos diſſolvit, ut callidis fraudibus mortem evadat. Verum canes illi immittunt frequentes, qui tamen quamvis validi non ſine ſanguine facile eam ſubigunt.

Reliqua deſiderantur.

v. 449. οὔτε λίν. Cod. R. οὔτε ῥινῶν. Voluit ῥινοῖς.

v. 450. In eod. Cod. δεινὴ ἐνὶ τι.

v. 453. ἀνχιμωτί. Omnes. ἀναιμωτεὶ ex ingenio ded. cl. *Schneider.*

ANIMADVERSIONES

IN

OPPIANI

LIBROS

ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΩΝ.

ANIMADVERSIONES
IN
OPPIANI
ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΩΝ
LIBRUM PRIMUM.

Verſ. 1. Μάκαρ. Genuinam hujus vocis ſignificationem aſſecuti non videntur interpretes Turnebus & Rittershuſius, ut de aliis taceam; non enim *beate*, nec *fortunate*, ſed *dive* vertendum eſt μάκαρ. Enuntiare voluit Oppianus hunc titulum, quem ſuis Imperatoribus Romani tribuebant, primo quidem vita functis, deinde turpiſſima, illis viventibus, adulatione. Paſſim in Inſcriptionibus, & apud Poëtas *Divi* & *Dei* audiunt Imperatores. *Propert.* Eleg. 4. v. 1.

Arma Deus Cæſar dives meditatur ad Indos.

Quin vero Μάκαρ idem valeat ac *Deus* apud Græcos non eſt dubium. *Æſchyl.* Sept. ad Theb. v. 97.

ἰὼ Μάκαρες εὔεδροι
ἀκμάζει βρετέων ἔχεσθαι.

& *Ariſtoph.* Nub. v. 598.

ἥ τ' Ἐφέσου Μάκαιρα
πάγχρυσον ἔχεις οἶκον.

Ab ipſo quoque *Oppiano* Diana Μάκαιρα *Dea* vocatur v. 29. hujuſce libri. Abſurdam hanc erga ſuos imperatores adulationis formam Romani accepiſſe videntur a Perſis, qui Reges ſuos hac laude inebriabant, ut apud *Æſchylum* videre eſt. Perſ. v. 154.

Μήτηρ ἡ Ξέρξου γεραία χαῖρε Δαρείου γύναι,
θεοῦ μὲν εὐνάτειρα Περσῶν, θεοῦ δὲ καὶ μήτηρ ἔφυς.

Eadem igitur aſſentatione Severum nomine αὐσονίου Ζηνὸς, deſignat *Oppianus* v. 3. quod recte vidit *Caſp. Barthius* Adverſar. L. 7. cap. 3. p. 317.

γαίης ἔρεισμα. E *Pindaro* ductum, qui in 2da Olymp. v. 12. Theronem ἔρεισμ' ἀκράγαντος vocat, facile agnoſces.

v. 2. φέγγος ἐννάλ. Ex eodem *Pindaro* expreſſit in Iſthmica 2. v. 25. ἀκραγαντίνων φάος. πολυήρατον Juventutis florem vocat *Simonides* Analect. Vet. Poët. Brunckii Tom. I. p. 146.

θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχει πολυήρατον ἥβης.

v. 3. γλυκερὸν θάλος. Non aliter *Orpheus* Hymn. 55. v. 8.

κύπριδος γλυκερὸν θάλος.

v. 4. φιτύσατο vel φυτεύσατο. Id eſt ad verbum *plantavit*. E re Ruſtica metaphora ducta eſt, qua ſunt uſi eodem ſenſu, *Muſæus* in Poëmatio de Herone & Leandro v. 138.

ὄλβιος ὅς σ' ἐφύτευσε.

& alii quorum nomina vide & locos in eruditiſſimis in Muſæum commentariis *Danielis Parei* p. 100. Vide & *Eurip.* Med. v. 878.

Δόμνα. Proprium eſt uxoris Severi, matris Antonini cognomen, non vero dignitatis, ut voluit Rittershuſius, qui ab *Ezech. Spanhemio* his verbis refellitur, de Uſu & Præſt. Numiſm. Diſſert. 9. p. 294. „Julia Domna Severi conjux ex obviis ejuſdem „nummis nota eſt, e quibus jam eſt caſtigatus error Viri docti, „(Rittershuſii ſcilicet) qui Domnam ab Oppiano per ſyncopen „pro Dominam dictam exiſtimaverat. — Domna enim, inquit „egregius Spanhemius, proprium cognomen Syræ hujuſce mu„lieris, ſicut in Oriente & Ægypto frequens occurrit apud auto„res eccleſiaſticos Domni & Domnæ appellatio„ Vide quoque Diſſert. 12. pag. 488. Non tamen negari poteſt quin illuſtrium Romanorum uxores *Dominæ* nominarentur, cum annum attigiſſent quadrageſimum, ut apparet ex hoc Epicteti loco, jam a Rittersh. ſed parum accurate laudato, non enim in *Arriani* Diſſertatione, ſed apud ipſum Epictetum, Enchirid. c. 62. edit. Wolfii 1596. extat: αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρακαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν Κύριαι καλοῦνται. Hinc Poëta ſimul alludere videtur & ad nomen proprium & ad dignitatis cognomen, Iterum erravit doctiſſ. Rittershuſius aſſerens hanc *Domnam* Marciam eſſe, quam priori matrimonio duxit Severus, cum tribunatum plebis accepiſſet, Marco Imperatore decernente, ſed ex qua nullam ſibi prolem creaſſe ſatis conſtat, ex eo quod de illa omnino tacuerit in hiſtoria vitæ ſuæ privatæ ab ipſo conſcripta, ut nos docet *Ælius Spartianus* pag. 182. ed. Boxhorn. 1632. Hæc *Domna*, quam celebrat Oppianus, non alia eſt quam *Julia Domna*, Baſſiani Solis Sacerdotis filia, quamque, mortua Marcia, ſibi junxit Severus, ea de ratione quam apud *Spartianum* l. c. legimus: „Cum amiſſa uxore „aliam ducere vellet, genituras ſponſarum requirebat, ipſe quo-

„ que matheſeos peritiſſimus, & cum audiviſſet in Syria quamdam „ eſſe quæ id genituræ haberet ut regi jungeretur, eam uxorem „ petiit, Juliam ſcilicet, & accepit interventu amicorum, ex qua „ ſtatim pater factus eſt.„ Hæc Julia humaniorum literarum amori indulgebat, doctos accerſebat, muneribuſque cumulabat. Ea impellente librum de Apollonii Thyanenſis vita conſcripſit Philoſtratus. Duos ex Severo filios peperit, Antoninum & Getam. Antoninus nomen *Baſſiani* avi materni primum accepit, ſed poſtea imperante Severo, filioſque ſuæ poteſtatis participes facere volente, inglorium Baſſiani nomen natu majori detraxit, eique ſanctiſſimum impoſuit *Marci Antonini* Philoſophi, cujus virtutes Severus inſigni veneratione proſequebatur. Unde vero profectum ſit *Caracallæ* cognomen, quo plerumque deſignatur Antoninus iſte, ex Dione diſcere licet, vel potius ex *Xiphilini* excerptis Dionis Caſſii Hiſt. Rom. Lib. LXXVII. pag. 881. ed. *Leunclavio*. Verba ſunt: οὐ μόνον δὲ τὰ ἄλλα ἐνδιῃτᾶτο καὶ παρηνόμει καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ϛρατείαις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἰδίαν ἔνδυσιν βαρβαρικῶς πως καταкόπτων καὶ συῤῥάπτων ἐς Μανδύης τρόπον προσεξεῦρε καὶ αὐτός τε συνεχέϛατα αὐτὴν ἐνέδυσεν, ὥϛε Καράκαλλος διὰ τοῦτ᾽ ἐπικληθῆναι καὶ τοὺς ϛρατιώτας μάλιϛα ἀμφιέννυσθαι ἐκέλευε.

v. 6. λεχὼ δέ τε καλλιτόκεια. λεχὼ & λεχωῒς *puerpera* dicitur, vocesque ſunt a præſtantiſſimis poëtis uſurpatæ. Ab *Euripide* in Electra v. 652.

λεχώ μ᾽ ἀπάγγελλ᾽ οὖσαν ἄρσενος τόκῳ.

& infra

λέγ᾽ ἡλίκος ἐν οἷσιν ἁγνεύει λεχώ.

apud *Callimachum* Hymn. in Dianam v. 127.

αἱ δὲ γυναῖκες
ἢ βληταὶ θνήσκουσι λεχωΐδες ἠὲ φυγοῦσαι.

& *Charitonem*, de Chærea & Calirrhoë Lib. 3. pag. 56. νῦν μὲν οὖν λεχῶς εἰμι. Ubi D'Orvillius legendum proponit λεχώ. Mallem ego λεχωΐς.

v. 7. Ασσυρίη Κυθέρεια. Ad patriam Juliæ e Syria oriundæ alludit noſter; nec mirum eſt, ut inquit *Spanhemius* de Uſu & Præſt. Diſſert. 9. pag. 294. quod ἀσσυρίη dicatur ab Oppiano pro Syra, uti ſæpe illas quanquam diverſarum gentium voces a Poëtis Græcis & Latinis confundi conſtat, ut *Aſſyrio Veneno*, pro *Syrio*, apud Virgilium. Qua de re conſuli poteſt *Bochartus* Geogr. Lib. 4. cap. 34. Hinc manifeſtum eſt Juliam ab Oppiano conferri cum Venere a Syris *Aſtarte* vel *Atargate* nuncupata, de cujus templo & ſacris diſputationem Jonice ſcriptam habemus, quæ vulgo, ſed perperam, Luciano adſcribitur. Hanc Deam ple-

nius cognoſcere ſi cupias, vide præter Lucianum *Ciceronem* de Nat. Deor. Lib. 3. cap. 23. *Achillem Tatium* de Leucippe & Clitoph. Lib. 1. cap. 1. p. 6. ed. Boden. *Macrobii* Saturn. Lib. 1. cap. 21. & inter recentiores *Seldenum* de Diis Syriis Syntagma 2. cap. 2. & ut omnes in unum complectar, egregium opus clariſſ. *Larcheri*, *Mémoire ſur Venus.*

καὶ οὐ λείπουσα Σελήνη. Hinc fortaſſe *Claudianus* de Nupt. honor. & mar. v. 243. *plenæ par altera Lunæ.*

v. 9. εὐμενέες Τιτάν. De hujus loci interpretatione a ſententia Turnebi, Rittersh. Schneiderique me declinare fateor. A Poëta dictum volunt quaſi per Euphemiſmum & amoliente invidiam, quæ conflari poterat præcedenti verſu, quo Antoninum generis nobilitate nihilo inferiorem fecit ipſo Jove. Sed multæ graviſſimæque ſunt rationes, cur cum iſtis doctiſſimis viris non ſentiam, & 1° quidem, Encomium omnino dilueret Poëta, illud ſi pronunciaſſe eum pœniteret. 2° Neganda eſſet Oppiano vel leviſſima mythologiæ notitia, ſi veniam ſuæ in Jovem impietatis, a Titane rogaret, Titane, inquam, ipſo Jove multo antiquiore, nullaque prorſus cum Jove propinquitate conjuncto. 3° Non unum, in hoc verſu, Deum, ſed duo agnoſcit Poëta, ideoque plurali numero utitur εὐμενέες Τιτὰν Φαέθων, καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων. Hæc conjunctio καὶ clare oſtendit Titana ab Apolline differre. Immerito igitur, & contra editorum libr. codicumque fidem εὐμενέοις dedit cl. Schneider. Facile enim εἴησαν ſubaudiendum erat. Hujus ellipſeως exemplum ſi petas, exſtat apud *Euſtathii* libellum floridiſſimum de Hyſmenes & Hyſminiæ amoribus Lib. 1. pag. 23. ed. Gaulmini: ἀλλ' ἵλεως σοι ἔρως Ἀφροδίτη τε μήτηρ καὶ ἴυγγες ἐρωτικαί. Denique quo ſenſu εὐμενέες hoc loco dictum ſit, nos ipſe docet *Oppianus* Lib. 5. Ἀλιευτ. v. 44.

ἀλλ' αἴοιτε
εὐμενέες βασιλῆες ὀλύμπια τείχεα γαίης.

Itaque affirmare nullus dubito, Oppianum hic allegorice de Severo & Antonino loqui, eoſque rogare, ut propitii audiant. Hinc in verſu præcedenti pro οὐδὲν ἀφαυρότερον, legendum puto ἀφαυρότεροι, & cum ſequenti εὐμενέες conjungendum, minime vero hunc verſum uncinis ſeparandum. Ita perſpicuum ſenſum & ordinem facillimum erues. Τιτὰν Φαέθων καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων κατ' οὐδὲν ἀφαυρότεροι Ζηνὸς γενέθλης, εὐμενέες μοι εἴησαν. Si tamen nihil mutare velis, χρῆμα frequenti Græcorum ἐλλείψει ſubaudiendum erit; nam ne ad præcedens θάλος referatur ἀφαυρότερον, quo tamen omnes interpretes referendum duxerunt, vetat & nimia hujus vocis diſtantia & verborum proxime junctorum ordo.

v. 10. τόν ῥα πατήρ. Diverſe a diverſis interpretibus expreſſum eſt. Turnebus: *quem quidem Pater magnis cum formaſſet palmis conceſſit, ut haberet.* Rittersh. *cui quidem Pater magnis formato manibus dedit haberet.* Et Florens Chriſtianus, Henrici Magni Galliarum Regis Pædagogus, qui verſibus gallicis hoc poëma reddidit:

que le Pere formant avec ſes grandes mains
fit Seigneur de la terre empire des Romains,
& de la mer auſſi.

Omnes τὸν, quod palam a δῶκεν regitur, a πονησάμενος pendere exiſtimaverunt. Aliter cenſuit clariſſ. *Schneider*, qui, nullo favente codice, dedit τῷ, ſecum fortaſſe reputans, vel Poëtam mendoſe locutum, vel a ſcribis erratum fuiſſe. Neutrum vero credas. τὸν Jonice pro ὃν recte ſcripſit Oppianus, & ad Απόλλων referendum eſt; ita ut ſenſus ſit, *Propitii mihi ſint Titan ſplendidus*, id eſt, Severus & *Apollo coruſcans*, id eſt, Antoninus, *quem pater dedit habere imperium totius terræ & maris, poſtquam illud validis manibus in ſuam poteſtatem redegit.* Hæc loquendi forma ab elegantiſſimis Græciæ Scriptoribus uſurpatur. Sic loquitur *Euripides* in Cyclop. v. 289. ubi Ulyſſes Polyphemum ab Anthropophagia deterrere tentat & adhortatur, ut a ſanguine hominum, præſertim Græcorum, qui Neptuno patri ejus templa poſuerunt, abſtineat.

μὴ τλῆς πρὸς ἄνθρα σοὺς ἀφιγμένους φίλους
κλανεῖν.
οἱ τὸν σὸν ὦ 'ναξ πατέρ' ἔχειν ναῶν ἕδρας
ἱδρυσάμεθα γῆς ἐν Ελλάδος μυχοῖς.

& *Æſchylus*, iiſdem fere quibus Oppianus verbis, in Eumenid. v. 30.

καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῶν
ἄριστα δοῖεν.

τραφερὴν πᾶσαν δὲ καὶ ὑγρὴν ex Homericis fontibus manavit. In Iliad. Lib. XIV. v. 308. οἱ μ' οἰσοῦσιν ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν.

v. 13. κλυτὰ φῦλα. κλυτὰ dicit Oppianus propter ingentem Cetaceorum molem. Eandem ſententiam expreſſit in Αλιευτ. Lib. 3. v. 4

σοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα
εἰλεῖται καὶ φῦλα Ποσειδάωνος ἐνχύλων.

Per πάλιν εὐδιόωσα denotat bella feliciter a Severo compoſita adverſus Albinum & Parthos. Nemo eſt, opinor, cujus aures adeo ſint obeſæ, ut non hujus verſus dulcedine Virgiliana demulceatur, quam ſæpiſſime noſter imitatur & adæquat.

v. 14. ἀπ' Ὠκεανοῖο. Hemiſtichus eſt *Homeri*, ex Iliade Lib. XXIII. verſ. 205.

ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥέεθρα.

Si flumina ex Oceano manare noſter innuit, veteres Poëtas, mythologiæ Scriptores, immo & Philoſophos ſequitur, apud quos Oceanus omnium aquarum pater exiſtimatur. Hanc doctrinam a ſana Phyſica non abhorrentem ſic exponit *Homerus* Iliad. Lib. XXI. v. 195.

μέγα σθένος ὠκεανοῖο
ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,
καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσι.

Et fuſius explicat Plato, docens hunc Poëtarum Oceanum nihil aliud eſſe quam ingens ſubterranearum aquarum receptaculum, in quod confluunt, & ex quo viciſſim refluunt omnes fluvii, & a Poëtis, Homero duce, βέρεθρον vel τάρταρον nominatum. Verba Platonis ſunt in Phædone pag. 112. ed. Serrani. Confer præclarum Ælii Ariſtidis locum, orat. in Jovem, T. I. p. 3. editionis *Sam. Jebb.*

v. 19. θεὸν ἠμείφθην. Homericum eſt ἀμείβεσθαί τινα. Theocr. Idyl. 7. v. 27. τὸν δ' ἐγὼ ἀμείφθην. Verſu ſequenti dialogus incipit inter Dianam & Oppianum, qui fortaſſe imitari voluit Homerum, ab initio Iliadis ex Muſa quærentem, τίς τ' ἄρ σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; Muſa reſpondet, & ipſa cantat Agamemnonis & Achillis fatale diſſidium; ſed fatendum eſt Oppiani imitationem minime felicem eſſe. Hic enim dialogus longius protractus argumenti removet expoſitionem, quod quidem vitium nullo modo, niſi carminum dulcedine, & ingenioſis quibus Severum & Antoninum extollit laudibus, compenſatur.

v 20. τρηχεῖαν ἐπισῆ. ἀταρπόν. Ad imitationem *Lucretii*, qui Lib. IV. v. 1.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
trita ſolo.

quem etiam imitatur *Virgilius* Georg. Lib. 3. v. 291.

Sed me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis
raptat amor, juvat ire jugis qua nulla priorum
Caſtaliam molli divertitur orbita clivo.

Jam antea in prolegomenis obſervavimus quoſdam Romanorum ante Oppiani tempora venationem cantaſſe, primus vero inter Græcos noſter videtur, qui hanc materiam verſibus poliverit; meliorique jure hanc gloriam ſibi vindicat, quam Nemeſianus, qui in Cyneg. v. 8.

Ducitque (Helicon) *per avia qua ſola nunquam*
trita rotis.

& v. 11. *intacto premimus veſtigia muſeo.*
Præiverat enim Gratius. Ex hoc Oppiani loco aſſerit doctiſſimus *Wensdorfius*, minorum Poëtarum Latinorum editor & interpres ſagaciſſimus, noſtro minime notum fuiſſe Gratium. Vide procem. de Gratio & Nemeſiano, Tom. I. pag. 8. „Oppianus, inquit „Wensdorfius, Gratium ita ignorat, ut ſtatim a principio poë„matis dicat, aſperam ſe viam ingredi, quam nemo ante mor„talium ſuis carminibus triverit.„ Attamen, ut ipſe obſervat vir clariſſ. tam multa ſunt in hiſce Poëtis ſimiliter excogitata, ut in dubio maneat quænam ſit fides Oppiano talia jactanti adhibenda. Nulla prorſus, opinor, præter eam, quæ Græcis debetur, hominibus nimirum vanis, proprias laudes intemperantius prædicantibus & alias gentes adeo parvi pendentibus, ut ſibi ſolis arrogarent accuratam litterarum & artium tractationem. Hinc fit ut Flacci, Virgilii, Ovidii, aliorumque ſuaviſſimorum Poëtarum nomina nunquam apud Scriptores Græcos, niſi forte apud infimæ ætatis Grammaticos reperiantur.

v. 22. *ἐν φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς.* Homerica eſt dictio ex Iliade Lib. XIV. v. 220. deſumpta:

οὐδέ σε φημὶ
ἄπρηκτόν γε νέεσθαι ὅ τι φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς.

v. 24. *τριετῆ.* Hoc nomen Baccho tribuebatur, propter ſacra quæ illius in honorem tertio quoque anno celebrabantur, quæque vocabantur ob hanc cauſam *τριετηρίδες θυσίαι.* A Bœotis & Thracibus inſtituta fuerant, memoriæ conſecrandæ cauſa Dionyſii ad Indos expeditionis, & ipſius *ἐπιφανείας*, qua hominum genus per tres annos recreavit Hoc diſerte docet Diodorus Siculus Lib. IV. pag. 211. ed. Rhodomani. Vid. Orpheum hymn. 53. v. 3. Sed, *Euripide* teſte, Bacch. v. 132. Corybantibus debebatur trieteridum inſtitutio:

εἰς δὲ χορεύματα
συνῆψαν (Κορύβαντες) τριετηρίδων
αἷς χαίρει Διόνυσος.

ad quem Euripidis locum vide Barneſii annotationem.

v. 25. *Ἀονίου. Ἀονία* Bœotia eſt, quæ & *Μεσσαπία* & *Ὠγυγία* & *Καδμηΐς* olim dicta fuit, teſte Stephano Byz. In illa, ut omnes probe ſciunt, incunabula Bacchus habuit. Aſopus flumen Thebanorum campos irrigabat; ſed abs re fortaſſe non erit animadvertere cum Strabone Lib. 8. p. 263. ed. Caſaub. quatuor in Græcia fluvios fuiſſe, Aſopi nomine deſignatos quique nomen *Ἀσωπίας* dederunt regionibus, quas irrigabant. Primus quidem erat in Bœotiâ, de quo modo diximus, Thebas, Platæas, Tanagram præ-

terfluens. Secundus campos Sicyonios alluebat e fontibus erumpens prope Phliuntem hujus regionis oppidulum. Strabone l. c. & Pauſania Corinth p. 48. teſtibus. Trachine, ubi olim Hercules commorabatur, tertium ſuum habuit Aſopum. Quartus denique inſulam Paron fœcundabat.

v. 26. Σαβάζια. Σαβάζιον Dionyſum a Thracibus vocari legimus apud Ariſtoph. ſcholiaſten ad Veſpas v. 9. *Strabone* vero auctore, Lib. 10. pag. 324. lin. 22. ad Phrygiaca myſteria pertinet Sabazius quodam modo matris Deorum puer, & Bacchi comitibus adjunctus: καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ τῶν Φρυγιακῶν ἐστὶ καὶ τινὰ τρόπον τῆς Μητρὸς τὸ παιδίον, παραδιδόμενος τοῖς Διονύσου καὶ αὐτός. Sic quoque inter peregrinos & advenas Deos Sabazium connumerat *Lucianus*, Icarom. pag. 783. ἁπάντων δὲ ἤδη αὐτῷ διῳκημένων ἀπῄειμεν ἐς τὸ συμπόσιον. δείπνου γὰρ ἤδη καιρὸς ἦν, καί με ὁ Ἑρμῆς παραλαβὼν κατέκλινε παρὰ τὸν Πᾶνα, καὶ τοὺς Κορύβαντας καὶ τὸν Ἄττιν, καὶ τὸν Σαβάζιον, τοὺς μετοίκους τούτους καὶ ἀμφιβόλους θεούς. Alteram vero *Diodorus Sic.* Lib. IV. p. 212. de Sabazio tradit opinionem: μυθολογοῦσι δέ τινες καὶ ἕτερον Διόνυσον γεγονέναι πολὺ τοῖς χρόνοις προτεροῦντα τούτου (Semeles filii). Φασὶ γὰρ ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης Διόνυσον γενέσθαι τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον, οὗ τήν τε γένεσιν καὶ τὰς θυσίας καὶ τιμὰς νυκτερινὰς καὶ κρυφίας παρεισάγουσι διὰ τὴν αἰσχύνην τὴν ἐκ τῆς συνουσίας ἐπακολουθοῦσαν. Hinc videtur a Diodoro, vel potius ab iſtis, quorum narrat opiniones hiſtoricus, Sabazium cum Iaccho Zagræo parum docte confundi, & duos tantum Bacchos illis notos fuiſſe, cum revera tres extiterint, ut teſtatur *Nonnus* in Dionyſiac. Lib. 48. p. 1306. v. 1.

> καὶ τελεταῖς τριετῆσιν ἐβακχεύθησαν Ἀθῆναι,
> καὶ χορὸν ὀψιτέλεστον ἀνεκρούσαντο πολῖται,
> Ζαγρέα κυδαίνοντες ἅμα Βρομίῳ καὶ Ἰάκχῳ.

De his Nonni verſibus vide quid dixerit Vir doctiſſ. nobiſque amiciſſimus *D'Anſſe de Villoiſon* in Epiſtolis Vinarienſibus Turici 1783. Epiſt. 1. ſub finem. Σαβάζιος barbarum eſſe Dionyſii nomen vult Suidas, & Σαβάζειν pro εὐάζειν barbaros pronuntiaſſe, quos imitati ſunt quidam Græci. Hæc Suidas, ad quem minime accedendum puto; nam perantiquum eſt τοῦ σαβάζειν verbum in Græcia, ab ipſis Atticis & Atticorum ſcriptoribus uſurpatum, apud quos Σαβάζια & Σαβάζιοι Bacchanalia nominantur, ut videre eſt apud *Ariſtophanem* Lyſiſt. v. 387.

> ἆρ' ἐξέλαμψε τῶν γυναικῶν ἡ τρυφὴ
> χὠ τυμπανισμὸς, χ' οἱ πυκνοὶ Σαβάζιοι;

Orpheus in Hym. 47. Sabazium Jovem Dionyſi patrem nuncupat.

v. 27. Θυωναίῳ. Filio Semeles, quæ Θυώνη dicebatur.

ἀτὰρ λευκωλένῳ τε Ζεὺς πατὴρ
ἤλυθεν ἐς λέχος ἱμερτὸν Θυώνα.

inquit *Pindarus* Pyth. Od. 3. v. 174. ubi Scholiaſtes ſic hoc nomen ἐτυμολογίζει. οὕτω δὲ ὀνομάζεται ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν Διόνυσον πάθους· ὅτι θύει καὶ ἐνθουσιᾷ κατὰ τοὺς χορούς. οὕτω καὶ θυάδες αἱ βάκχαι, καὶ θύσθλα οἱ θύρσοι. Apollonii Rhod. Scholiaſtes ad v. 636. Lib. I. Semelem Θυώνην nominatam dicit, propterea quod eam Æſchylus introduxit gravidam & fanatici furoris inſtinctu percitam, mulieresque, quas tangeret, ſimili furoris œſtro laborantes. Semeles furores fuſe narrat *Nonnus* Dionyſiac. L. 8. p. 224. εἴ ποτέ τις σύριζγι κ. τ. λ. Fortaſſe ex hoc Oppiani loco colligere poſſumus, illum in prima juventute poëmata ſcripſiſſe dithyrambica.

v. 31. Πάρθων τε δύας καὶ Κτησιφόωντα. δύη, *ingens calamitas, extrema miſeria.* Hæc vox invenitur apud optimos Poëtas. Homer. Odyſſ. Lib. 18. v. 53. Æſchyl. Prometh. v. 179. & 752. Septem ad Theb. v. 230. Apoll. Rhod. Arg. L. I. v. 120. Per Κτησιφόωντα innuit Oppianus urbis Κτησιφῶντος, Imperii Parthorum capitis ἅλωσιν, quam ad annum Chriſti 197. & a Septimio Severo regnante tertium refert Baronius, & ita narrat *Herodianus* in Severo pag. 74. ed. H. Steph. κατ' ὀλίγον τε προϊὼν (ὁ τοῦ Σεβήρου στρατὸς) ἐπέστη Κτησιφῶντι ἔνθ' ἦν ὁ μέγας βασιλεὺς Ἀρτάβανος, προσπεσόντες δὲ οἱ Ρωμαῖοι ἀπαρασκευάστοις βαρβάροις πάντα τε τὸν ἐμπίπτοντα ἐφόνευον, καὶ διήρπασαν τὰ ἐν τῇ πόλει, πάντας τε παῖδας καὶ γυναῖκας αἰχμαλώτους ἔλαβον. Φυγόντος δὲ βασιλέως σὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι, τούς τε θησαυροὺς τῶν χρημάτων αὐτοῦ αἴρουσι, καὶ πάντα τὸν κόσμον καὶ κειμήλια ἁρπάσαντες, ἐπανίασιν. οὕτω μὲν δὴ Σεβῆρος τύχῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ τῇ κατὰ Παρθυαίων νίκῃ κεκόσμητο. τούτων δὲ αὐτῷ δεξιῶς καὶ ὑπὲρ πᾶσαν εὐχὴν προχωρησάντων, ἐπέστειλε τῇ τε συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ, τάς τε πράξεις μεγαληγορῶν, τὰς μάχας τε καὶ νίκας δημοσίαις ἀνέθηκε γραφαῖς. Suarum de Parthis victoriarum conſecrandæ memoriæ cauſa ſplendidiſſimum exegit monumentum, etiamnum Romæ extans, & ſub nomine *Arcus Severi* cognitum, cujuſque imaginem videre licet in quarto Tom. Antiquitatis illuſtratæ a *Dom Montfaucon.* Triumphi participem Antoninum filium habuit Severus, ut ex inſcriptione monumenti diſcimus. Gratiſſimus itaque Antonino debuit eſſe hic verſus, in quo ἂν ſubaudiendum eſt, ne credas cum docto *Tillemont* Oppianum revera cantaſſe Severi victorias. Simile eſt exemplum τοῦ ἂν ſubauditi apud *Theocr.* Idyll. II. v. 128.

πάντως καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἤνθον ἐφ' ὑμᾶς.

Omnino & ſecures & faces ad vos veniſſent.

ita quoque Longus de Daphnide & Chloë, Lib. II. p. 40. ἴσως δὲ καὶ τῶν ἀληθῶν ἂν ἔπραξα, εἰ μὴ . . . &c.

N 3

v. 32. ἀκὴν ἔχε. Sic apud *Apollon. Rh.* Lib. 3. v. 521. οἱ δ' ἄλλοι εἴξαντες ἀκὴν ἔχον.

v. 34. γάμων ἀμύντον. Eandem formam expreſſit *Muſæus* in poëmatio de Herone & Leandro v. 31. γάμων δ' ἀδίδακτος ἐοῦσα. Ubi vereor ne ἀμύντος reponendum ſit pro ἀδίδακτος, quod gloſſam vehementer ſapit.

v. 37. σπιλάδος εὐκερδέος. σπιλάδα venationis eſt ſpecies, quæ gallice vocatur *piſte*. Venationem Oppianus lucroſam vocat ad imitationem Gratii, qui in Cyneg. v. 94.

Sæpe habet imprudens alieni lucra laboris.

Ipſe vero Piſcationem vocat ἄγρην κερδαλέην in Ἁλιευτ. L. 2. v. 119. Vid. G. d'Arnaud Lect. Græcæ Lib. 2. cap. 7. p. 181.

v. 40. τοκετοὺς ἀμαιεύτοιο λοχείης. Ita Nonnus in Dionyſ. Lib. 1. v. 5. ἀμαιεύτοιο τεκούσης. ἀμαίευτος eſt obſtetricis manu non indigens, eam non expertus. In aliis Oppiani editionibus legitur ἀμαιώτοιο, quod minime placet.

v. 42. βάλλοιμι δ' ἐπίσκοπον ἠχήν. Pindarica metaphora hoc dictum eſſe neminem fugiet. Sæpiſſime enim *Pindarus* ſagittis verſus ſuos aſſimilat; peculiariter in 2da Olymp. v. 158.

ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον
ἄγε θυμὲ, τίνα βάλλομεν
ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρε-
νὸς εὐκλέας οἰστοὺς
ἱέντες;

De verbo ἐπίσκοπον vide Theocr. in ἡρακλίσκῳ v. 105.

v. 44. ἀμβροσίῃσιν ὑπ' ὀφρύσι. Ad imitationem Homeri, apud quem ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται. Iliad. Lib. 1. v. 529. Notandum eſt plerumque Græcos in ſuperciliis vel lætitiæ vel doloris indicia ponere; ſic *Homerus* in Iliad. Lib. 15. v. 102.

οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν
ἰάνθη.

& *Longus* in Paſtor. de Daphn. & Chloë ed. Villoiſon pag. 5. μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν. Vide quoque Ἁλιευτ. Lib. 1. v. 71.

v. 47. θεὸς ὤπασεν. Mos erat antiquorum ad Deos cujuscunque artis inventionem referre. Itaque *Plato* in ſecundo Legum p. 665. dicit, Deos noſtri generis miſericordia commotos nobis dediſſe Muſicam & Saltationem, & Deos miſiſſe qui nos eas docerent artes. θεοὺς δὲ ἔφαμεν ἐλεοῦντας ἡμᾶς συγχορευτάς τε καὶ χορηγοὺς ἡμῖν δεδωκέναι τόν τε Ἀπόλλωνα καὶ μούσας καὶ δὴ καὶ τρίτον ἔφαμεν εἰ μεμνήμεθα Διόνυσον λέγεσθαι. Venationis vero excogitationem fere omnes Apollini & Dianæ tribuunt, duce *Xenophonte*, qui

ſuum de Venatione opus ita incipit: τὸ μὲν εὕρημα θεῶν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἄγραι καὶ κύνες. Quem ſic imitatur *Ælius Ariſtides* in oratione in Minervam p. 25. ed. Canteri: θῆραι τοίνυν καὶ κυνηγέσια ἐστι μὲν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος παιδιά. Non deſunt tamen, qui Saturnum venationis auctorem pronuncient, ut Lactantius de vero Cultu Lib. 6. cap. 20. De hominibus, qui ſibi hanc artem vindicant, dicemus ad initium ſecundi libri.

τριχθαδίην. Eadem eſt venationis diviſio in Epigrammate *Satyrii Thuilli*, quod vide in Analect. vet. Poëtarum *Brunckii* Tom. 2. pag. 276. In tres quoque partes venationem multiplicem dividit *Plato* de Legibus Lib. VII. pag. 823. B. θήρα γὰρ πάμπολύ τι πρᾶγμά ἐστι περιειλημμένον ὀνόματι νῦν σχεδὸν ἑνί. πολλὴ μὲν γὰρ ἡ τῶν ἐνύδρων, πολλὴ δὲ ἡ τῶν πτηνῶν, πάμπολυ δὲ καὶ τὰ πεζὰ θηρεύματα. In Sophiſta vero idem Philoſophus duplicem tantum agnoſcit venationem, quam ζωοθηρικὴν nominat, quia nempe ὀρνιθοθηρευτικὴν & ἁλιευτικὴν unum & idem genus reputat. Vide Tom. I. pag. 220.

v. 48. εἰναλίην. Piſcationem Oppianus dicit ἐρατεινὴν, quia fortaſſe pluris eam faciebant Romani quam venationem, quæ ſervile opus a Salluſtio vocatur in procemio Catil. Belli. Aliter vero Græci cenſuerunt, qui piſcationem contemnebant, ſoliſque pauperibus & mercenariis exercendam tradebant. Hac ſane de ratione juvenes ab ea deterrere conatur *Plato* in ſeptimo Legum ad finem: ὦ φίλοι, inquit, εἴθ' ὑμᾶς μήτε τις ἐπιθυμία, μήτ' ἔρως τῆς περὶ θάλατταν θήρας ποτὲ λάβοι, μηδ' ἀσκιστρείας κ. τ. λ. Raro enim piſcatione ſe oblectabant heroës Homerici, ut animadvertit *Euſtath.* ad verſ. 487. Lib. 5. Iliad. p. 574. ed. Rom. σπάνιον τοῖς ἥρωσι καὶ ἡ τῶν ἰχθύων ἄγρα, ὥσπερ καὶ ἡ πτηνῶν καὶ οὐκ ἦσαν ὑδροθῆραι παρ' αὐτοῖς εἰ μὴ ἐν λιμῷ. Vide tamen Athenæum Lib. I. p. 25. ed. Caſaub.

v. 49. πόθεν ἶσα τέτ. Sic initio Ἁλιευτ. piſcatorum labores extollit laudibus & venatorum anteponit laboribus.

v. 53. οὐκ ἔτος, *non temere.* Ita loquitur ἀττικισμοῦ & elegantiarum pater *Ariſtophanes* Lyſiſtr. v. 138.

οὐκ ἔτος ἀφ' ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι.

v. 54. πόνῳ δ' ἅμα τέρψις. Eandem ſententiam expreſſit in Ἁλιευτ. Lib. I. v. 28.

τερπωλὴ δ' ἕπεται θήρῃ πλέον ἤπερ ἱδρώς.

& iiſdem fere quibus hic verbis in Lib. 3 Ἁλιευτ. v. 87.

βαιῷ δὲ πόνῳ μέγα κέρδος ὀπηδεῖ.

Ex tanta, tum in hoc loco, tum innumeris in aliis cum piſcationis

poëmate ſimilitudine, haud leve ducitur argumentum ab eodem Oppiano utrumque ſcriptum fuiſſe.

v. 58. ἄτρομος ἀσπαλιεύς. Idem tribuit piſcatori adjectivum in Ἁλιευτ. Lib. 3. v. 44. Hanc vero imaginem ex *Homero* deſumpſit Iliad. Lib. XVI. v. 406.

ὡς ὅτε τις φὼς
πέτρῃ ἔπι προβλῆτι καθήμενος ἱερὸν ἰχθὺν
ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ. ſupp. ἕλκει.

Verbum ἀσπαλιεὺς ex antiqua Atticorum eſt lingua, a Platone enim uſurpatur in Sophiſta pag. 221. C. & Plato, Xenophon & Thucydides veterem ſequuntur dialectum, ut ſcripſit Dionyſius Halicarn. in Vita Lyſiæ pag. 454. ed. Reisk.

δαίδαλον. Non tam *coloribus variegatum*, quam *motibus varium* ſignificat. Sic αἴολος ſæpiſſime apud Homerum *agilis* eſt; de quo vide Spanhemium ad Hym. 2. Callimachi pag. 138. editionis Grævii.

v. 59. χαλκοῦ γενύεσσι. Cave ne γενύεσσι de piſcis ore, cum Turnebo, intelligas. Hac enim loquendi forma uti ſolet Oppianus, *hami curvatum mucronem* indicans, ut in Ἁλιευτ. Lib. 1. v. 68.

ὅδε ῥίμφα γένυν κατεδέξατο χαλκοῦ
ἰχθὺς ἀντιάσας.

& in Lib. 3. v. 133.

εὖτε γὰρ ἁρπάζωσι γένυν γναμπτοῖο σιδήρου.

Simili metaphora cunei dentem σφηνὸς γνάθον vocat Æſchylus in Prometh. v. 64. cf. Sophoclem in Electra v. 487.

v. 61. εἰνάλιον ὀρχηστῆρα. Tumida forſan quibuſdam videbitur hæc metaphora, quam tamen ab excellentiſſimis Poëtis latinis uſitatam invenimus, præſertim ab *Ovidio* Metam. Lib. 3. v. 586.

linoque ſolebat & hamo
decipere, & calamo ſalientes ducere piſces.

Unde *Martialis* Epigr. Lib. 1. Epigr. 56. v. 9.

& piſcem tremula ſalientem ducere ſeta.

Rurſus apud noſtrum occurrit in Ἁλιευτ. Lib. 1. v. 166.

πάλλεται ὀρχηστῆρι πανείκελος.

Immo *Herodotus*, τῶν ἰάδων Χαρίτων pater ſuaviſſimus, in Clione cap. 141. eodem omnino utitur ſchemate: παύεσθέ μοι ὀρχεόμενοι ἐπεὶ οὐκ ἐμέο αὐλέοντος ἠθέλετε ἐκβαίνειν ὀρχεόμενοι, inquit, in fabula a Cyro Jonibus narrata, quidam tibicen, qui piſces, quos dulcedine cantus trahere non potuerat, in ἀμφιβλήστρῳ captos ſalientes videbat. Ex hoc Herodoti loco mellitiſſimus Poëta *La Fontaine* argumentum deſumpſit fabulæ inſcriptæ *les Poiſſons & le Berger qui joue de la flutte.*

v. 62. ἰξευτῆρι. *Brodæus* ἰξευτῆρσι legit, & ejus correctionem non ſolum probat clar. *Schneider*, ſed eam omnino neceſſariam judicat, *in Analect. crit. in Scriptores vet. Græcos & Lat. Traj. ad Viadrum* 1777. pag. 36. Ego vero Brodæi emendationem minime profecto recipiendam puto. Brodæum ſane offendebat, quod ἰξευτῆρι nomen ſingulari numero, ut loquuntur Grammatici, poſitum, cum plurali φέρονται jungeretur. Sed doctiſſimi Turonenſis Canonici memoriam fugiſſe videtur, ſæpiſſime apud auctores hanc formam inveniri, præſertim cum ſubjecti nomen ſenſu collectivo ſumi poteſt. Hic autem ἰξευτὴρ omnes ἰξευτῆρας & eos qui aucupium exercent collective & generaliter deſignat. Sed ultra rem ne progrediamur, ſatis erit, ſi aliquot exempla hujuſce loquendi formæ ex præſtantiſſimis ſcriptoribus depromamus. Occurrit primo apud Lucianum: πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγρ. Tom. 2. pag. 61. ed. Reitzio. Sic ejus qui ad hiſtoriam ſcribendam accedit ingenii dotes non vulgari ſimilitudine profert Samoſatenſis: μάλιστα δὲ κατόπτρῳ ἐοικυῖαν παρασχέσθω (ſupp. ὁ συγγραφεὺς) τὴν γνώμην, ἀθόλῳ καὶ στιλπνῷ καὶ ἀκριβεῖ τὸ κέντρον καὶ ὁποίας ἂν δέξηται τὰς μορφὰς τῶν ἔργων τοιαῦτα καὶ δεικνύτω αὐτὰ, διάστροφον δὲ, ἢ παράχρουν, ἢ ἑτερόσχημον μηδέν· οὐ γὰρ ὥσπερ (lege ὡς παρὰ) τοῖς ῥήτορσι γράφουσι. Hunc locum intempeſtivis *Solani* emendationibus exagitatum, ſic olim ſum interpretatus in Luciani operum gallica verſione, notis illuſtrata, quam, jam abſolutam, aliquando fortaſſe juris publici faciam: *Mais ſurtout que l'hiſtorien rende ſon jugement ſemblable à un miroir brillant & ſans tache, dont le centre parfait repète l'image fidèle des objets qu'il reçoit ſans les renverſer, ſans leur prêter des couleurs, ni des formes étrangères, car il ne compoſe pas comme on le fait dans les écoles des Rhéteurs.* In hoc loco recte de numero ſingulari ad pluralem ſaltum animadvertit *Math. Geſnerus.* Similis invenitur numerorum enallage apud *Sophoclem* in Ajace Maſtig. v. 739.

κ' οὔ τις ἔσθ' ὃς οὐ
τὸν τοῦ μανέντος κ' ἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ
ξύναιμον ἀποκαλοῦντες.

Quod vero ad illud ἀποκαλοῦντες obſervat Scholiaſtes hic legiſſe non pœnitebit: ἀττικὸν ἔθος τὸ ἐπιφέρειν ἑνικοῖς τὰ πληθυντικὰ, καὶ ἀνάπαλιν. Inde fit, ut ii, qui Oppianum, ut ipſis videtur, emendant, atticiſmum ab eo detrahant. Quænam ergo conjecturarum & correctionum opificibus fides adhibenda ſit perſpicue videre licet.

Præterea vero, quod in tironum gratiam abs re non erit animadvertere omnino contrariæ συντάξεως exempla inveniuntur, id eſt, nomina pluralia cum verbis ſingulari numero poſitis conjuncta

(non de neutris nominibus agitur; lex eſt omnibus nota, cujus tamen non unica occurrit exceptio). Sic apud *Herodotum* Melpom. cap. 22. καὶ οὗτοι (Ἰῦρκαι) ἀπὸ θήρης ζώοντες τρόπῳ τοιῷδε. λοχᾷ ἐπὶ δένδρεον ἀναβὰς, pro λοχῶσι ἀναβάντες. Deinde pergit Hiſtoricus, τὰ δὲ ἐστὶ πυκνὰ ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν. Ubi vides τὰ δὲ πυκνὰ ad δένδρεον relatum. Inſigne apud *Pindarum* extat exemplum hujuſce locutionis, Olymp. XI. v. 4.

μελιγάρυες ὕμνοι
ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται.

His adjunge Apollon. Rhod. Argon. Lib. 4. v. 130. & Euripid. in Herc. Fur. v. 195. & ſeq. Hujus helleniſmi haud obſcuræ ſunt rationes idiotiſmos *Vigeri* a celeberr. *Hoogeveen* illuſtratos evolventibus. Sed vide omnino *Salmaſium* de Helleniſtica pag. 146. edit. Lugd. Bat. 1643.

Denique notandum eſt ſæpe ab Oppiano eandem σύνταξιν uſurpari. An ideo eum barbariſmi criminatur poſtremus ejus editor, qui tamen nullum hujuſce commentitii vitii exemplum profert? at ita ſpero fore ut, tot & tantorum ſcriptorum, quibus alii facillime poſſint adjungi, auctoritate commotus, judicii acerbitatem temperet ac leniat.

v. 64. κίρκος συνέμπορος. Se ipſum imitatur Oppianus, qui canes συνεμπόρους vocat in Ἁλιευτ. Lib. 1. v. 16. Veteribus incognitam fuiſſe artem accipitrariam docuerunt doctiſſimi quidam Viri, inter quos eminet clar. de la Curne de Ste. Palaie, *Mémoires ſur l'ancienne Chevalerie* Tom. 3. p. 182. Sed eorum opinioni adverſatur non ſolum hic Oppiani locus, ſed etiam Plinii ex Hiſt. Nat. Lib. 10. cap. 8. quem Plinius ex Ariſtotelis Hiſt. Anim. Lib. 9. cap. 36. deprompſit: *In Thraciæ parte ſuper Amphipolim homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur. Hi ex ſylvis & arundinetis excitant aves, illi ſupervolantes deprimunt.* Vid. quoque Epiſtolam Lilii Giraldi in critica Face, ſeu Theſauro critico *Gruteri* Tom. 2. pag. 399.

v. 66. δόνακες πατέουσιν. Arundinibus iſtis, viſco tinctis, ad deprimendas aves circumvolitantes auceps utebatur. Quo quidem modo eos deprimeret luculenter deſcripſit Petronius in Satyr. cap. 40. pag. 180. ed. P. Burman. In Trimalcionis Sympoſium adducitur aper primæ magnitudinis, cujus venter repletus erat avibus: *Barbatus ingens quidam accedit, qui, ſtricto venatorio cultro, latus apri vehementer percuſſit, ex cujus plaga turdi evolaverunt; parati aucupes cum arundinibus fuerunt, & eos circa triclinium volitantes momento exceperunt.* Et rurſus c. 109. p. 501. *Ecce etiam per antennam pelagiæ conſederant volucres, quas*

tectis (lege *tinctis*, viſco ſubaudito) *arundinibus peritus artifex tetigit. Illæ viſcatis illigatæ viminibus deferebantur ad manus.* Non obſcuro modo ad hoc aucupii genus alludit *Plautus* Bacchid. v. 16. PIST. *Viſcus merus veſtra eſt blanditia.* BAC. *Quid jam.* PIST. *Quia enim intelligo unum duce expetitis Palumbem, perii, arundo verberat.* Idem innuit & *Propertius* Lib. 2. Eleg. 19. v. 23.

Hæc igitur mihi ſit lepores audacia molles
excipere, & ſtructo figere avem calamo.

Ad quos Propertii verſus annotat Salmaſius Exercit. Plin. p. 1087. non de ſagitta hæc verba *ſtructo calamo* intelligenda eſſe, ſed de calamo aucupatorio, vel creſcente arundine, quæ aves tangebat, & veluti fixas vinctuſque capiendas dabat. Elegantiſſimum Propertii interpretem *Delongchamps* vertentem, *ſuivre d'un trait mortel le vol rapide des oiſeaux*, fugiſſe videtur hæc Salmaſii obſervatio. Jam laudatis auctoribus adde *Martialem* Lib. 9. Epigr. 56. v. 3.

Aut creſcente vadis traheretur arundine præda
pinguis, & implicitas virga teneret aves.

Longum de Amor. Daphn. & Chloës Lib. 3. p. 69. καὶ τὸν ἰξὸν ῥάβδοις μακροῖς ἐπήλειψε. Nec non *Silium Italicum* de Bello Punico Lib. 7. v. 674.

Ut qui viſcata populatur arundine lucos.

Hanc notam forſitan longiorem claudet veteris Poëtæ *Satyri* Epigramma a Salmaſio primum luce donatum, Exerc. Plin. p. 1088. quodque *Brunckio* V. cl. diligenter inveſtiganti excidiſſe videtur, haud enim in ejus Analectis vet. Poëtarum invenimus:

εἴτε σύ γ' ὀρνεόθηρον ὑπὲρ καλαμῖδα παλύνας
ἰξῷ ὀρειβατέεις, εἴτε λαγοκτονέεις,
Πᾶνα κάλει κυνὶ Πᾶν λασίου ποδὸς ἴχνια φαίνει·
σύνθεσιν ἀκλινῶν Πᾶν ἀνάγει καλάμων.

σύνθεσιν καλάμων dictum eſt a Poëta ſane ex eo, quod arundines iſtæ componebantur aliæ ſuper alias adſtructæ, ut colligitur ex *Bionis* Idyll. 2.

τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι συνάπτων.

v. 69. ἰῷ Παρδαλίων. Ea erat apud antiquos opinio in pantherarum unguibus venenum inſitum eſſe ſubtile quoddam. In cujus rei fidem Celſum auctorem adducit Ritterſhuſius, ad quod alludit Oppianus ipſe Cyneg. Lib. 4. v. 36.

Μύραινα. Gallice *Lamproie*. Piſcis eſt ſerpentis ſpeciem & formam referens, carnis hominum valde avida; inter exquiſitiſſimas Romanorum lautitias habebatur, immenſoque ſumptu in ſplendidiſſimis nutriebatur vivariis, quorum inventor traditur Caius Hirrius gula notiſſimus, qui circum piſcinas ſuas ex ædificiis duodena

millia ſeſtertia capiebat, eam omnem mercedem eſcis, quas dabat piſcibus, conſumebat, ut ait Varro de R. Ruſt. Lib. 3. cap. 7. quem ſecuti ſunt Plinius Hiſt. Nat. Lib. 9. cap. 55. & Macrobius Saturn. Lib. 2. cap. 11. Horum epulonum quidam (ſemper enim voluptates ſanguine emptas Romani venabantur) ſervos vivos, minimam ob culpam, in vivaria mittebant, quo delicatius murænæ ſaginarentur. Craſſus æquo animo trium filiorum mortem tulit, morienti vero murænæ miſerabiliter illachrymabatur, teſte Porphyrio περὶ ἀποχῆς, Lib. 3. §. 5. pag. 225. ex editione Jacobi de Rhœr, Traj. ad Rhenum 1767. Quod vero ad hujus piſcis hiſtoriam naturalem attinet, dicemus in animadv. ad Piſcationem.

v. 70. Θῶας — Ἐχίνοις. Animal a Græcis Thos nuncupatum; quodque vulgo ſed perperam *Lupus Cervarius* ab interpretibus appellatur, Perſarum eſt *Chacal* ſeu *Schiagal*, ut oſtendit clar. de Buffon.

ἔχινος, quem rhinoceroti opponit Oppianus, eſt ἔχινος θαλάσσιος, ſub nomine *Heriſſon de mer*, vel *Orbis* rei naturalis ſcriptoribus notum, de quo nos ad piſcationem, æque ac de Λάρῳ, latine *Gavia*, gallice *Mouette* vel *Pluvier*, avis eſt paludibus & maris littoribus gaudens.

v. 71. θηρητῆρε λύκους ὄλεσαν. Poſtquam tria genera animalium, quæ triplici venationi materiam præbent, inter ſe compoſuit Oppianus, diverſos venatorum labores cum piſcatorum laboribus comparat. Ne mireris ſi in hoc verſu dualis pro plurali inveniatur, cum apud ipſum *Homerum* non ſemel hæc occurrat numerorum ἐναλλαγὴ, exempli gratia Iliad. Lib. 5. v. 10.

δύο δέ οἱ υἱέες ἤστην.

Vide quoque ad finem libri quatuordecimi antepenultimo verſu. Ritterſhuſii commentar. & G. d'Arnaud Lect. Græc. Lib. 2. cap. 8. pag. 186.

v. 74. Μόρμυλοι hodie gallice vocatur *le Morme*. Plura de eo ad Piſcat. dicemus.

v. 77. Νηρεῦ — καὶ δαίμονες — ἐλήκουσι. Similis eſt ad maris dæmones ἐπιφώνησις in Ἁλιευτ. Lib. 1. v. 75. eodemque verbo ἐλήκω utitur Poëta, unde novum accedit argumentum ex eadem manu hæc duo poëmata eſſe profecta.

v. 80. ἔρχομ' ἀείσων. Jonibus & Atticis proprius eſt iſte idiotiſmus. Tam frequenter apud Herodotum occurrit ἔρχομαι φράσων, ut librum & pagin. indicare minime ſit neceſſarium. Apud Xenophontem vero in *Laud. Ageſilai* cap. 2. n°. 7. καὶ οὐ τοῦτο λέξων ἔρχομαι. Simili quodam modo noſtrates dicunt: *je vais vous dire.*

v. 81. *μάλα πίονες ἔσθων.* Dignum eſt quod comparetur cum Xenophonte recenſente tum corporis, cum animi venatorum dotes in Cynegetico pag. 569. *χρὴ δὲ τῶν μὲν ἀρκύων ἐπιθυμοῦντα τοῦ ἔργου, καὶ τὴν φωνὴν ἕλληνα, τὴν δὲ ἡλικίαν περὶ ἔτη εἴκοσι· τὸ δὲ εἶδος ἐλαφρὸν, ἰσχυρὸν, ψυχὴν δὲ ἱκανὸν, ἵνα τῶν πόνων τούτοις κρατῶν χαίρῃ τῷ ἔργῳ.* Quod ſic gallice vertendum: *Celui qui veut s'occuper à tendre des retz, doit parler grec, être âgé d'environ vingt ans, avoir le corps leſte & vigoureux, ne pas manquer d'intelligence, afin que ſupérieur par ces qualités à la fatigue de cet exercice il puiſſe y trouver du plaiſir.* Non aliter *J. Pollux* in Onom. Lib. 5. cap. 3. de Venatore: *εἴη δὲ νέος, κοῦφος, ἐλαφρὸς, δρομικὸς, ὀξὺς, φιλοκίνδυνος, φιλεργὸς, ἐθελουργὸς, κ. τ. λ.* Iiſdem fere pingit lineamentis venationis quem vocat magiſtrum *Gratius* in Cyneg. v. 332.

Ille tibi egregia juvenis de pube legendus
utrumque & prudens & ſumptis impiger armis.

In verbo *ἔσθων* atticæ dialecti formam peculiarem pro vulgari *ἐσθώσαν* obſerva. Sic occurrit in verſ. 89. *φοιτώντων* pro *φοιτάτωσαν* & in v. 110. *ἰόντων* pro *ἰέτωσαν*: ſed quod majoris eſt momenti, animadverte, quæſo, quantam inter ſe referant ſimilitudinem hic venationis & alter piſcationis locus Lib. 3. v. 29. ubi piſcatoris effigiem iiſdem venatoris coloribus expreſſit Poëta. Hinc validiſſimo probatur argumento eundem Oppianum utrumque poëma ſcripſiſſe.

Confer Vlitium ad Gratii Cyneg. v. 330. ubi hunc Oppiani locum Gratii verbis eſt interpretatus, ut agnoſcatur, quam preſſo pede Gratium ſecutus ſit noſter.

v. 82. *μέγ' ὑπείροχον.* Simili pleonaſmo utitur *Callimachus* Hymn. in Jovem v. 68.

θήκαο δ' οἰωνὸν μέγ' ὑπείροχον.

v. 83. *χρειὼ ἀναγκαίη* Homericum eſt. Vid. Iliad. Lib. VIII. v. 57. *ἀλέσθαι* unico λ ſcribit quoque Homerus Iliad. Lib. XI. v. 192. *εἰς ἵππους ἅλεται.*

v. 85. *πόσσιν ἐλαφρίζοντα.* E cod. Regio B. ubi ſic legitur: *ὥς κεν πόσσιν ἐλαφρίζοντα καὶ εὐφέρτοις μελέεσσι.* Ab ipſius ſcribæ manu, eodem ſaltem atramento, linea ſub *ὥς κεν* ducitur, indicans hæc verba ſupervacanea metro obeſſe & ex errore priorum ſcribarum, vel ex quibuſdam ſcholiis in textum irrepſiſſe. Haud enim ſemel in *κεν* deſcribendo erratum eſt, v. gr. apud *Callimachum* Hymn. ad Apollinem v. 36. quod omnes huc uſque interpretes fugiſſe videtur. *καί κεν ἀεὶ καλὸς, καὶ ἀεὶ νέος.* ubi lege omnino, *καὶ μὲν*, *& quidem.*

v. 86. θήρης ἐπὶ μῶλον. *Venationis ad pugnam.* Quam placidam veluti deambulationem habemus venationem, veteres ad vividam belli & pugnæ effigiem exercebant, violentaque defatigatione corpora indurabant, & laborum efficiebant patientiora. Itaque *J. Pollux* in Onom. Proœmio Lib. 5. venationem Commodo diſcipulo ſuo commendat his verbis: Κυνηγεσίων σοι προσήκει μέλειν ὅτι τοὐπιτήδευμα ἡρωϊκὸν καὶ βασιλικὸν, καὶ πρὸς εὐσωματίαν ἅμα καὶ εὐψυχίαν ἀσκεῖ, καὶ ἔστι εἰρηνικῆς τε καρτερίας ἅμα καὶ πολεμικῆς τόλμης μελέτημα, πρὸς ἀνδρείαν φέρον, ῥωμαλέον τε εἶναι. γυμνάζει, καὶ ποδώκη, καὶ ἱππικὸν, κ. τ. λ. Gymnaſii igitur poſt exercitia, maximi erat momenti apud Græcos venatio, utpote idonea ad juvenes bellicis laboribus & periculis aſſuefaciendos, ut inquit *Athenæus* vel ejus ἐπιτομῆς auctor Lib. I. pag. 24. καὶ ἐπὶ κυνηγεσία δ᾽ ἐξιᾶσιν οἱ νέοι πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων, καὶ ἐπὶ θήρας παντοίας ἀφ᾽ ὧν ῥωμαλεώτεροι καὶ ὑγιεινότεροι διετέλουν. Vide quoque Xenophontem Cyneg. p. 569. lin. 16. & Ciceron. de Nat. Deor. Lib. 2. cap. 121.

Bellum a plurimis ut ab Oppiano venatio nominata fuit. *Porphyrius* περὶ ἀποχῆς, Lib. I. §. 14. pag. 24. ἀλλὰ μὲν πρός γε τὰ θηρία πόλεμος ἡμῖν ἔμφυτος ἅμα καὶ δίκαιος. *Gratius* in Cyneg. verſ. 13.

> *Tu trepidam bello vitam, Diana, ferino*
> *qua primum quærebat opem, dignata repertis*
> *protegere auxiliis.*

Manilius Aſtronom. Lib. 4. p. 85. v. 28. ed. Scalig. de iis qui ſub ſigno Leonis naſcuntur hæc profert:

> *Quis dubitet vaſti quæ ſit natura Leonis?*
> *quaſque ſuo dictet ſigno naſcentibus artes?*
> *ille novas ſemper pugnas, nova bella ferarum*
> *apparat.*

Ariſtoteles denique belli partem venationem diſerte pronuntiat de Republ. Lib. I. cap. 8. p. 304. ed. Duval. ἡ πολεμικὴ φύσει κτητική πως ἔσται· ἡ γὰρ θηρευτικὴ μέρος αὐτῆς. Quod expreſſit *Ælius Ariſtides* Orat. in Minervam Tom. I. pag. 25. τῆς πολεμικῆς μόριον τέχνης ἐστι.

v. 90. ἀμφότερον κραιπνόν. Quis Homericum illud non agnoſcet?

> ἀμφότερον βασιλεύς ἀγαθὸς, κρατερός τ᾽ αἰχμητής.

Ita quoque *Gratius* de Venationis Magiſtro Cyneg. v. 332.

> *Utrumque & prudens & ſumptis impiger armis.*

Sed *Oppiánum* ſui ipſius imitatorem & utriuſque poëmatis parentem ſe prodentem animadvertas in Αλιευτ. L. 3. v. 30. ubi de Piſcatore:

> πρῶτα μὲν ἀσπαλιῆϊ δέμας καὶ γυῖα πέλοιτο
> ἀμφότερον καὶ κραιπνὰ καὶ ἄλκιμα.

v. 91. ἐπικραδάοιεν. Sic *Homerus* Odyſſ. Lib. XIX. v. 436. κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος. *Virgilius :*

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Ovidius Metam. Lib. VIII. v. 404.

valida quatiens venabula dextra.

& *Gratius* v. 342.

Terribilemque manu fibrata falarica dextra
det ſonitum.

v. 92. δρεπάνην δ' ἐπὶ μεσσόθι ζώνης. Iterum ex *Gratio* deſumpſit Cyneg. v. 341.

Ima Toletano præcingat & ilia cultro.

Quod vero noſter δρεπάνην nominat & Gratius *cultrum Toletanum*, κόπις apud Xenophontem Cyropæd. Lib. 1. pag. 3. lin. 16. vocatur. κοπίδας vero gladios leviter curvatos eſſe, falcibus ſimiles quibus appetebant belluarum manus, nos docet Q. Curtius Lib. 8. cap. 14. eandem fere formam referunt gladii venatorii, quos nuncupamus *couteaux de chaſſe.*

ἀλεξητήρια. Ad latronum aggreſſiones repellendas. Sæpiſſime enim venatores per immenſas errabant regiones, ſylvas & deſerta loca noctu diuque peragrantes, & ſub dio plerumque ſomnum capientes. Fertur Mithridates adeo venationis ſtudio flagraſſe, ut ſeptem continuos annos in eo conſumpſerit, urbium tecto nunquam uſus.

v. 95. λαιῇ δὲ — χαλινόν. Ex *Xenophonte* ſumptum eſt de Re Equeſtri pag. 550. lin. 19. ἱππεὺς τῇ μὲν ἀριστερῇ ἄγων τὸν ἵππον, τῇ δεξιᾷ τὸ δόρυ ἔχων.

v. 97. εὐσταλέως δὲ χιτῶνα. Venatoris σχῆμα ex Polluce adducere operæ pretium erit. Onom. Lib. 5. cap. 3. ſegm. 18. Σκευὴ δὲ κυνηγέτου χιτὼν εὐσταλὴς πρὸς τὴν ἰγνύαν καθήκων, οὐ λευκὸς, μηδ' εὔχρους, μηδὲ κατ' ἄλλην εὐχροιαν προλάμπων, ὡς μὴ πόῤῥωθεν καθορῷτο τοῖς θηρίοις. καὶ χλαμὺς ὁμοία ἣν δεῖ τῇ λαιᾷ χειρὶ περιελίττειν ὁπότε μεταθέοι τὰ θηρία ἢ προσμάχοιτο τοῖς θηρίοις. καὶ σκυτάλη ἢ ῥοπάλον, καὶ ὑποδήματα κοῖλα ἐς μέσην τὴν κνήμην ἀνήκοντα δεσμῷ ἀκριβεῖ περιεσταλμένα. Id eſt gallice, nam gallicam linguam intelligunt hodie omnes πεπαιδευμένοι, *le coſtume du chaſſeur conſiſte dans une tunique retrouſſée légèrement, qui deſcend juſqu'au genouil, elle ne doit point être blanche ni d'une couleur vive & brillante, de peur que les bêtes ſauvages ne l'apperçoivent de loin. Il faut encore au chaſſeur une chlamyde ſemblable qu'il roulera autour de ſon bras, quand il pourſuivra les animaux, ou qu'il combattra contre eux. Il portera auſſi un bâton, ou une maſſue. Sa chauſſure profonde remontera juſqu'au milieu*

de ſa jambe, autour de laquelle elle ſera attachée avec une forte courroye. Quod per compendium habet *Xenophon* Cyneg. pag. 575. lin. 4. τὸν δὲ κυνηγέτην ἔχοντα ἐξιέναι ἠμελημένην ἐλαφρὰν ἐσθῆτα ἐπὶ τὸ κυνηγέσιον, καὶ ὑπόδεσιν, ἔν τε τῇ χειρὶ ῥόπαλον. Verbis non minus graphice quam coloribus venatores συόθηρας pinxit *Philoſtratus* Icon. Lib. 1. pag. 772. ed. Morellii ὁ μὲν ἱππάζεται καὶ κοῦφος ἀκοντιστὴς, οἶμαι, ἀγαθὸς ὤν· ὁ δὲ πέφρακται τὸ στέρνον ἀπειλῶν πάλιν τινὰ τῷ θηρίῳ· καὶ τὰ σκέλη πέφρακται. Hinc colligimus, quod neque Xenophon, neque Pollux, nec ipſe Oppianus docent, id eſt ad apri venationem προστερνιδίοις & κνημῖσι veteres fuiſſe uſos. Pergit deinde Philoſtratus: τὸ δὲ μειράκιον ὀχεῖται μὲν ἐφ᾽ ἵππου λευκοῦ, cujus Phalerarum ſequitur deſcriptio, poſtquam ad equitem redit, συμμετρεῖται δὲ ὁ χιτὼν ἐς ἥμισυ τοῦ μηροῦ, καὶ ἴσα τοῦ ἀγκῶνος. *Tunica autem ad femoris & cubiti dimidium terminatur.* Quod Oppiani verbis mirifice reſpondet, eaque interpretatur.

Operæ pretium eſſet conferre venatoris juvenis cujuſdam imaginem deſcriptam in libello τῶν κατ᾽ Ὑσμίνην καὶ Ὑσμινίαν, Lib. 4. pag. 122. cujus auctorem, vulgo *Euſtathium* vocatum, meliori jure *Eumathium* nominat doctiſſ. amicus noſter d'Anſſe de Villoiſon in Anecdotis Græcis Tom. II. p. 286.

Dianæ venatorium veſtimentum non abſimili modo deſcribit *Callimachus* Hymn. in Dian. v. 11.

ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα
ζώννυσθαι λεγνωτόν.

ubi vide doctiſſimas Spanhemii obſervationes pag. 134.

ἐπιγουνίδα in hoc Oppiani verſu diviſim legere volebat *Bodinus* ἐπὶ γουνίδα, ſed cum inveniatur eodem ſenſu apud Homerum Odyſſ. 18. v. 73. Nonnum Dionyſ. Lib. 7. pag. 202. v. 12. & Pollucem Onom. Lib. 2. cap. 4. ſegm. 188. nihil mutandum duximus.

Ut autem cuncta quæ ad venatoriam σκευὴν pertinent abſolvamus, de venatoris calceamentis modo dicemus ad verſum 104.

v. 100. εἷμα περιστέλλοιτο. εἷμα Oppiani eſt Pollucis modo laudati χλαμὺς, quam vult Pollux τῇ λαιᾷ χειρὶ περιελίττεσθαι, noſter vero ἀναβάλλεσθαι ὀπίσω τῶν ὤμων. Duo igitur erant venatoribus veſtimenta, χιτὼν *tunica*. de qua Oppianus verſ. 97. & 98. & χλαμὺς, de qua nunc. Hæc vero ſupra tunicam imponebatur. Formam ejus & uſum docte luculenterque deſcribit J. Vlitius, ad Nemeſiani Cyneg. v. 91. Ipſa Vlitii verba eo libentius deſcribam, quod hujuſce loci Oppiani continent interpretationem: „Eſt autem chlamys veſtimentum apertum, oblongum & in

„anguſtum

» anguſtum deſinens, cujus ſuperiores anguli fibula infrenantur, » colloque circummittuntur. Iſidorus Origin. L. 19. cap. 24. *Chla-* » *mys eſt quæ una parte induitur, neque conſuitur, ſed fibula* » *infrenatur.* Nimirum quia anguli illi ſuperiores fibula, non ſu- » tura connexi fere manebant, *una parte*, puta collo tenus *indui-* » *tur*; ideoque non tantum περιβάλλεσθαι, quod fit nonnunquam » fibula ſoluta, ſed περιτίθεσθαι & περισθέλλεσθαι dicitur. Oppianus » de Venatoria Chlamyde. αὐχένος αὐθ' ἑκάτερθε &c.

Tum manibus collo qui circumpendet utrinque
retro humeros ſuper ingentes inducat amictum.

» ita vertendum. Inferior autem pars in anguſtum deſinebat, & » eatenus a veſte quadrangula differebat. Hinc intelligendus Am- » monius, περὶ τῶν ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων littera X. ἡ μὲν γὰρ » χλαῖνα τετραγωνον ἱμάτιον, ἡ δὲ χλαμὺς εἰς τέλειον περὶ τὰ κάτω » συνῆχθαι. *Læna quidem quadrangula, chlamys autem in imo* » *in auguſtum cogitur.* Ita ut cunei formam & trigonum magis » quam tetragonum referret. Expanſam intelligo. At cum ſupe- » riores anguli connexi inter ſe, ut modo dicebam, eſſent, tum » in ſummo anguſta, ac fundæ ſimilis apparebat. — Chlamys » inferior pars ſyrmatis inſtar dependebat, ut ſi quis ſe ad agen- » dum quicquam prompte accingeret, manu facile colligeretur, » ſiniſtra potiſſimum. » Hæc Vlitius. Chlamydis venatoriæ apud poëtas mentionem invenimus frequentiſſimam. Virgilius Æneid. Lib. 4. v. 137. de Didone venatum eunte,

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Nemeſianus Cyneg. v. 91.

Sit chlamys aurato multum ſubtemine luſa.

v. 101. γυμνοῖσι. *Rectius, meo judicio*, inquit Brodæus, *Pollux, qui ei ὑποδήματα κοῖλα τὴν κνήμην ἀνήκοντα aſſignat.* Parum feliciter a Brodæo hic reprehenditur Oppianus, qui non, ut Pollux, de Venatoribus in genere, ſed de iis tantum qui ferarum veſtigia indagant, verba facit.

v. 102. δυσδερκέα. δυσδερκὴς, *viſu difficilis, qui difficulter videri poteſt.* Hæc vox rariſſima occurrit apud Auctores Græcos, & a lexicographis, excepto Hederico, plane omittitur, quod jam ab interpretibus Oppiani animadverſum non fuiſſe miror. Hic paſſivo ſenſu a noſtro ſumitur, ut in Ἁλιευτ. Lib. 1. v. 47.

βλοσυρῆς δυσδερκέα δείματα λίμνης.

Sed hujuſce poëmatis Lib. 3. v. 263. active δυσδερκὴς ἴχνια dicitur, *difficile videns*, aut *cæcutiens*, ut vertit Rittershuſius. Niſi tamen malueris, *horribilis viſu*, quod magis probaverim. Præterea notandum eſt εὐδερκὴς, πανδερκὴς, & ſimilia ſemper active

ſenſu ab autoribus uſurpari. Hic vero δυσδερκὴς paſſive ſumitur hellenismo, quo ſæpe utitur Virgilius, ut in Lib. 6. Æneidos v. 30. *Cæca regens veſtigia.* Quod abſque dubio imitatur Oppianus.

v. 104. σλιβαροῖς ὑπὸ ποσσὶ πεδίλων. Homericam formulam expreſſit, ex Iliade Lib. 2. v. 44. & Lib. 10. v. 22.

ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.

Etſi Oppianus voluerit veſtigiorum indagatores nudis incedere pedibus, non tamen abſurdum fortaſſe erit inquirere quibus in uſitatiori venatione uterentur calceamentis. Jam ex Polluce ſupra laudato (nota 97.) vidimus, hæc ὑποδήματα eſſe κοῖλα, ἐς μέσην κνήμην ἀνήκοντα, ἀκριβεῖ δεσμῷ περιεσλαλμένα. ἐνδρομίδες peculiariter erant nominata, in Aſia & apud Cretenſes uſitatiſſima, ut patet ex eorum deſcriptione, quam invenimus apud Galenum in Hippocratem de Articul. p. 644. Tom. V. edit. Græc. Baſil. cujus locum jam occupavit ill. Spanhemius in Callimachi hymn. in Dian. pag. 143. ſed Galeni verba tam probe cum propoſito noſtro congruunt, ut non poſſim, quin deſcribam. ἔτι δὲ νῦν οὗτος (τῶν ὑποδημάτων τρόπος) ἀσκεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν, καὶ κατὰ τὴν Κρητὴν οὐχ ἥκισλα, μέχρι κνήμης μέσης ἀνῆκον· ἔσλι δὲ ἱκανῶς ὑπ' αὐτοῦ πολυσχιδές τι δέρμα καθ' ἑκάτερον τὸ μέρος, ἀρισλερόν τε καὶ δεξιὸν ἴσον, εντεταμένον τε καὶ ἴδια συντελριμμένον ἐπὶ τοῖς πέρασι, ὡς ἱμάντι διεκβαλλομένων τῶν τρυμάτων, συνάγεσθαι κατ' ἄλληλα τὰ τελαγμένα τοῦ δέρματος τμήματα. πρόδηλον οὖν ὅτι συνέχει καὶ σφίγγει τὸν πόδα, μετὰ τῆς κατὰ φύσιν διαρθρώσεως ὅλης ἀκριβῶς τὸ τοιοῦτον ὑπόδημα· χρῶνται δὲ αὐτῷ μάλισλα παρ' ἡμῖν οἱ Κυνηγέται θηρεύοντες, ἐπειδήπερ ἐν τραχέσι καὶ ἀνωμάλοις χωρίοις ἀναγκάζονται πολλάκις οὐ τρέχειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πηδᾷν. Id eſt: *In Aſia noſtra & non minus in Creta in uſu ſunt etiamnum calceamenta, quæ ad mediam uſque tibiam adſcendunt, in quibus ſciſſa eſt pellis multis locis, & ab utraque parte, dextra ſcilicet & ſiniſtra, æqualiter extenſa extremis partibus foramina habet, per quæ trajectum lorum partes pellis inciſas inter ſe contrahat. In aperto autem eſt tali calceamento pedem cum univerſa commiſſura, quæ ad malleolos eſt contineri & adſtringi. His autem utuntur apud nos Venatores potiſſimum quum feras ſectantur quandoquidem in aſperis atque inæqualibus locis non ſolum currere, ſed ſaltare etiam coguntur.* ἐνδρομίδες proprium Dianæ Venatricis calceamentum dicuntur a Polluce, Lib. VII. ſegm. 93. qui & in L. III. ſegm. 155. athletarum ait ſic vocari & curſorum ὑποδήματα.

Cothurni etiam inter venatoria calceamenta cenſebantur, ut obſervat Spanhemius l. c. adducens hunc Virgilii verſum, Æneid. Lib. I. v. 337.

Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.
ubi Servius: *Cothurni jam calceamenta etiam venatoria, crura quoque vincientia.* Unde Nemeſianus in Cyneg. v. 90.
Candida puniceis aptantur crura cothurnis.

v. 108. εὖ σἰέλλοιντο, *expedite veſtiantur.* Hoc etiam jubet Xenophon in Cyneg. p. 574. lin. 27. τὴν δὲ σἰολὴν ὁ ἀρκυώρος ἐξίτω ἔχων ἐπὶ θήραν μὴ ἔχουσαν βάρος.

v. 109. ἰοχέαιρα. Sæpiſſime ita audit Diana Venatrix apud Homer. Iliad. V. verſ. 53. & 447. Odyſſ. Lib. VI. v. 102.
οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα
ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον
τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι.
Hoc Dianæ nomen interpretari voluiſſe videtur Callimachus dicens Hymn. ad Dian. v. 2. τῇ τόξα λαγωβολίαι τε μέλονται. Plerique Grammatici & Etymologici illud ἰοχέαιρα deducunt ἀπὸ τοῦ, ἰοῖς χαίρειν, haud recte, meo judicio; melius enim videtur ἀπὸ τοῦ, ἰοὺς χεῖν, vel χεύειν, *ſagittas fundere.*
Ad ſententiam vero quod attinet, iterum expreſſit Oppianus in Lib. 3. Ἁλιευτ. v. 49.
ὧδε γὰρ εὐάγρης τε καὶ Ἑρμείᾳ φίλος εἴη.

v. 110. ἄλλοτε δ' ἀλλοίην ὥρην. Sic in Ἁλιευτ. Lib. 3. v. 50. varias diſtinguit horas quibus opportune piſcandum ſit.

v. 112. καὶ ὄρφνη. Nocturnam venationem prohibet Plato in Legibus Lib. 7. p. 824. νυκτερευτὴν δὲ κυσὶ καὶ πλέκταις πιστὸν μηδεὶς μηδέποτε ἐάσῃ μηδαμοῦ θηρεῦσαι. Hinc credere licet multa incommoda ex iſta venatione nata fuiſſe.

v. 114. περιδέξιος, *valde opportuna.* Eodem ſenſu legitur in Ἁλιευτ. Lib. 3. v. 61.
εὐκραεῖ δ' ἀνέμῳ περιδέξιος ἵσταται ἄγρη.
& eadem eſt ſententia in verſu 51. ejuſdem Piſcationis libri:
θήρη
κρατίστη τελέθει καὶ ἑωσφόρος εὖτ' ἀνατέλλῃ.
Quod ex Ariſtotele Hiſt. Anim. Lib. 8. Cap. 19. p. 914. E. manifeſte ſumptum eſt. Gratius quoque venationem vocat *primæ lucis opus.* Cyneg. v. 223. & Nemeſianus Cyneg. v. 324.
Venemur dum mane novum, dum mollia prata
nocturnis calcata feris veſtigia ſervant.
Homerus Odyſſ. Lib. XIX. v. 428. ubi narrat venationem apri, a quo vulneratus fuit Ulyſſes.
ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς

βὰν δ' ἴμεν ἐς θήρην ἡμὲν κύνες ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
υἱέες Αὐτολύκου.

& apud Virgilium Æneid. L. 4. Dido & Æneas ad venationem ſub ipſo ſolis ortu proficiſcuntur.

Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.
It portis, jubare exorto, delecta juventus
retia rara, plagæ, lato venabula ferro.
Maſſylique ruunt equites & odora canum vis.

v. 115. γαληνιόωντα, *ſerenans ad curſus totius diei.* Sic Orpheus, vel auctor hymnorum, qui ſub ejus nomine ſunt vulgati, Hymno 21. v. 5.

εὐδιίνοις ἀπαλοῖσι γαληνιόωσα δρομοῖσι.

Immerito hæc vox γαληνιόωσα barbariei poſtulatur a cl. Schneidero in Analectis crit. pag. 84. qui contendit in ſolis tantum ultimorum Græciæ temporum autoribus eam inveniri. Extat enim, ut vides, in Hymnis Orpheo adſcriptis, qui etſi non ſint Orphei, ſatis antiqui tamen videri poſſunt, cum ante Pauſaniam imo & Demoſthenem extiterint, & ab utroque laudentur, ut jam obſervavit vir ingenio in rebus criticis acerrimo præditus, Batavorum lumen ſplendidiſſimum, Ruhnkenius Epiſtola critica 2da, ex editione altera multis partibus locupletiore Lugd. Bat. 1782. p. 129. ubi Schneideri de dubia Carminum Orphicorum autoritate diſputationem refellit his verbis: „Negat quidem Orpheomaſtix, ullum Orphicorum hymnorum locum a ſcriptore vetuſtiori laudatum eſſe; ſed vultus ejus rubore ſuffundetur, ſi viderit, non unum, ſed plures verſus ab antiquiſſimis ſcriptoribus, Demoſthene & Pauſania, ſub Orphei vel Onomacriti nomine afferri. Demoſthenes Orat. I. in Ariſtogit. pag. 468. reſpexit hymnum 61. in Juſtitiam, & Pauſaniam Bœoticorum 35. manifeſtum eſt ob oculos habuiſſe hymnum 59. in Gratias."

Verum enim vero frequentius, fatendum eſt, apud ſcriptores mediæ ætatis occurrit verbum γαληνιάω, ut apud Gregorium Nazianzenum teſte H. Steph. in Theſauro, & Grammaticum Joannem Gazæum, in elegantiſſimo poëmate, ἔκφρασις τοῦ κοσμικοῦ πίνακος, vulgato a Jano Rutgerſio, Var. Lect. Lib. 2. pag. 98. legitur ad verſum 225.

καὶ χρόα κουφίζοντο γαληνιόωντες ἀῆται
τέτταρες. κ. τ. λ.

Sed non eſt, ut opinor, cur inde βαρβαρισμοῦ accuſetur hæc vox & continuo ſtylus Oppiani.

v. 119. εἴαρι χειμερίῳ. Sic & Pollux Onom. cap. 6. lib. 5. ſegm. 49. ver & autumnum ad venationem declarat opportuniora. τὰς

μὲν οὖν χειμερινῆς τε καὶ θερινῆς ὥρας ὁ ἠρινὸς καιρὸς εἰς θήραν ἐπιτηδειότερος, ὡς τοῦ ἀέρος ἄμεινον κεκραμένου. — τὸ δὲ μετόπωρον ἐγγυτάτω μέν ἐστι τῇ κράσει πρὸς τὸ ἔαρ.

v. 120. πλώουσι θάλασσα. Eadem eſt hujuſce & ſequentis verſus ſententia apud floridiſſimum Poëtam Meleagrum in Veris deſcriptione, Anal. vet. Poët. Brunckii Tom. I. p. 31. v. 10.

ἤδη δὲ πλώουσιν ἐπ' εὐρέα κύματα ναῦται
πνοιῇ ἀπημάντῳ Ζεφύρου λίνα κολπώσαντες.

Quando vero Oppianus naves vocat λινοπτερύγους, Æſchylum imitatur in Prometheo v. 468. ubi Titan ille ſe primum navium inventorem prædicat.

θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ
λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.

Vide plura in eximio ad hunc Æſchyli locum commentario, doctiſſ. Schutzii, qui quatuor jam primas Æſchyli tragœdias tanta luce affudit, ut omnes eruditi hanc editionem longe omnium præſtantiſſimam ad umbilicum perductam videndi deſiderio teneantur vehementiſſimo. Vide quoque Sophoclis Antigon. v. 243. ubi lege omnino πτερῶν pro vulgato περῶν. Notandum tamen eſt πτερὰ νηῶν, *navium alas*, etiam vocari ἐρετμὰ apud Homerum, ut ipſe docet poëta Odyſſ. Lib. XVIII. v. 272.

v. 124. τρέπησι. τροπὴ ἠλίου a Romanis *ſolſtitium* nominabatur, eo ſane, quod tunc temporis ſol immotus videatur. Græci vero rerum aſtronomicarum longe peritiores, remotiſſima ab antiquitate ſolis cognoverunt retrogreſſiones, eaſque rectius τροπὰς nuncuparunt. Jam ante Trojæ tempora Atlas nymphæ Calypſonis pater ὀλοόφρων, *omniſcius*, in Ogygia inſula columnas extruxerat, quæ cœli & terræ ferebant effigiem, Hom. Odyſſ. Lib. I. v. 53. & ſolis τροπὰς indicabant. Odyſſ. Lib. XV. v. 403. Sæpenumero apud Heſiodum ſolſtitiorum fit mentio. Vid. Opera & Dies, v. 479. 564. & 663.

καρπὸν Ἀθηναίης. *Oliva*. Sed pro ἔλαιον, *oleum* συνεκδοχικῶς. γαυλὶς proprie mulctram ſignificat, hic pro καλπὶς ἐλαίου, ut Græci vocabant, ponitur.

v. 127. καὶ βότρυσ' ἡμερίδων. Negotium faceſſit interpretibus hujuſce verſus & ſenſus & metrica ratio. Cl. Schneiderus ex ingenio βότρυν dedit, & non male; nam ut ipſe animadvertit, ſecunda in βότρυς corripi non poteſt, utpote e contractione τοῦ, βότρυας formata. Eandem tamen in ſe culpam admiſerunt alii poëtæ, Nicander Alexiph. v. 370. & Coluthus de raptu Helenæ v. 40. quam jam DD. VV. emendaverunt. Unde fortaſſe pravæ ſæculi

conſuetudini magis quam hiſce poëtis hæc culpa tribuenda videtur. Altera vero hæret difficultas ex abſentia nominativi nata; cunctis enim interpretibus ſi fides habetur, ſubaudiri neceſſe eſt *vindemiator.* Vellem hujus loquendi formæ exempla præbuiſſent. Ego vero σκαίρει pro χαίρει legendum opinor, βότρυσ' tertio caſu ſcribendum, ſubaudito ἐπὶ (de ſimili ellipſi vid. L. Boſ. pag. 507.) ita ut ſenſus ſit καὶ ὁ θλίβων σκαίρει ἐπιλήνια (ἐπὶ) βότρυσι ἡμερίδων, *& torcularius ſaltat ſaltationem preli ſupra vitis uvas.* Etenim mos erat ſolemnis apud veteres uvas ſaltando premere. Theocrit. in Idyll. 7. v. 24. ἢ τινὸς ἀστῶν λανὸν ἐπιθρώσκεις: hæc ſaltatio vocabatur ἐπιλήνιον, & ejus σχήματα ſic a Longo graphice deſcribuntur in Lib. 2. τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην pag. 61. edit. Villoiſonii: οἱ μὲν οὖν ἄλλοι σιωπῇ κατέκειντο τερπόμενοι, Δρύας δὲ ἀναστὰς καὶ κελεύσας συρίττειν διονυσιακὸν μέλος, ἐπιλήνιον αὐτοῖς ὄρχησιν ὠρχήσατο· καὶ ἐῴκει ποτὲ μὲν τρυγῶντι, ποτὲ δὲ φέροντι ἀῤῥίχους, εἶτα πατοῦντι τοὺς βότρυς, εἶτα πληροῦντι τοὺς πίθους, εἶτα πίνοντι τοῦ γλεύκους. Cantilenæ quoque nomen erat ἐπιλήνιον, ut ex hoc Athenæi loco manifeſtum eſt. Deipnoſoph. Lib. 5. p. 199. εἵπετο ἄλλη τετράκυκλος — πλήρης σταφυλῆς. ἐπάτουν δὲ ἑξήκοντα Σάτυροι πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον. Vid. Pollucis Onom. Lib. 4. ſegm. 53. Anacreontis Oden 52. v. 7. & Orphei Hymn. 53. Nota quod σκαίρει loco τοῦ χαίρει metro obeſſe non poteſt, cum σ ante κ liqueſcat. v. g. apud Homerum Iliad. 5. verſ. 774.

ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος.

Σκάμανδρος vero κάμανδρος pronuntiabatur, ut hic καίρει pro σκαίρει, unde natus eſt librariorum error.

v. 128. λείρια κηρία. *Floridi favi.* Mel λείριον dicitur a Poëtis, quia ex florum ſucco ducitur. Generaliter enim flores λείρια nuncupabantur. Peculiariter vero lilium eſt λείριον. Docet Apollonii ſcholiaſtes ad v. 879. Lib. I. καθόλου τὰ ἄνθη λείρια λέγεται. ἔστι δὲ κυρίως ἄνθος λεγόμενον λείριον, ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν τὸν νάρκισσον εἶναι, οἱ δὲ τὸ κρίνον. Eadem fere ſunt apud Georg. d'Arnaud Lect. Gr. Lib. 2. cap. 8. p. 188.

βρίθειν paſſive ſumitur Atticorum more & Poëtarum, Theocr. Idyll. 15. v. 119.

χλωραὶ δὲ σκιάδες μαλακῷ βρίθουσαι ἀνήθῳ.

v. 129. χείματι δ' ἐν μεσάτῳ. Sumptum eſt e Xenophonte, qui eadem venatoribus præcipit, in Cyneg. pag. 571. lin. 37. ἀγέσθωσαν δὲ (κύνες) θέρους μὲν μέχρι μεσημβρίας· χειμῶνος δὲ δι' ἡμέρας. μετοπώρου δ' ἔξω μεσημβρίας· ἐντὸς δ' ἑσπέρας τὸ ἔαρ. hac de cauſa, quam ipſe deinde affert. *Quia leporis veſtigia hyeme procul*

ſe porrigunt, propter noctium diuturnitatem, parum autem æſtate, ob rationem contrariam, nec vero hyeme olent diluculo cum pruina fuerit aut gelu. His adjunge quæ idem autor habet p. 575. ἐὰν μὲν ἡ χειμὼν ἅμ' ἡλίῳ ἀνέχοντι, ἐὰν δὲ θέρος πρὸ ἡμέρας, τὰς δ' ἄλλας ὥρας μεταξὺ τούτου. Hinc compertum eſt veteres omnibus anni temporibus indulſiſſe venationi. Nonne ex eo quod minus quam nos hodie agros colebant veteres, aut agricolæ labores minus reverebantur?

Conf. Piſcationem Lib. 3. v. 53. nec non 337. & 339. ubi verbum ἀγρώσσω Oppiano uſitatiſſimum eſſe comperies.

v. 130. εὖτέ τις. Id eſt, tempore meridiano.

v. 131. κάρφεα, vel φρύγανα, materiæ, quæ ignem facile concipiunt, ut ſarmentum & palea. Lucianus in Hermotim. p. 774. κάρφη τινὰ συνδήσαντες, *ſtipulas quaſdam colligantes.*

v. 132. ὡπλίσσατο δόρπον. Homerica eſt imitatio, ex Iliad. Lib. XI. v. 86.

ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὡπλίσσατο δόρπον.

v. 133. φυγέειν φλογόεσσαν ἐνιπήν. Sic Nicander Theriac. v. 24.

φεύγων αὐαλέος θέρεος πυρόεσσαν ἀϋτμήν.

& Euripides in Ione v. 1134. & In Muſgraviana 1154.

ἡλίου φλογὸς
καλῶς φυλάξας, οὔτε πρὸς μέσας βολὰς
ἀκτῖνος, οὔτε αὖ πρὸς τελευτώσας, βίαν.

ubi perperam βίον vulgo legitur, nam ordo eſt φυλάξας βίαν φλογὸς ἡλίου. Muſgravii emendationem ἰδεῖν, nec intelligo, nec intellectu facilem arbitror.

v. 136. ἱστοβοῆος. ἱστοβοεὺς & ἐχέτλη ſunt aratri partes. Hic timo aratri, ſeu lignum quod extenditur inter utrumque bovem. ἐχέτλη, ſtiva, aratri manubrium, vid. Pollucem Onom. Lib. I. cap. 13. ſegm. 253. & Procli Commentaria Græca in Heſiodum fol. LX. ex editione Venetiana anni 1537.

v. 139. σημαίνουσιν, *dant ſignum reditus.* Similis eſt gregum e pratis ad ſtabula redeuntium deſcriptio apud Homerum Hymn. ad Vener. v. 169.

ἦμος δ' ἂψ εἰς αὖλιν ἀποκλίνουσι νομῆες
βοῦς τε καὶ ἴφια μῆλα νομῶν ἐξ ἀνθεμοέντων.

v. 140. εὖτε. Non abſona conjectura αἶψε legit cl. Dupuy, referens ad ἀγέλῃφι verſus præcedentis.

v. 146. μηκάδες, id eſt αἶγες. Raro tamen apud autores inve-

nitur μηκάδες niſi cum αἶγες conjunctum. Ab Heſychio exponitur, *balantes*, *clamantes*, *cornutæ*. μηκάδες. αἱ μὴ κοιμώμεναι (lege cum DD. VV. μηκώμεναι) αἶγες. ἢ κραυγάστριαι· ἔνιοι δὲ τὰς κερατώδεις, μῆκα γὰρ, τὰ κέρατα. Ἀππίων δὲ, τοκάδας.

φορβάδας, *armentales equas*.

v. 149. πνείοντα φόνοιο. Phraſis eſt Homerica πνέειν θυμοῦ ἄρεως. Tryphiodor. in Ἰλίου ἁλώσει v. 493. καλέουσα φόνων πνείουσαν ἀϋτήν. & Muſæus in poëmatio de Herus & Leandri amoribus v. 285.

ἐννυχίων ἀκόρητος ἐτὶ πνείων ὑμεναίων.

Sappho de Roſa:

ἔρωτος πνέει,
ἀφροδίτην προξενεῖ,

v. 150. δίκτυά τε σχαλίδας τε κ. τ. λ. Irritus nobis videtur omnis hæc nomina recte, ſive Latino, ſive Gallico ſermone interpretandi conatus, utpote pertinentia ad venationis ſpeciem ævo noſtro incognitam, & multis abhinc ſæculis inuſitatam. Romani vero hac in re ſæpiſſime græciſſant, aut eorum verborum certam ſignificationem non novimus. Nobis igitur ſatis ſit, ſi ex variis autorum deſcriptionibus inter ſe collatis aliquantula notitia exoriatur; obſcura quidem res eſt, rudis & aſpera materia, ſed eam tractare, pro tenuiſſimis viribus, eo libentius decrevi; quod ſuperiores interpretes quaſi ex communi conſenſu hanc ablegavere provinciam.

Primo quidem animadvertendum eſt, veteribus Græcis ante Homeri tempora nulla innotuiſſe venationis inſtrumenta, niſi τόξον, ἄκων & ἀκοντίον, ἔγχος, ξίφος & κορύνη, quæ quidem ad bellum æque ac ad venationem pertinent, vid. Feithii Antiq. Homericæ Lib. 4. cap. 2. pag. 411. edit. Argentorati 1743. Multo ſerius itaque propria venationi inſtrumenta, ut δίκτυα, σχαλίδες, ποδοστράβαι, reperta fuerunt, aut ſaltem Græcis cognita. In Cyri venationibus a Xenophonte in Κυροπαιδ. deſcriptis, nulla hujus generis apparent venabula. Si vero apud Virgilium in venatione Didonis & Æneæ Lib. 4. Æneidos nominantur *retia rara*, *plagæ*, ratio temporum a poëta minime ſervatur, quod tamen illi, uti poëtæ, vitio vertere noluerim. Sed rem ipſam aggrediamur.

δίκτυα, ἄρκυες & ἐνόδια. Nomina ſynonima ſunt, quæ generico ſenſu ab autoribus, præſertim a poëtis, ſumi ſolent, & retia quæcunque ſignificant. Hoc declarat Pollux Lib. 5. cap. 4. Attamen proprie ſpeciem retium peculiarem deſignant; de quibus mox dicemus. Nunc vero qua intexerentur materia inquirendum. Lino, potiſſimum Ægyptiaco, Carthaginienſi, Phaſiano, id eſt Colchico, Hiſpanico, cujus commercium præcipue in inſula

Sardinia frequentabatur, unde nomen obtinuerat λῖνον Σαρδονικόν. Vid. Pollucem l. c. & Herodot. *Euterpe* cap. 105. Gratius poëta Cyneg. v. 34. ut optimum commendat linum, quod in paludibus Ciniphiis naſcitur. Cinips autem fluvius erat Africæ inter utramque Syrten, non a Carthagine longe, fluens; unde veriſimillima conjectura Vlitius voluit Ciniphium linum eſſe καρχηδόνιον. Vid. Vlitium ad Gratium v. 34. Idem poëta Cumanum quoque linum ut bonum prædicat v. 35. Hiſpanicum a Plinio multis extollitur laudibus, Hiſt. Nat. Lib. 19. cap. 1. » Hiſpania Citerior habet ſplendorem lini » præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarra- » conem (hodie *Sarragoſſe*) & tenuitas mira, ibi primum Car- » baſis repertis. Non dudum ex eadem Hiſpania Zælicum venit » in Italiam plagis utiliſſimum. Civitas ea Gallæciæ (*la Gallice*) » & Oceano propinqua. Eſt ſua gloria & Cumano in Campa- » nia ad piſcium & alitum capturam. Eadem & plagis materia » neque enim minores & cunctis animalibus inſidias quam nobis- » metipſis lino tendimus, ſed Cumanæ plagæ concidunt apros & » hi caſſes vel ferri aciem vincunt. » Hæc Plinius.

Quod ad peculiarem nominum retia deſignantium ſignificationem attinet, δίκτυον, *rete piſcatorium* dicitur ab Heſychio; eſt & venatorium maximum, cujus maculæ e ſedecim filis ſimul contortis texebantur, aliis novem tantum implicata habentibus, & illa conſequenter ex hac additione ſuperabat, ut ait Pollux Onom. Lib. 5. cap. 4. ſegm. 30. Longitudo τοῦ δικτύου debet eſſet orgyis, id eſt ulnis, aut decem, aut viginti, aut triginta. Si vero longius protrahantur, difficiliora ſunt tractatu, Xenophonte autore Cyneg. pag. 569. lin. 32. Attamen Gratius quadraginta paſſus (qui, ſi de geometricis intelliguntur, ducentos pedes regios adæquant) magnum rete vult ut prætendatur, & decem maculas habeat altitudinem, dum triginta requiruntur a Xenophonte,

Et bis vicenos ſpatium prætendere paſſus
rete velim pleniſque decem conſurgere nodis.

His retibus pars adjungebatur, quæ deſiderabatur in aliis, vocata Σαρδόνες & ad extremitatem τοῦ δικτύου appoſitam. Sardonum perſpicuam ſatis notitiam relinquit J. Pollux Onom. Lib. 5. ſegm. 31. τούτοις δὲ (δικτύοις) καὶ σαρδόνες προσπλέκονται ὅπερ ἐστὶν ᾤα τοῦ δικτύου, μετὰ τὸν τελευταῖον βρόχον ἀνέχουσα τὸ δίκτυον ὥσπερ ἣν ὁ περίδρομος ἢ ἐπίδρομος ταῖς σχαλίσι κατὰ τὸ δίκρουν ἐπιστι. quod ſic gallice verto: *On ajoute à ces ſortes de filet des* Sardones, *qui ſont la frange du filet, & qui le ſoutiennent après le dernier rang de mailles, à l'endroit où le péridrome ou l'épidrome portent ſur la fourche.*

Retia vero, quæ ἄρκυς nominabantur, minorem habebant

amplitudinem, ut docet Pollux Lib. 5. ſegm. 27. ex novem filis ſimul contortis texebantur, autore Xenophonte Cyneg. pag. 569. lin. 29. Linum eorum erat materia; attamen, ſi autorem Etymol. Magni audiamus, viminea erant hæc retia. Nam verbo ἄρκυς, εἶδος δικτύου ἐκ παχέος σχοινίου ὃ ἱστᾶσι πρὸς θήραν λέοντος, ἢ ἄρκτου, ἢ ἐλάφου. Niſi verbum σχοινίον de quocunque fune, nulla materiæ habita ratione, intelligi debeat, ut ſæpiſſime occurrit apud ſcriptores græcos. αἱ ἄρκυες formam cuculli exprimebant. κεκρυφάλῳ δὲ ἐοίκασι κατὰ τὸ σχῆμα εἰς ὀξὺ καταλήγουσαι, inquit Pollux Lib. 5. ſegm. 27. ubi erravit interpres vertens *Vittæ* ſimiles. κεκρύφαλος enim non eſt *Vitta* capitis ornamentum, ſed *Cucullus* capitis operculum, quod vocamus *Capote* vel *Capuchon.* Simili quodam capitis operculo, ἄρκυς dicto, utebantur Græciæ mulieres, & etiamnum quidem utuntur. τῶν ἀρκύων formam ſatis accuratam referunt, ut opinor, ſi liceat magna componere parvis, caſſes quibus hodie ad capiendos cuniculos & vulpes utimur, quaſque vocamus *Bourſes à prendre des lapins.* Sed multo majores erant ἄρκυες, utpote leonum, urſorum, cervorum venationi inſervientes.

Quis vero fuerit apud antiquos horumce ἀρκύων uſus in re venatoria, videamus. Certis quibuſdam intervallis poſitæ inter δίκτυα, iiſque conjunctæ extendebantur. Cum autem feræ a venatoribus agitatæ ad δίκτυα longo tractu per campum erecta, accedebant, tunc curſum ſiſtere conabantur, ſecundumque δίκτυα progrediebantur, exitum quæritantes. Si vero in ἄρκυν incidebant, in eam, ſpe fugæ, ſeſe induebant. Statim illa claudebatur, tum ipſius feræ conatibus, ultra progredi cupientis, (quod manifeſtum eſt ex his Senecæ tragici verſibus in *Agamemnone* v. 892.

ut altis hiſpidus ſylvis aper,
cum caſſe vinctus tentat egreſſus tamen
arctatque motu vincla. & incaſſum furit.)

tum a duobus hominibus ad extremitatem retium ſtantibus, duoſque funes περίδρομον & ἐπίδρομον nominatos trahentibus. De ἀρκύων interpoſitione perſpicue loquitur Oppianus hujuſce poëmatis Lib. 4. v. 381. Vide quoque Vlitium ad Gratii verſ. 28.

Duabus præcipuis partibus conſtabant αἱ ἄρκυες. Prima quidem βρόχος vocabatur, τῆς ἄρκυος introitus, quadrangula forma, & retibus ſeu τοῖς δικτύοις annexus, quatuorque maculis contextus. Cum vero extenderetur ἡ ἄρκυς, tunc rhombi formam ὁ βρόχος referebat, illucque, ut jam diximus, feræ in ſpem fugæ capita inferebant, & irretitæ capiebantur. Ita enim intelligendum eſt, quod de βρόχῳ legimus in Polluce Lib. 5. ſegm. 28. Secunda vero pars τῆς ἄρκυος erat περίδρομος, funis per inferiores ſuperio-

reſque ultimas plagas tractus, quo contrahebantur retia & diſſolvebantur. Hiſce funibus, quarum ſuperior περίδρομος, inferior ἐπίδρομος nuncupatur, in ſe ipſam reducebatur ἡ ἄρκυς, & claudebatur, ut marſupium ſuis funiculis. Oportebat igitur ut iſti περίδρομος & ἐπίδρομος ſine ullo nudo conficerentur ut facilius currerent, quod quidem jubet Xenophon pag. 569. lin. 30. ὑφείσθωσαν δὲ τοὺς περιδρόμους ἀναμμάτας ἵνα εὔτροχοι ὦσι. Iſti funes ſecundum τὸ δίκτυον & ultra protendebantur per annulos, ſive ferreos, ſive funales, in texendo reti apte diſpoſitos; ultra vero τὸ δίκτυον ad dexteram & ad ſiniſtram producebantur, ut eos viri ad retium extremitates poſiti trahere poſſent, & una eademque opera ἄρκυας contrahere. Annuli iſti ex fune facti vocabantur σἰροφία, autore Polluce ſegm. 29 & σἰροφεία apud Xenophontem dicuntur. Hiſce annulis circulos ferreus, κίρκος dictus, adjiciebatur, Poll. ſegm. 30. Erat & τοῖς δικτύοις, alia pars, eorum ſummitas, ſive fimbria, quæ ἀκρωλένια, vel κράσπεδον, vel πτερύγιον dicebatur. Ad peridromum lapidem oblongum, magnum annectebant, ne ἄρκυς ἀντιτείνῃ cum leporem tenebat, ſi credimus Xenophonti Cyneg. cap. 6. §. 8. Sed vehementer ſuſpicor in Xenophontis verbis mendum latere, & eſſe legendum λίνον μέγα, loco τοῦ λίθον μέγαν.

Tertia quoque retium ſpecie, ab Oppiano haud memorata, utebantur veteres in venationibus. Iſta collocabantur in viis, ideoque vocabantur ἐνόδια. Eorum maculæ duodecim filis contortis texebantur, Xenoph. p. 569. lin. 31. & Pollux Lib. 5. ſegm. 30. τοῦ δικτύου formam referebant, ſed ad eorum differentiam *mammis* erant inſtructi. Mammæ, quæ Græcis μασἰοὶ erant, ſic a Polluce definiuntur: κύκλῳ ἐκ λίνων πλέγματα τοῖς ἀκρωλενίοις προσπεπλεγμένα, *ex lini plicaturis, inſtar circuli. ipſis fimbriis applicatæ.* Quis in hiſce retibus eſſet mammarum uſus prorſus ignoro.

ἐνοδίων longitudo duabus, vel quatuor, vel ſex orgyis conſtabat, & altitudo triginta erant macularum. Ita enim intelligenda ſunt Xenophontis verba l. c. ἀμφότερα δὲ τριακονθάμματα, ſupp. τὸ ὕψος.

Hæc omnia denique retia, quando non veniebant in uſum, continebantur in ſacco vitulina vel canina pelle facto, cujus nomen erat græce μόσχειος & κυνοῦχος, Xenophon l. c. lin. 44. Pollux ſegm. 31. Vide quoque Caſauboni Comment. ad Theophr. Charact. cap. 18. pag. 193. ex edit. Fiſcheri, & Euſtathium in verſ. 267. Lib. V. Odyſſ.

Si retia extendere volebant, fulciebant furcis, quas Græci dicebant σἰάλικες, σχάλιδες, σχαλιδώματα, Latini vero *Valli, Vari, Cervi.* Valli diſpari erant inter ſe magnitudine, alii longi,

alii parvi, propter humi inæqualitatem, Pollux Lib. 5. ſegm. 22. & Xenoph. p. 569. lin. 36. qui vallis retia δίκτυα ſuſtinentibus altitudinem conſtituit quinque ſpithamarum (*) & decem palæſtarum iis, qui ἄρκυας fulciunt. Duplum vero, id eſt viginti palæſtæ, menſura erat furcis retium itinerariorum ἐνοδίων. Simplicia & levigata eſſe vallorum cornua oportebat, minimeque alte inciſa; diſerte docet Xenophon l. c. ἄκρα ἔχουσαι μικρὰ, τὰ ἐντμήματα μὴ βαθέα.

v. 151. ταναόν τε πάναγρον. πάναγρος venatorium rete magnum ad cujuscunque generis feras capiendas idoneum, Pollux Lib. 9. ſegm. 12. eſt quoque rete piſcatorium, Pollux Lib. 1. ſegm 97. Illud ab Oppiano σκολίον vocatur, Ἁλιευτ. Lib. 3. v. 83. Mentio fit πανάγρου apud Homerum Iliad. Lib. V. verſ. 487.

μή πως ὡς ἀψῖσι λίνου που ἁλόντε πανάγρου
ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε.

Quod de piſcatorio reti intelligit Euſtathius pag. 574. edit. Rom. Non deſunt tamen, qui de reti aucupatorio contendant eſſe explicandum. Vide Feithii Antiquit. Hom. Lib. 4. p. 414.

v. 152. αἰχμὴν τριγλώχινα. Idem venabulum deſcribitur a Polluce Lib. 5. cap. 3. ſegm. 21. ſub nomine λόγχης. Ferrum ejus tripartitum erat. Media pars nominabatur γλῶττα. Aliæ πτέρυγες dicebantur. Ea ſane ratione Oppianus hanc haſtam vocat αἰχμὴν τριγλώχινα, quam cum τριαίνῃ λαγωοφόνῳ infra nominata ne confundas, de hujuſce αἰχμῆς uſu uberrima tradidit præcepta J. Pollux, quem vide l. c.

Σιγύννην. Σιγύνη, Σιγύνος, Σιβύνη & Ζιβύνη. Nomina ſunt ejuſdem venabuli, id eſt jaculi ὁλοσιδήρου. Suidas voce Σιβύνη, ἀκόντιον ῥωμαϊκὸν eſſe dicit. Sed voce Σιγύνη καὶ Σιγύνους ad Macedonas refert. τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσι. Heſychius verb. Σιſγύνοι, pro quo Salmaſius legit Σιγύνοι. τὰ ξυστὰ δόρατα, ἢ τοὺς ὁλοσιδήρους ἄκοντας. Nominatur hoc ὅπλον ab Apollonio Rhod. Argon. Lib. 2. v. 99:

ἀλλ' ἄμυδις κορύνας ἀζηχέας ἠδὲ Σιγύννους
ἰθὺς ἀνασχόμενοι Πολυδεύκεος ἀντιάασκον.

(*) Spithama menſuræ erat ſpatium, ab extremo pollice ad extremitatem minimi digiti manu extenſa quantum fieri poteſt. Palæſta quatuor erat digitorum, in hominis manu ut ſunt, conjunctorum ſine pollice, menſura, quæ ſexies repetita cubitum Romanum conſtituit. Plura vide in Theſauro *L. G. Stephani*. Hinc vide licet aliquando cervi & deſultoria animalia ſi a venatoribus acrius urgerentur, retia tranſiliebant; quod firmatur Euripidis loco in Bacch. v. 868.

ubi Scholiaſtes annotat jacula ſic apud Cyprios nominari, ſed Σιγύνον apud cæteros populos de jaculo ὁλοσιδήρῳ intelligi. Vide quoque Euſtathium ad tert. Iliadis pag. 288. & pag. 542. nec non Herodotum Terpſichor. cap. 9.

v. 153. ἁρπάλαγον. Nihil de hoc venabulo invenire potui; ejus tamen ex interpretatione non dubitandum eſt quin ad feriendos lepores fuerit idoneum.

κάμακας. *Haſtilia* vertit Turnebus, non bene, meo quidem judicio. Rittershuſius *fuſtes* interpretatur, quod ſatis probaverim; mallem tamen *palos*, *des pieux*, qui in ponendis pedicis inſerviebant, ut inferius videbis ad v. 156. κάμαξ eſt apud Heſych. δόρυ, σχίζα καὶ τὰ ὑπὸ ἀναδενδράσι ξύλα, gallice *des échalats*. Suidas interpretatur χάραξ, ὀρθὸν ξύλον, *une paliſſade*. Pollux vero magis ad rem facit inter piſcatoria inſtrumenta τὸν κάμακα recenſens, ubi perticam, gallice *une gaule*. ſignificat. Nam ſi aliquoties pro δόρυ ſumitur, id metaphorice tantum fit, hic vero nomina abſolute & proprie ſumi debent.

v. 154. βουπλῆγας. Neque Xenophon, neque Pollux *ſecurem* inter venationis inſtrumenta numerant; quod vero δρέπανον nominant omiſſum ab Oppiano ſecuris vicem gerebat, & ejus ope ligna & quidquid nocebat reſecabant venatores.

v. 155. ἀγκυλίδας σκολιάς, uncinos curvatos, gall. *des crochets*. Eorum erat uſus, hariolari ſi fas eſt, ut retia, ea parte qua terram tangebant, firmarent, detinerentque ne ſubirent feræ & aufugerent. De uncinis tacent omnino Pollux & Xenophon.

μολιβοσφιγέας τε κορώνας, & *plumbo vinctos annulos*. Sic vertendum, non vero, ut Rittershuſius *clavas*, legendum enim eſſet κορύνας. Annulos, de quibus hic agitur, κίρκους eſſe ſuſpicor apud J. Pollucem Lib. 5. ſegm. 30. Similes erant fortaſſe, iis, quos hodie piſcatorum retibus adhærentes vid mus, & circum retia poſitos, ut ea majori pondere deprimentes vetarent, ne fiant ventis ludibrio. Vel etiam inſerviebant ad inter ſe conjungenda δίκτυα & ἄρκυας. Nihil tamen obſtat legentibus cum Georg. d'Arnaud Lect. Græc. Lib. 2. c. 9. κορύνας; nam frequentiſſimus erat in venationibus clavarum uſus. Id teſtatur Philoſtratus Icon. L. 2. de Inſulis pag. 808. συνοθῆραι ἀνιχνεύουσι, καὶ ἐλαφηβόλοι λόγχας, ἐπὶ τὰ θηρία ἠρμένοι, καὶ τόξα ἔνιοι καὶ μαχαίρας δὲ, ὦ παῖ, καὶ κορύνας φέρουσι οἱ ἀγχέμαχοι σφῶν καὶ θρασεῖς.

v. 156. σπαρτόδετον μήρινθον. Græci σπαρτά nominabant omnes plantas ex quibus funes fiebant, & exinde funes ipſos. Vid. Exercit. Plin. Salmaſii pag. 265. qui σπαρτὸν a σπείρω, *nectere*,

complicare deducit. Illud vero nomen præcipue tribuebant geniſtæ, gall. *le geneſt*, cujus ſurculi vincula præbebant. Geniſtam Hiſpanicam ante alias veteres ponebant, ſed ab iis diu incognitam & inuſitatam affirmat Plinius Hiſt. Nat. Lib. 19. c. 2. *Sparti quidem uſus multa poſt ſæcula cœptus eſt, nec ante Pœnorum arma quæ primum Hiſpaniæ intulerunt.* Nulla itaque mentio fit geniſtæ apud Theophr. in Hiſt. Plantarum, ut obſervat Plinius ipſe eodem loco, & erravit Gaza Theophraſti latinus interpres vertens *geniſta* σπαρτὸν, quod occurrit Lib. I. cap. 8. Lini tantum ſpecies eſt. Sic apud Homerum quoties σπαρτὸν invenitur metonymice de funibus lino vel cannabe factis interpretandum. Urbs Lacedæmon *Sparta* fortaſſe cognominata fuit ex junco plurimo creſcente in ripis Eurotæ fluvii, quem hac ſane de cauſa δονακοτρόφον vocat Euripides Iphig. in Aul. v. 179. & δονακόχλοαν in Iphig. in Taur. verſ. 400. Non multis abhinc annis noſtrates uſum ſparti renovavere, non tamen funes, ſed tapetas ex eo texunt. Funium e ſparto uſum in re venatoria pellucide declarat Oppianus, hujuſce poëmatis Lib. 4. v. 388. ubi, quæ ab aliis antiquitatis ſcriptoribus dicta ſunt, inter ſe conferre curabimus. Satis nunc erit dicere hoſce funes prope retia tendi ſolitos, pennis & faſciis diverſo colore tinctis inſtrui, ut formidine feras percellentes in retia ſemetipſas conjicere cogerent: unde Romani hunc funem *formidinem* nuncupabant, ut & Græci δεῖμα.

ποδάγρην, *bene plexam pedicam.* Pedicas venatorias ſub nomine ποδοστραβῶν Xenophon deſcribit in Cyneget. pag. 578. lin. 22. Ejus deſcriptionem ſummatim repetit J. Pollux Lib. 5. cap. 4. ſegm. 32. & 33. eam damus excerptam ex iſtis autoribus, qui ſæpe in hac materia ſat obſcura mutuo ſeſe lumine affundunt.

ποδοστράβη vel ποδάγρη circulus eſt ligneus, craſſus, delibratus ne putreſcat, e ſmilace factus, (ſmilax vero quid ſit multum ambigitur, alii de taxo, quem gallice dicimus *if*, alii de buxo intelligunt, alia etiam de quadam quercus ſpecie ab Arcadibus ſic vocata, ut teſtatur Theophraſtus Hiſt. Plant. Lib. 3. cap. 17. lin. 15. ed. Heinſio, οἱ δὲ περὶ Αρκαδίαν δένδρον τι Σμίλακα καλοῦσι ὃ ἐστιν ὅμοιον τῷ πρίνῳ, gallice, *ſemblable au chêne verd).* Circulus ille στεφάνη vocabatur, inſtructus in interiori parte clavis ferreis & ligneis alternatim, ferrei longiores erant quam lignei, qui facilem pedi feræ aditum præbere, dum eum alii premere debebant. ὅπως ἂν οἱ μὲν ξύλινοι ὑπείκωσι τῷ ποδὶ, οἱ δὲ πιέζωσι, inquit Xenophon. Hiſce clavis implectebatur laqueus, βρόχος a Græcis nominatus, ſpartaceo fune factus, mediumque coronæ ſpatium occupans; ad eum obducendum aptabatur ſpartaceus quoque funis, a Xenophonte σειρὶς vocatus, a Polluce vero σειρὰ,

σειρὰς, ἀρπεδόνη, quique palo alligabatur firmo, querno vel iligno, ſuo cortice veſtito, longitudine trium ſpithamarum, craſſitudine unius palæſtæ. Pedicas ita inſtructas ponebant in pratis, in ſaltibus, in montibus, ſecundum rivos, hac uſi ratione: duæ foſſæ effodiebantur propinquæ, altæ quinque palæſtis, & quarum os eadem ſe aperiebat latitudine, qua pedicæ στεφάνη, poſtea coarctati & infundibuli formam exhibentes. Ad unam pedica apponebatur, in altera defigebatur palus, cui funis erat alligatus. Deinde in coronam atractylidis ſpinas, vel ξύλα ξηρὰ imponebant, ſed ita ut coronam ipſam non excederent, foliis denique & herbis virentibus pedicam operiebant. Terra vero, quæ ex foſſis extracta fuerat, longe removebatur & ſpargebatur. Si fera in pedicam incidebat, & pede premebat, tunc vertebatur ἡ ποδοστράβη eodem modo, quem gallice dicimus *faire la baſcule*, pes feræ ſe in laqueo intricabat clavis ferreis defixus, & quo magis extrahere pedem fera conabatur, eo magis laqueum conſtringebat, funem palo in terra defixo alligatum trahens.

Apud alios quoque autores mentio fit pedicarum, Harpocrationem in Lexico Orator. ad quem vide Mauſſacum pag. 246. nec non Philoſtratum in Icon. Lib. I. p. 773. σκευοφοροῦσι δὲ αὐτοὺς ὀρεῖς καὶ ὀρεωκόμοι ποδοστράβας καὶ ἄρκεις (lege ἄρκυας, vel ἄρκυς) καὶ προβόλια καὶ ἀκόντια καὶ λόγχας.

v. 157. ἅμματα. Iſti *nodi* nihil aliud ſunt, meo quidem judicio, quam maculæ, ſive textum, quod ſibi comparare debent venatores ad reſarcienda retia, ſi forte rumpantur.

στάλικας. Unum & idem eſt στάλιξ quod σχάλις, *varus*. Unde στάλιδας, id eſt *perticas* legendum ſuſpicor, ne bis idem ab Oppiano proferatur. Erravit Pollucis interpres latinus, qui eandem tribuit ſignificationem σταλίσι & στάλιξι, Onom. Lib 5. ſegm. 19.

v. 160. θηλύτεραι. Non tam de pernicitate equarum hæc intelligenda ſunt, quam de curſus diuturnitate. Non enim minus veloces ſunt equæ quam equi, nec etiam gravidæ opus recuſant. Viciſſe Olympia prægnantem Echecratidis Theſſali equam invenimus, inquit Plinius Hiſt. Nat. Lib. 10. cap. 63. & Plutarchus in Vita Catonis pag. 339. loquitur de Cimonis (vel Miltiadis, ut vult Ælianus de Nat. An. Lib. 12. cap. 40.) equabus, quæ ter Olympia vicerunt. Si inter iſtos ſcriptores diſſimilitudinis cauſam cognoſcere cupias, adi Herodotum Erato cap. 103. ſed res non eſt noſtra. Equæ pluris ad currus trahendos quam equi exiſtimabantur, teſtè Æliano de Nat. An. Lib. IX. cap. 16. & per bella fœminis uti malebant, quoniam urinam curſu non inhibito reddunt. Plinius Hiſt. Nat. L. VIII. cap. 42. Eadem e Plinio Servius

ad Georg. qui non erravit, ut exiſtimabat Schneider in Analect. crit. pag. 37.

v. 164. αἴοντες αὐδήν. Claudicanti verſui præclaram fecit medicinam vir doctiſſ. noſtrique amiciſſimus Chivot, legens ὄπα, cujus gloſſa αὐδὴν temere in textum irrepſerit, de voce quadrupedum ὄπα dici poſſe conſtat ex Homero Iliad. IV. verſ. 435. ἀκούσασαι ὄπα ἀρνῶν.

v. 170. Μάζικες. Sic videtur ſcribendum, tum ex codicum auctorïtate, tum ex Berckelii conjectura, quamvis Μάζηκες Geſnerus tenuerit de Quadruped. pag. 459. Vulgatum enim Μάζηκες nullius eſt populi nomen. Urbem Mazacam, græce τὰ Μάζακα, Cappadociæ caput, de qua modo dicemus, multi laudavere propter generoſos quos nutriebat equos; ſed nomen Ethnicum, ut obſervat Steph. Byzant. verbo Μάζακα, eſt Μαζακηνὸς & Μαζακεὺς, unde fluit plurale Μαζακεῖς, non vero Μάζηκες. Hoc vero nomen Μάζικες a priori pronunciatione & ſcriptura deflexum eſt. Non enim ab alio deducendum videtur quam a Μάζυξ. Sic nominabantur quidam Africæ populi, de quibus nonnulla tradit Herodotus Melpomene cap. 19. Singulare Μάζυξ a Romanis ſcriptum fuiſſe *Mazyx*, & pronuntiatum *Mazix*, cujus plurale eſt *Mazices*, conſtat ex Salmaſii Plinianis exercitat. pag. 296. & 322. vultque doctiſſ. ille vir legi *Mazux* loco τοῦ *Mazax*, in his Nemeſiani verſibus, ubi poëta hujuſce regionis equos commendat. Cyneget. v. 261.

Sit tibi pretèrea ſonipes Mauruſia tellus
quem mittit . . . .
quemque coloratus Mazax deſerta per arva
pavit, & aſſiduos docuit tolerare labores.

Μάζικες igitur pro Μάζυες more Romano ſcripſit Oppianus; & invenitur hoc nomen apud Ammianum Marcellinum Lib. XXIX. pag. 401. lin. 26. ex èdit. Valeſii 1636. *Legatis Mazicum . . . . reſpondit.* Mazices equi, ut Nemeſiani verſibus vides, haud parvum habebant nomen, attamen corporis inelegantiam aliaque vitia exprobrat idem poëta addens:

Nec pigeat quod turpe caput deformis & alvus
eſt ollis, quodque infrenes, quod liber uterque,
quodque jubis pronos cervix diverberet armos.

Cæteroquin præſtantiſſimis a natura dotibus erant præditi:

Nam flecti facilis, laſciviaque colla ſecutus
paret in obſequium lentæ moderamine virgæ.

Ultimum hunc verſum interpretatur Oppianus Κυνηγετ. Lib. 4. verſ. 46.

At

At non deerunt, qui de Mazacenis equis, ex Cappadocia oriundis, Μάζηκες intelligi & ſcribi contendant, duplici ex ratione, ſive quia majus eis quam Mazicis nomen erat, ſive etiam quia vox græca Μαζακεῖς latine Mazaces ſcribitur, unde Oppianus (non enim pauca tunc temporis Græci a Romanis mutuabantur, (Μάζηκες dederat mutato α in η, more Jonico quem ſequitur. Cum hanc conjecturam non omnino rejiciendam duxerim, haud abs re erit, ſi pauca de urbe Mazaca ſubjiciam.

Cappadociæ caput, ut jam diximus, habebatur, regumque erat domicilium. Diverſis diverſo tempore urbs illa clara fuit nominibus, quorum antiquius videtur eſſe τὰ Μάζακα. Deinde Εὐσέβεια, id eſt *pia* nominata fuit. Hoc ei nomen erat tempore Strabonis, qui Auguſto imperante Geographica ſcripſit. De Euſebeia ita loquitur Geographus Lib. XII. p. 370. ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ καλουμένῃ τὰ Μάζακα ἡ μητρόπολις τοῦ ἔθνους· καλεῖται δὲ Εὐσέβεια καὶ αὐτὴ ἐπίκλησιν ἡ πρὸς τῷ Ἀργαίῳ· κεῖται γὰρ ὑπὸ τῷ Ἀργαίῳ ὄρει πάντων ὑψηλοτάτῳ, καὶ ἀνέκλειπτον χιόνι τὴν ἀκρώρειαν ἔχοντι. Quæ verba Solinum cap. 45. magis latine vertiſſe quam imitatum eſſe agnoſces. *Mazacam ſub Argæo ſitam Cappadoces matrem habent urbium, qui Argæus nivalibus jugis arduus ne æſtivo quidem torrente pruinis caret, quemque indidem populi habitari Deo credunt.* Hæc ultima verba, quæ apud Strabonem deſiderantur, rationem reddunt, cur Mazaca *Euſebeia* cognominaretur, & in ſuſpicionem adducunt vehementiſſimam ea excidiſſe ex Strabonis contextu. Illud enim γὰρ monet autorem dicturum eſſe, quare Mazaca ſic vocetur. Hinc colligere eſt, maximi ſæpe eſſe momenti inter ſe veterum ſcripta conferre, in eis præſertim locis, quibus mutuam referunt ſimilitudinem.

Poſt tempora Strabonis Mazaca novum accepit nomen, & dicta fuit *Cæſarea Cappadociæ, magna Cæſarea*, ne confunderetur cum duabus aliis *Cæſareis*, quarum una, ab Herode inſtaurata, in Palæſtina ſita erat. Vide Joſephum Antiq. Judaic. Lib. 16. cap. 9. & Plinium Lib. 5. cap. 13. Altera in Phœnicia, Joſeph. Lib. 20. cap. 8. Illa vero, de qua nunc agitur, paſcuis erat abundans, & equorum florebat commercio; quod teſtatur Strabo Lib. 12. p. 371. lin. 6. ὥστε καὶ ποάζειν πλείστην (χώραν). & lin. 31. ἀφυὲς δ' οὖν κατὰ πολλὰ τὸ τῶν Μαζακηνῶν χωρίον ὃ πρὸς κατοικίαν μάλιστα οἱ βασιλεῖς ἑλέσθαι δοκοῦσιν ὅτι τῆς χώρας ἁπάσης τόπος ἦν μεσαίτατος οὗτος τῶν ξύλα ἐχόντων ἅμα καὶ λίθον πρὸς τὰς οἰκοδομίας καὶ χόρτον, οὗ πλεῖστον ἐδέοντο κτηνοτροφοῦντες. Id eſt: *Le territoire des Mazacéniens eſt peu favoriſé de la nature, & les Rois de Cappadoce ne ſemblent l'avoir choiſi pour leur ſéjour, que parce qu'il eſt le centre de leurs états, & qu'il abonde en bois, en*

pierres propres à bâtir, & en fourages dont les habitans ont le plus grand beſoin, élevant des bêtes de ſomme. Et Solinus ſupra laudatus: *Terra illa ante alias altrix equorum, & proventu equino accommodatiſſima.*

v. 171. Καππαδόκαι. Inter præſtantiſſimos cenſebantur, & peculiare quo agnoſcebantur ſignum ferebant, unde Nemeſianus in Cyneg. v. 240.

Cornipedes igitur lectos det Græcia nobis,
Cappadocumque notas referat generoſa propago.

Signum illud erat C Coppa vel Σ inuſtum in clune aut in armo. Hinc equi ita ſignati vocabantur Κοππατίαι & Σαμφόραι, de quibus vide Ariſtoph. Scholiaſten in Nub. v. 23. VV. DD. ad Lucianum & ejus Schol. T. 3. p. 104. Aliquando tamen aliud ſignum imprimebatur, ut animalis cujusdam caput, unde nonnulli volunt Bucephalum Alexandri Magni generoſum equum ita fuiſſe nominatum, ex eo quod tauri caput in armo ferebat. Sed alias plura de iſto ſumus dicturi. Simii caput quidam inuſtum habebant, & πιθηκοφόροι dicebantur. Erant & λυκοφόροι & λυκοσπάδες nominati, capite lupi notati. Altera tamen eſt λυκοσπάδων nominis cauſa, quam vide apud Strabonem Lib. 5. p. 149. & Plutarch. Sympoſ. Lib. 2. problema 8. pag. 641. Vide quoque Ælianum de Natura Anim. Lib. 14. cap. 24. & Schneideri doctiſſimam annotationem.

Quid vero ſignificarent iſtæ notæ, haud dictu facile eſt, multa diverſaque ſunt doctorum judicia, quorum probabiliſſimum videri poteſt illud, quo quidam volunt litteris deſignari equi pretium. C Coppa enim nonaginta, Σ non genta in numeris indicabant. Sed cum ad rem noſtram non pertineat hæc diſquiſitio, fontes lector adeat uberiores, & præter quos jam laudavimus autores, interroget Scaligerum de Litteris Jonicis ad Theſaurum tempor. Euſebii pag. 110. ex edit. altera; Spanhemium de Uſu & Præſt. pag. 92- 95. & 97. Salmaſium Exercit. Plin. p. 891. & 892. nec non Bouherii diſſertationem de Litteris Græcis Montefalcanianæ Palæographiæ ſubjectam.

Cappadoces equi in trahendis celeriter vehiculis præcipue eminebant. *Curribus Cappadocum glorioſa nobilitas*, inquit Vegetius Artis veterin. Lib. 4. cap. 6. pag. 292. Erneſtianæ editionis Scriptor. R. Ruſticæ.

Miror Oppianum Ciliciæ, ſuæ patriæ equos alto obruiſſe ſilentio, alioquin minime ignobiles, inter quos tamen candidi majoris pretii erant, quam cæteri. Albis equis Cilices vectigal ipſis a Dario Hyſtaſpis filio impoſitum pendebant, & 360. dabant quoque anno tot, quot anno Græcorum erant dies, ut obſervat Herodotus Thalia cap. 90. ubi vide D. Weſſelingii annotationem.

v. 171. Σκυθικοί. Equi Scythici, illi præſertim qui inter Boryſthenem & Mæotidas naſcuntur, exiguo ſunt corpore, propter frigus immodicum quo infeſtantur iſtæ regiones, Strabo Lib. 7. p. 212. lin. 44. Sed quanquam tenues, acerrimi tamen ſunt, magnoque ruunt impetu. At parum obedientes dicuntur & pervicaces. Eos vero placidos remiſſioresque faciendi cauſa Scythæ ἐκτέμνουσι, teſte Strabone, qui Scythiæ & Sauromatiæ populis peculiarem tribuit τῆς ἐκτομῆς inventionem, dicens: ἴδιον δὲ τοῦ Σκυθικοῦ καὶ τοῦ Σαρματικοῦ παντὸς ἔθνους τὸ τοὺς ἵππους ἐκτέμνειν, εὐπειθείας χάριν· μικροὶ μὲν γάρ εἰσιν, ὀξεῖς δὲ σφόδρα καὶ δυσπειθεῖς. In Græcia tamen longe ante Strabonem caſtratio venerat in uſum; nam de ea, quaſi pervulgata, loquitur Ariſtoteles ad fin. Lib. 9. H. An. nec de ea tacet Varro de R. R. Lib. 2. cap. 7.

Inter Scythicos recenſendi ſunt equi admodum pilis hirſuti, corpore minimi, quibus olim utebantur Sigynnæ, populus hyperboreus trans Iſtrum habitans. De iſtis equis parum rei naturalis recentioribus ſcriptoribus notis, ſic Herodotus in Terpſichore c. 9. τοὺς δὲ ἵππους αὐτέων εἶναι λασίους ἅπαν τὸ σῶμα ἐπὶ πέντε δακτύλους τὸ βάθος τῶν τριχῶν· μικροὺς δὲ καὶ σιμοὺς καὶ ἀδυνάτους ἄνδρας φέρειν· ζευγνυμένους δὲ ὑπ' ἅρματα εἶναι ὠκυτάτους ἁρματηλατέειν δὲ πρὸς ταῦτα τοὺς ἐπιχωρίους. Ejuſdem naturæ equos apud Siginnos Aſiæ non Europæ populos memorat Strabo Lib. XI. pag. 358. Σίγιννοι, inquit, ἱππαρίοις χρῶνται μικροῖς δασέσιν ἅπερ ἱππότην μὲν ὀχεῖν οὐ δύνανται, τέθριππα δὲ ζευγνύουσι ἡνιοχοῦσι δὲ γυναῖκες. Vide & doctiſſ. Weſſelingii notam ad Herod. locum ſupra laudatum.

Μάγνητες. Iidem ſunt ac Theſſali. Magneſia enim Theſſaliæ provincia orientalis inter montem Oſſam & ſinum Pelasgicum coarctatam. Theſſali equi præſtantiſſimi totius erant Græciæ teſte Herodoto Polhymnia cap. 196. & proverbio notiſſimo:

ἵππον θεσσαλικὴν Λακεδαιμονίην τε γυναῖκα.

quod tamen nonnulli ad Thraciæ equos referunt, ſcribentes:

ἵπποι θρηΐκιαι. ut Theocriti Schol. ad Id. 14.

v. 172. Ερεμβοί. Nomen eſt Arabum troglodytarum, id eſt, ſub antris habitantium, de quibus vid. Strabonem Lib. 1. pag. 2. lin. 3. & Lib. 16. pag. 539. lin. 58. Vide quoque Dionyſium περιηγητὴν verſ. 963. & Euſtathii Comment. Exiguo ſunt corpore Arabum equi, ſed ob pernicitatem laudatiſſimi.

v. 176. μετήορον, ὕψι κάρηνον. E Virgilio deſumpſit, Georg. Lib. 3. v. 79.

Illi ardua cervix
argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga.

Eadem fere ſunt apud Horatium Satyr. Lib. 1. ſatyr. 2. v. 86.

Quod pulchræ clunes, breve quod caput, ardua cervix.

Ovidius ſic victorem equum deſcribit in Halieut. ſi tamen ſint Ovidii:

Nonne vides victor quanto ſublimius altum
attollat caput, & vulgi ſe venditet auræ.

Nemeſianus de Equo in Cyneget. v. 245. *Ardua frons.*
Sed omnes ex Homero, quaſi e fonte communi hauſerunt. Iliad. Lib. 6. v. 509.

ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
ὤμοις ἀΐσσονται.

His adjunge T. Calpurnium Eclog. 6. v. 49.

Genus eſt ut ſcitis equarum
non jugale * *mihi quarum de ſanguine ponam*
velocem Petaſon qui gramina, matre relicta,
nunc primum teneris libavit dentibus, illi
pes levis, adductum latus, excelſiſſima cervix
terga ſedent, micat aure caput, ſine pondere cervix.

Poſtquam Poëtarum deſcriptiones inter ſe contulimus, infecta res eſſet, ſi lector hic non inveniret, quæ de equo dixerunt præſtantiſſimi ſolutæ orationis ſcriptores, præcipue οἱ περὶ ἱππικῆς, inter quos facile princeps eminet Xenophon, tum doctrina, tum tempore quo floruit; periit enim libellus, quem de Re Equeſtri ante Xenophontem ſcripſerat Simon Athenienſis (de Simone vide Plinium H. N. Lib. 34. cap. 19. Fabricii Biblioth. Græc. Tom. 6. p. 499. & Xenophont. περὶ ἱππικῆς initio). Xenophontis autem, quæ cum Oppiani locis congruere poſſunt, cum ſingulis conferre curabimus. Plato, cujus opera tam multis lucent imaginibus, equum deſcribere non eſt oblitus, in Phædro pag. 253. edente Serrano: ὁ μὲν τοίνυν αὐτοῖν (ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ ἵππου) ἐν τῇ καλλίονι στάσει ὤν· τό τε εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθρωμένος ὑψαύχην, ἐπίγρυπος, λευκὸς ἰδεῖν, μελανόμματος, τιμῆς ἐραστὴς μετὰ σωφροσύνης καὶ αἰδοῦς, καὶ ἀληθινῆς δόξης ἑταῖρος, ἄπληκτος, κελεύσματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχεῖται.

Multa ſunt in Onomaſt. Pollucis Lib. 1. cap. 9. de generoſi equi virtutibus & ejus formæ elegantia. Vide a ſegm. 188. uſque ad 197. Nonnulla quoque de equorum dotibus ſcripſerat Plinius Secundus in Libro deperdito, cui præfixus erat titulus, *de Jaculatione Equeſtri*, quem ipſe lectori indicat H. N. Lib. 8. cap. 42.

Extat in Geoponicis a Caſſiano Baſſo Scholaſtico, ut creditur, collectis, qui imperante Conſtantino Porphyrogen. vel etiam paulo

* Lege *conjugiale.*

ſerius florebat, extat inquam equi deſcriptio excerpta ex Apſyrto ἱππιατρικῆς autore, Conſtantini Magni coævo, quæ hic referri, & cum eadem Varronis conferri eo dignior videtur, quo maniſeſtius erit ſcriptorii furti crimen, veteres in ſe aliquoties admiſiſſe; nam ſi Romanis multa ex antiquis Græciæ ſcriptoribus mutuati ſunt, nonnulla Græci recentiores ex Romanis viciſſim ſumpſerunt. A Varrone incipio utpote vetuſtiori; editionem ſequor Erneſti Lipſiæ 1774. Tom. I. p. 304.

„ Qualis futurus ſit equus, e pullo conjectari poteſt, ſi caput „ habet non magnum, nec membris confuſis, ſi eſt oculis nigris, „ naribus non anguſtis, auribus applicatis, non anguſta juba cre„ bra, fuſca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis, implicata in dexterio„ rem partem cervicis, pectus latum & plenum, humeris latis, „ ventre modico, lumbis deorſum verſum preſſis, ſcapulis latis, „ ſpina maxime duplici, ſin minus non extanti, coda ampla, „ ſubcriſpa, cruribus rectis & æqualibus, genibus rotundis, nec „ magnis, nec introrſus ſpectantibus, ungulis duris. „

Nunc Apſyrtum audiamus Geoponicων Lib. 16. pag. 1103. ex edit. Jo. Nic. Niclas, Lipſiæ 1781.

τὴν κεφαλὴν ἔχει μικρὰν, ὄμμα μέλαν, ῥῖνας μὴ συμπεπτωκυίας, ὦτα προσεσταλμένα, τράχηλον ἁπαλὸν, χαίτην βαθεῖαν, οὐλοτέραν βραχὺ, κεκλιμένην ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῦ αὐχένος, στῆθος εὐρὺ, μεμυωμένον, ὠμοπλάτας μεγάλας, βραχίονας ὀρθοὺς, κοιλίαν εὔογκον, διδύμους μικροὺς, ῥάχιν μάλιστα μὲν διπλὴν εἰδὲ μή γε κυρτὴν, οὐρὰν μεγάλην οὐλότριχον, σκέλη ὀρθὰ, μηροὺς μεμυημένους, ὁπλὴν εὐπερίγραφον καὶ πάντοθεν ὁμαλῶς συμπεπηγυῖαν, βάτραχον (pars eſt inferior τῆς ὁπλῆς, ſub pede diviſio, quam gallice vocamus *la fourchette*, tenera eſt admodum, & ſanguinem emittit, quando mutant ungulam equi.) μικρὸν, ὄνυχα στερέον. ἐκ τούτων πάντων πρόδηλός ἐστιν ὁ ἀγαθὸς καὶ μέγας ἐσόμενος ἵππος. Vides quam multis Apſyrtus cum Oppiano congruat? ſed pluribus cum Varrone, quem omnino græce vertit. Vide quoque eundem Apſyrtum Hippiatr. cap. 8. & Vegetium Art. Veterin. Lib. 2. cap. 58.

Pelagonius, cujus ætas ignoratur, ſed Vegetio, a quo ſæpe laudatur, antiquior, vult equum habere linguam tenuem, faciem ſimam aut aduncam, cervicem altam, colorem oculorum glaucum &c. Geopon. Lib. 16. cap. 2. cf. Columellam Lib. 6. c. 28. apud quem nonnulla ſunt Oppiani verbis ſimilia. Palladium menſe martio cap. 13. Iſidorum Origin. Lib. 13. cap. 1. & diſſertationem J. Cæſar. Bullenger de Circo Romano Ludiſque Circenſib. antiq. Græc. & Roman. Grævii & Gronovii Tom. 9. pag. 727. ex editione Venetiana.

v. 180. πυκινοὶ σείοιντο κόρυμβοι. κόρυμβοι proprie dicuntur hederæ flores, Corymbi, qui βοτρυδὸν creſcunt, pendent & nigreſcunt. Vid. Longum de Daphn. & Chloës Amor. Lib. 4. p. 100. lin. 4. Hinc metaphorice cirri, qui e ſumma fronte pendent, quosque Græci vocabant προκόμιοι, ut apud Xenoph. de Re Equeſtri, pag. 548. lin. 37. δέδοται δὲ παρὰ θεῶν καὶ ἀγλαΐας ἕνεκα ἵππῳ χαίτη, καὶ προκόμιοί τε καὶ οὐρά. Adeo juba ſuperbiunt equi, ut oporteat eam ſæpiſſime equabus ferro reſecari, quo facilius aſini admiſſuram patiantur, Xenophonte teſte l. c. & Æliano de Nat. Anim. Lib. 2. cap. 10. Jubam honorem equi vocat Nemeſianus Cyneg. verſ. 145.

capitique decoro
altus honos.

v. 181. ὄμμα τορὸν, πυρσωπόν. Non tamen ſufficit generoſo equo oculos eſſe truces & igneos, præterea extantes eos eſſe oportet, vividiores ut appareant & longius eorum penetret acies. Itaque Xenophon de Re Equeſtri pag. 545. lin. 28. καὶ μὴν τὸ ἐξόφθαλμον εἶναι ἐγρηγορὸς μᾶλλον φαίνεται τοῦ κοιλοφθάλμου, καὶ ἐπὶ πλεῖον ὁ τοιοῦτος ὁρώη. Inde Pollux Lib. 1. ſegm. 190. ὄμμα πρεπετὲς ὡς ἐξόφθαλμον εἶναι, ὀφθαλμοὶ πυρώδεις, ὕφαιμον βλέποντες. Nemeſianus:

oculique vago ſplendore micantes.

Nihil extat apud Virgilium de oculis equi, quod ſane miraberis. Ad oculorum colorem quod attinet, nigri & glauci meliores cenſebantur.

ἐπισκυνίοισι. Palpebræ ſunt ἐπισκύνια, ut in Homero Iliad. L. XVII. v. 136.

πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτων.

Interdum pro oculo ipſo ſeu adſpectu ſumitur, ut apud Q. Calabr. Lib. 3. v. 536.

σμερδαλέον δ' ἄρα τεῦξεν ἐπισκύνιον περὶ νεκρῷ.

v. 182. εὐρεῖαι ῥῖνες. Latæ debent eſſe nares, ut facilius ſpiret equus, fervidiorque videatur, ut docet Xenophon de Re Equeſtri pag. 545. lin. 30. καὶ μυκτῆρές γε ἀναπεπταμένοι τῶν συμπεπτωκότων εὐπνοώτεροί τε ἅμα εἰσὶ, καὶ γοργότερον τὸν ἵππον ἀποδεικνύουσι. Quæ verbatim tranſcripſit Pollux. Varro ſupra laudatus, *naribus non anguſtis*. Columella, *naribus apertis*. Virgilius de narium apertura nihil, ſed de igne qui ex naribus efflatur ſic in Georg. Lib. 3. v. 85.

Collectumque premens ſub naribus ignem.

Quod imitatus eſt Nemeſian. in Cyneg. v. 248. ſed parum feliciter.

Fumant humentes calida de nare vapores.

στόμα δ' ἄρκιον. Eadem ſentit Xenophon p. 545. lin. 23. *ἡ δὲ κεφαλὴ ὀστώδης οὖσα μικρὰν σιαγόνα ἔχοι.*

In ore equino nonnulla præterea animadvertenda ſunt, ut dentes, quorum numero & colore ætas cognoſcitur, & genæ quæ molles & tactu delicatæ eſſe debent, quod recte præcipit Xenophon lin. 27. *σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ εἰ ἀμφότεραι μαλακαὶ αἱ γνάθοι, ἢ σκληραὶ, ἢ ἑτέραι.*

οὔατα βαιά. Semper ſequitur Xenophontem, qui lin. 32. *καὶ μὴν κορυφὴ μὲν μείζων, ὦτα δὲ μικρότερα ἱπποδεστέραν τὴν κεφαλὴν ἀποφαίνει.* Virgilius Georg. Lib. 3. v. 84. *micat auribus.* Nemeſianus *aures* vult *agiles*, Cyneg. v. 245. Palladius, *aures breves & argutæ.* Unde Iſidorus in Origin. Lib. XII. c. 1. *aures breves & acutæ.* In periculis arrigit aures generoſus equus, unde præclare Sophocles in Electra v. 25.

ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς κἂν ᾖ γέρων
ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν· ὡσαύτως &c.

Nam ut animos leonum frons & cauda indicant, ita motus equini de auribus intelliguntur, ut cum Solino dicam cap. 40.

v. 183. *γυραλέη δειρή.* Cervicem equinam graphice deſcripſit his verbis Xenophon de Re Equeſtri lin. 21. *ἀπό γε μὴν τοῦ στέρνου ὁ μὲν αὐχὴν αὐτοῦ μὴ ὥσπερ κάπρου προπετὴς πεφύκοι, ἀλλ' ὥσπερ ἀλεκτρυόνος ὀρθὸς πρὸς τὴν κορυφὴν ἥκοι, λαγαρὸς δὲ εἴη τὰ κατὰ τὴν συγκαμπήν.* Id eſt: *L'encolure au ſortir du poitrail ne doit point tendre en avant comme celle du ſanglier, mais ſemblable à celle du coq; il faut, qu'en s'élevant vers la tête, elle ſoit arrondie & flexible,* vel ad verbum, *flexible dans ſa courbure.* *λαγαρὸς* enim ſignificat, qui *nec diſtentus eſt, nec laxus*, quod noſtrates dicunt, *qui a un air aiſé, qui eſt facile.* De cervice ſic Nemeſianus v. 247.

Plurima ſe validos cervix reſupinat in armos.

Ad jubam quod attinet, partim ex Virgilio expreſſit, qui Georg. Lib. 3. v. 86.

Denſa juba & dextro jactata recumbat in armo.

partim ex ingenio proprio, ut videtur, creavit, hanc ſcilicet pulcherrimam cum galeæ λόφῳ comparationem.

v. 185. *πουλὺ πέλοι στέρνον.* Non tam de obeſo & corpulento pectore, quam de lato, hæc intelligenda ſunt, præſertim ſi cum Xenophonte conferantur. Ille enim: *καὶ μὴν στέρνα πλατύτερα ὄντα καὶ πρὸς κάλλος καὶ πρὸς ἰσχὺν καὶ πρὸς τὸ μὴ ἐπαλλὰξ ἀλλὰ διὰ πολλοῦ τὰ σκέλη φέρειν, εὐφυέστερα.* Virgilius propria verborum magnificentia & elegantia:

Luxuriatque toris animoſum pectus.

Cf. Columellam & Varronem ſupra laudatos. *Pectus latepatens* eſt Palladii, quod tranſcripſit perpetuus ejus imitator Iſidorus.

v. 186. καὶ ῥάχις ἀμφίδυμος. Virgilium imitatur Georg. L. 3. v. 80.

obeſaque terga

& duplex agitur per lumbos ſpina.

Nemeſianus, inſolenti metaphora, Cyneg. v. 243.

Illis ampla ſatis lævi ſunt æquora dorſo.

Vide Varronem & autores ſupra laudatos ad verſ. 179. Omnes equi ſpinam duplicem volunt. His adjunge Pollucem Lib. 1. ſegm. 190. ὀσφὺς διπλῆ· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ῥάχις, καὶ ἕδρα, μάλιστα δὲ τὸ μέσον τῆς ῥάχεος ἤτοι τῆς ἕδρας ᾧ ἐγκάθηται ὁ ἐπιβάτης, quod ex Simonis libello ſumpſiſſe videtur, ut ſequentia oſtendunt. Non aliter de ſpina equi Xenophon de Re Equeſtri lin. 33. quem vide. Ne credas tamen re ipſa duplicem equo ſpinam eſſe; videtur tantum in equo εὐφυεῖ, propter vertebrarum latitudinem, & qua ſunt oppletæ pinguedinem.

v. 187. ἐκ δὲ θέοι πολλή. θέοι eodem hic ſenſu ſumitur, quo apud Homerum Iliad. Lib. VIII. v. 495. περὶ δὲ χρύσεος θέε πόρκης. Pollux de cauda οὐρὰ προμήκης. Raro veteres, ut videtur, caudam equorum amputabant, ignari forſan unius vel duorum caudæ nodorum reſecatione, renes adjici equo adhuc juniori, quique hac parte ſe præbet molliorem.

v. 188. μηροὶ δ' εὐπαγέες. Idem eſt apud Pollucem L. 1. ſegm. 149. μηροὶ ἰνώδεις. Sed Xenophontem audiamus: μηροί γε μέντοι οἱ ὑπὸ ταῖς ὠμοπλάταις ἢν παχεῖς ὦσιν ἰσχυρότεροί τε καὶ εὐπρεπέστεροι ὥσπερ ἀνδρὸς, φαίνονται. de Re Equeſtri lin. 17. Hæc de anterioribus cruribus, de poſterioribus vero idem autor lin. 44. μηρούς γε μὴν τοὺς ὑπὸ τῇ οὐρᾷ ἢν ἅμα πλατέα τῇ γραμμῇ διωρισμένους ἔχῃ οὕτω καὶ τὰ ὄπισθεν σκέλη διαβιβάσει πολλοῦ ὑποθήσει.

v. 189. ὀρθοτενεῖς — αὐλοί. Sic *tibiæ* dicuntur a Latinis. Quæ hic ab Oppiano de cruribus equorum traduntur præcepta cum omnibus rei equeſtris ſcriptoribus congruunt. Ita Xenophon pag. 546. lin. 9. ὦσιν αἱ κνῆμαι εὐθὺς γιγνομένου ὑψηλόταται, οὗτος μέγιστος γίγνεται.

v. 193. ὕψι μάλ' ἐκχαίης. Id eſt: *Ungula alte exurgat. alta ſit.* Ex ungula noſcitur equi εὐποδία. Craſſa præſtantior eſt quam tenuis. Nec explorantem fugere debet, an ungulæ, tam anteriores quam poſteriores, altæ ſint. Ungula autem alta habet τὴν χελιδόνα καλουμένην, quam gallice vocamus *la couronne*, multum

a terra diſtantem hoc docet Xenophon p. 545. lin. 2. cui omnes aſſentiuntur. Virgilius de ungula equi Georg. Lib. 3.

ſolido graviter ſonat ungula cornu.

Calpurnius:

Et tornata brevi ſubſtringitur ungula cornu.

Recte quidem ille, nam brevis & coarctata, non vero lata & patula ungula debet eſſe. Palladius, *pes ſiccus & ſolidus & cornu concavo.* quod more ſuo tranſcripſit Iſidorus.

v. 198. θαῦμα δὲ μέγ' ἔδρακον. Herodotea phraſis eſt in Thalia cap. 12. θῶυμα δὲ μέγα εἶδον. Sic βαρβαρίζει Oppianus.

v. 199. εἰσόκε μέν. Quod Oppianus de equis Cappadocibus, Nemeſianus dicit de Libycis Cyneg. v. 279.

Horum tarda venit longi fiducia curſus.
his etiam emerito vigor eſt juvenilis in ævo;
nam quæcunque ſuis virtus bene floruit annis
non prius eſt animo quam corpore paſſa ruinam.

v. 206. πῶς μὲν γάρ. Id eſt, *quanta audacia! quanto animo!* Illud enim πῶς admirationis, non interrogationis ſenſu ſumi debet. Ex Ovidio deſumptum facile agnoſces, Metam. L. 3. v. 704.

Ut fremit acer equus cum bellicus ære canoro
ſigna dedit tubicen pugnæque aſſumit amorem.

Virgilius Georg. Lib. 3. v. 83.

tum ſi qua ſonum procul arma dedere
ſtare loco neſcit.

Inter pulcherrimas equi bellicoſi deſcriptiones cenſenda mihi videtur, quam fecit Claudianus in IVtum Conſulat. Honorii v. 546. quam hic invenire lectorem fortaſſe non pigebit:

Utque tuis primum ſonipes calcaribus arſit
igneſcunt patulæ nares, non ſentit arenas
ungula, diſcuſſæque jubæ ſparguntur in armos,
turbantur phaleræ, ſpumoſis morſibus aurum
fumat, anhelantes exſudant ſanguine gemmæ.
ipſe labor pulviſque decent, confuſaque motu
cæſaries.

v. 207. δολιχῶν — αὐλῶν. Bellicoſum quid & διάτορον ſonabant veterum tibiæ; ideoque nonnulli Græciæ populi tibiis in pugna utebantur, ſive ad ſignum dandum, ſive ad excitandos militum animos, aut eorum greſſus ad numerum componendos. Lacedæmones, teſte Luciano de Saltatione pag. 273. ad tibiam & Rythmum pugnabant, & primum pugnæ ſignum tibia dabat. Athenæus Lib. 14. p. 627. fere eadem habet: καὶ οἱ ἀνδρειότατοι Λακεδαιμόνιοι

μεν αὐλῶν ϛ͂ρατεύονlαι. Κρῆτες δὲ μετὰ λύρας, μετὰ δὲ συρίγγων καὶ αὐλῶν Λυδοὶ, ὡς Ἡρόδοτος ἱϛορεῖ. (locus Herodoti eſt Lib. 1. c. 17.) hujuſce conſuetudinis rationem indicat Thucydides Lib. 5. n. 70. ed. Dukero. Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες, Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμῳ ἐγκαθεϛώτων· οὐ θείου χάριν, ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προέλθοιεν, καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις, ὅπερ φιλεῖ τὰ μεγάλα ϛρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις ποιεῖν. Hic tamen, fortaſſe Oppianus per epithetum δολιχῶν indicat Lituum, cujus uſus in pugnis invaluerat apud Romanos.

v. 208. Vulgatum ἀσκαρδαμύκτοισι immerito mutarunt interpretes de metro anxii. Nihil enim obſtat quin prima & quarta corripi poſſint. Pronuntiabatur ἀκαρδαμύτοισι. Exempla ſimilis rei ſunt apud Homerum, qui in Iliad. Lib. XXI. verſum 124. ſic terminat, ἀλλὰ Σκαμάνδρου, quod pronuntiandum eſt καμάνδρου. & apud Hephæſtionem de Metris p. 6. ubi verſus affertur Cratini ἐν ὥραις,

οὐδὲ πρὸς εἶδος ἄρ' ἦν οὐδὲν προσιδόντι τεκμαρτόν.

v. 212. σύνθημα, *teſſera*, quod gallice vocamus *cri de guerre*, *cri de ralliement*, *mot du guet*. cf. Lucian. *pro lapſu* p. 734. n. 9.

v. 214. ἀσπιδόεσσαν ὑπόπτερον. Hæc verba υπερεπήδησαν omnes Oppiani interpretes, quaſi nulla lateret in eis difficultas. Sed cur quarto caſu poſita ſint, vel ad quid referenda, minime liquet. Correpta ſane vox ὑπόπτερον, cujus loco lege ὑπὸ πτέρυγ'. Et ſenſus erit perſpicuus, *ſæpe accedit ad turres hoſtium tacitus, & ſub alam clypeorum, quando mortalibus* &c. Hanc emendationem Viro κριτικωτάτῳ placuiſſe, Illuſtriſſ. Brunckio, qui per litteras ſuum meo calculo adjecit, non ultimam laudem reputo.

v. 215. ἀσπὶς — ἀσπίδ' ἐρείδει. Homeri eſt imitatio ex Iliad. Lib. XIII. v. 131.

ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν ἀνέρα δ' ἀνήρ.

quod imitatus eſt Statius in Thebaide Lib. 8. v. 407.

Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,
enſe minax enſis, pede pes, & cuſpide cuſpis.

Apud noſtrum de teſtudine bellica agitur, quam ſæpe deſcripſerunt poëtæ, Nonnus Dionyſiac. Lib. XXII. pag. 585. verſ. 23. Quintus Calaber. Lib. XI. v. 358. Virgilius Æneid. Lib. II. v. 441. Sed ſatius erit figuram ipſam inſpicere in 4to Tomo parte 1. antiquitatis illuſtratæ. D. Montefalconii.

v. 218. ἀντία δ' αἴγλη. Ex Homero hanc imaginem ſumpſit ex Iliad. Lib. XIX. v. 362.

αἴγλη δ' οὐρανὸν ἷκε γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθών.

& Lib. II. v. 458.

αἴγλη παμφανόωσα δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἷκε.

Lucretius Lib. II. v. 331. *fulgur ibi ad cælum ſe tollit.*

v. 222. ἡμερίων κραδίην. ἡμέριοι & ἐφημέριοι ſæpiſſime audiunt homines apud poëtas, Euripidem Iphig. Aulid. v. 1331. Generoſum equi animum hominis virtuti comparat, quod non mirum eſt; primum enim inter animalia, poſt hominem, locum obtinet, tum ingenii dotibus, cum corporis elegantia, unde Ægyptii in hieroglyphis equi figura ἀνδρείαν καὶ παῤῥησίαν deſignabant, autore Clemente Alex. Stromat. Lib. 5. pag. 567. A.

v. 225. πενάχουσιν ἑταῖρον. Sic Achillis equi Patroclis mortem luxerunt Iliad. Lib. XVII. v. 426. & Achillem ipſum, Quint. Calab. Lib. III. v. 740. Quæ hic de equis dicit Oppianus eadem legimus apud Plinium H. N. Lib. VIII. cap. 42. *Iidem* (equi) *præſagiunt pugnam, & amiſſos lugent dominos, lacrymasque interdum deſiderio fundunt, interfecto Nicomede rege equus ejus inedia vitam finivit.* Amplificatione quadam, quæ poëtam non philoſophum decet, hæc eſſe dicta, lectorem præmonere parum neceſſe videtur.

v. 226. ῥῆξεν ποτε δεσμὰ σιωπῆς. Ut Achillis equus Xanthus, qui ei mortem imminentem prædicit, Iliad. Lib. XIX. v. 408. Vide quoque Joan. Tzetzæ Hiſtor. Chiliad. 4. v. 27.

v. 230. βουκεφάλας. De cauſa nominis hujuſce celeberrimi equi multum ambigitur. Alii βουκεφάλαν nominatum volunt ex eo, quod tauri caput in armo ſeu in femore inuſtum ferebat, Heſych. & Tzetzes Hiſt. Chilias 1. v. 806. Alii vero, quia toto corpore nigro, albam in media fronte maculam gerebat, quæ capitis taurini referebat ſimilitudinem, ut Arrianus de Expeditione Alexandri Magni Lib. V. cap. 19. pag. 220. ed. Gronovio. Sed aliter Solinus Polyhiſt. cap. 45. *Alexandri magni*, inquit, *equus Bucephalus* (βουκεφάλος enim aliqui ſcribunt, nec de nominis ὀρθογραφίᾳ certum eſt) *dictus ſive ab aſpectus torvitate, ſeu ab inſigni quod taurinum caput armo inuſtum gerebat, ſeu quod de fronte ejus quædam corniculorum protuberabant minæ.* Nunc vero ſi Strabonem audiamus, ex latitudine frontis vocatum inveniemus, ἐκαλεῖτο δὲ βουκεφάλας ἀπὸ τοῦ πλάτους τοῦ μετώπου. Particulæ βου vis augendi noſcitur. Qua vero arte hunc meticuloſum & reſtitantem equum conſcenderit Alexander, vide apud Plutarchum de vita Alexandri pag. 669. Bucephalæ patria erat Theſſalia, eum tredecim talentis, ſeu HS. CCCXII. æris Romani, teſte A. Gellio

Lib. 5. cap. 2. noſtri vero 39000. liv. emptum fuiſſe ex Philonici Pharſalii grege, narrat Plinius H. N. Lib. 8. cap. 42. Plutarchus vero a Philonice e Theſſalia in Macedoniam adductum, & Philippo venumdatum fuiſſe docet. Sed Diodoro autore Lib. XVII. p. 549. Demaratus Corinthius illum Alexandro dono dedit. Utut hæc ſint, convenit inter autores, equum iſtum regiis Phaleris inſtructum ab Alexandro tantum, nudum vero ab Equiſone conſcendi ſe paſſum eſſe, ſi quis alius accederet, pedibus in eum ſtatim irruebat, Plutarch. de Solertia Anim. pag. 970. B. Illud equus iſte ſingulare habebat, nec omnibus notum; erat ἑτερόφθαλμος, id eſt, oculos habebat diverſo colore, quod apud nonnullos pulchritudo æſtimatur. Legimus in Geoponicis Lib. XVI. cap. 2. n. I. τινὲς δὲ καὶ τοὺς ἑτεροφθαλμοὺς ἐν τοῖς καλλίστοις τάττουσιν, οἷόν φασι γεγενῆσθαι τὸν τοῦ μακεδόνος Ἀλεξάνδρου βουκεφάλον. Forte quodam die ab Uxianis, Hyrcaniæ populo, captus eſt Bucephalas, ſed cum Alexander, ira ſimul ac dolore ſtimulatus, equum veſtigari juberet, & per interpretem pronuntiari, ni reddidiſſent, neminem eſſe victurum; hac denunciatione territi, cum cæteris donis equum adduxerunt, Arrian. l. c. & Quint. Curtius Lib. 6. cap. 5. pag. 29. In India obiit generoſiſſimus equus ille, ultimumque facinus edidit, dominum e mediis hoſtibus *vivaciſſimo* curſu eripiens quamvis, vulneribus altis in cervice & in latere perfoſſus, jam moribundus eſſet & exſanguis. Alexander parta ejus belli victoria, oppidum condidit in iiſdem locis, quibus Bucephalas occubuerat, atque ob equi honores Bucephalon appellavit, Aul. Gell. Noct. Att. Lib. V. cap. 2. & Plin. H. N. Lib. 8. cap. 42.

v. 230. ὅπλοισιν. Legendum, opinor, ὁπλῇσιν ἐναντία δηριάασκεν, id eſt, *ungulis contra hoſtes dimicabat*, quod de Bucephalo notum eſt, ut de equo Artybii, cujus hiſtoriam vide apud Herodotum Terpſich. 111. & 112. & in hiſtor. Jo. Tzetzæ Chiliad. 8. v. 990.

v. 231. ἵππος ἐπ' ἀνθερίκων. Multis a poëtis uſurpata eſt hæc ὑπερβολη, qua primus uſus eſt, ut videtur, Homerus, de Æneæ equis, Iliad. Lib. XX. v. 226.

αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον οὐδὲ κατέκλων·
ἀλλ' ὅτε δὲ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.

Quod ſic eſt Virgilius imitatus Æneid. L. 8. v. 808. de Pentheſilea,

Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas
vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti,
ferret iter, celeres nec tangeret æquore plantas.

& Apollonius Rhod. Lib. I. v. 183. de Polyphemo:

κεῖνος ἀνὴρ καὶ πόντου ἐπὶ γλαυκοῖο θέεσκεν
οἴδματος, οὐδὲ θοοὺς βάπτεν πόδας, ἀλλ' ὅσον ἄκροις
ἴχνεσι τεγγόμενος διερῇ πεφόρητο κελεύθῳ.

Vide quoque Quint. Calab. Lib. VIII. v. 156. Ovidium Metam. Lib. X. v. 654. Claudian. de 3 Conſulat. Honorii v. 197. Nonnum Dionyſ. Lib. XXVIII. p. 736. v. 8.

ἐπ' ἀνθερίκων. Tria ſunt nomina diverſo ſenſu, ἀνθέρικαι, unde hic ἀνθερίκων, *ariſtæ*, gallice *barbe de bled*; ἀνθέριξ, flos aſphodeli & ejus caulis; & ἀνθέρικος, fructus ejuſdem plantæ. ἀνθέρικαι ſic ab Heſychio definiuntur: τὰ τῶν σταχύων ἄκρα καὶ αἱ προβολαί· καὶ ὁ ἀσφοδέλου καρπός, καὶ εἶδος βοτάνης, καὶ τὰ ἐν τοῖς στάχυσι κέντρα. Sed confundit, & quidem parum recte, ἀνθέριξ & ἀνθέρικος cum ἀνθερίκῃ, quam Scholiaſtes Homeri minor docet eſſe τοῦ στάχυος ἀθέρα. Eoque ſenſu intellexerunt Virgilius & alii poëtæ, qui Homeri verſus ſupralaudatos ſunt imitati, & Dio Chryſoſt. in ταρσικῷ πρώτῳ pag. 269. editionis Aldinæ.

ἀνθέριξ a Theocrito uſurpatur ſenſu *caulis Aſphodeli* Idyll. I. verſ. 52.

αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν.

ubi Scholiaſtes hæc optime diſtinguit: ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπός ἧς τὰ φύλλα ὡς πράσου ἀγρίου, μείζω δὲ καὶ πλατύτερα· ὁ δὲ καυλὸς ἀνθέριξ καλεῖται, ὅσον πηχυαῖος ὢν καὶ μείζων· τὸ δ' αὐτὸ φησὶ Θεόφραστος. Ἀπολλόδωρος ὁ Δωριεὺς φησὶν οὐ λέγεσθαι τὴν τῆς ἀσφοδέλου καυλόν· ὁ δὲ Νεοπτόλεμος γελοίως ᾤηθη τὴν ἀνθέρα (lege ἀθέρα) τοῦ στάχυος. Nam ἀνθερίκη *ariſta* dicitur, non ἀνθέριξ.

v. 233. χιμαιροκτόνον. Bellerophonta, cujus omnibus nota eſt hiſtoria. Vide tamen Homeri Iliad. Lib. 6. a verſu 155. uſque ad 195. ubi nulla Pegaſi, quem conſcendebat Bellorophon, fit mentio. Ferunt Bellerophonta altius in cælum tendentem cum equo præcipitem cecidiſſe in terram, loco qui deinde *Tarſos* vocatus eſt, ex eo quod alam ſibi fregit Pegaſus impingens. Vide Dionyſium Periegetem. v. 869. & Commentarium G. Hill. item & Nonnum Dionyſ. Lib. 28. p. 730. & Lib. 38. p. 988.

v. 235. αὐτηγενέων βασιλῆα. Darium Hyſtaſpis filium. Cum Smerdim Magum occidiſſent ſex viri nobiles Perſæ, inter eos conventum eſt eum regem eligere, cujus equus in ſuburbium intrans, hinnitum primus ederet; Oibares, Darii equiſo, re a domino cognita, equam ab equo Darii adamatam noctu adduxit in hunc locum, eam ibi alligavit, & equo adſcendendam permiſit. Poſtero die, cum illuceſceret, ſex Perſæ ex convento adfuerunt

equis inſidentes, & cum eo pervenerunt ubi equa nocte fuerat alligata, tunc hinnitum edidit equus Darii, Dariumque ſtatim regem adoraverunt. Herodot. Thalia cap. 85. 86. 87. non multo poſt ipſius effigiem lapideam equeſtrem ſtatuit Darius, cujus hæc inſcriptio legebatur: ΔΑΡΕΙΟΣ Ο ΥΣΤΑΣΠΕΟΣ ΣΥΝ ΤΕ ΤΟΥ ΙΠΠΟΥ ΤΗι ΑΡΕΤΗι τὸ οὔνομα λεγων. ΚΑΙ ΟΙΒΑΡΕΟΣ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΟΜΟΥ ΕΚΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΠΕΡΣΕΩΝ ΒΑΣΙΛΗιΗΝ. cap. 88.

v. 239. ἔκλυον ὡς προπάροιθε. Eandem habent fabulam Ælianus de Nat. Anim. Lib. 4. cap. 7. Antigonus Caryſtius Mirabilium Synagoge cap. 59. Plinius Hiſt. Nat. Lib. VIII. cap. 41. & Varro de R. R. Lib. II. cap. 7. omnesque Scythiæ cuidam regi innominato tribuunt, duce Ariſtotele Hiſt. Anim. Lib. IX. cap. 47. qui tamen rem paulo aliter narrat eandemque pudicitiam tribuit Camelis. Æliani verba apponenda ſunt, quia Oppiani narrationem totam expreſſit, & ſæpiſſime ejus ſcholiaſtis officio fungitur. ἀκούω τὸν Σκυθῶν βασιλέα, τὸ δὲ ὄνομα εἰδὼς ἐῶ, (τί γάρ μοι καὶ λυσιτελές ἐστι;) ἵππον σπουδαίαν ἔχειν πᾶσαν ἀρετὴν ὅσην ἵπποι καὶ ἀπαιτοῦνται καὶ ἀποδείκνυνται· ἔχειν δὲ καὶ υἱὸν αὐτῆς ἐκείνης τῶν ἄλλων ἀρετῇ διαπρέποντα. οὐκοῦν εὑρίσκοντα οὔτε ἐκείνην ἄλλῳ παραβαλεῖν ἀξίῳ οὔτε ἐκεῖνον ἐπαγαγεῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ λαβεῖν σπέρμα ἀγαθῇ, καὶ διὰ ταῦτα ἄμφω συναγαγεῖν εἰς τὸ ἔργον· τοὺς δὲ τὰ μὲν ἕτερα ἀσπάζεσθαι σφᾶς καὶ φιλοφρονεῖσθαι, οὐ μὴν ἐγχρίμπτεσθαι· οὐκοῦν ἐπεὶ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ Σκύθου σοφώτερα ἦν τὰ ζῶα ἐπηλύγασεν ἱματίοις καὶ τὸν καὶ τὴν, καὶ ἐξειργάσαντο τὸ ἔκνομόν τε καὶ ἔκδικον ἐκεῖνο ἔργον· ὡς δὲ ἄμφω συνεῖδον τὸ πραχθὲν εἶτα μέντοι τὸ ἀσέβημα διέλυσαν τῷ θανάτῳ πηδήσαντε κατὰ κρημνοῦ.

v. 241. προθελύμνους, *uſque ad radicem*, id eſt, *funditus*, Homerica eſt dictio Iliad. Lib. X. v. 15.

πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας.

Sed notandum eſt, nunquam apud hunc poetam niſi de rebus, quæ radices habent, uſurpari. Poſtea vero extenſa fuit metaphora, ut videtur ex hoc Ariſtophanis loco in Pace v. 1210.

οἴμ' ὡς προθέλυμνον μ' ὦ τρυγαῖ' ἀπώλεσας.

& hac philoſophica Herodoti ſententia Lib. 1. c. 33. πολλοῖσι γὰρ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς προῤῥίζους ἀνέτρεψε.

v. 242. ἱππαλέη νοῦσος. De hac circumſtantia tacent Ariſtoteles, Ælianns & alii.

v. 245. παρ' αἰγκοίνῃσι βάλεσθαι. Homerus in Iliad. Lib. XIV. v. 213. Ζηνὸς ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύεις.

v. 248. μῆτιν ὑφαίνειν. Ita loquitur Oppianus in Ἁλιευτ. Lib. 4. verſ. 77.

τρίτατος δὲ δολόφρονα μῆτιν ὑφαίνει.

v. 250. βυσσοδομεύων. Homericum eſt, Odyſſ. Lib. VIII. verſ. 273. κακὰ φρέσι βυσσοδομεύων, quod Scholiaſtes interpretatur κατὰ βάθος τῆς διανοίας βουλευόμενος.

v. 252. εὐώδει κηώδεϊ. Iterum ex Hom. eſt Iliad. L. III. v. 383,

ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ κηώεντι.

Et fortaſſe κηώεντ' hic eſt legendum; vix enim dubitari poteſt, quin hunc Homeri locum ob oculos habuerit Oppianus. Inuenitur tamen κηώδει in ſexto Iliadis lib. v. 483. Equi odoribus maxime gaudent, teſte Æliano de Nat. An. Lib. XVI. cap. 24. At odores cum oleo permixti robur & tonum augeſcunt, ut animadvertit Plutarchus *de Sanitate tuenda* p. 127. (notata 115. errore typog.) B.

v. 253. ὀδμὴν ἡγήτειραν. Nullus eſt, opinor, locus apud poëtas græcos inextricabilior, de quo tamen ne γρῦ quidem interpretes, ante cl. Schneiderum, qui nodum novus Alexander amputavit, non exſolvit, dedit enim contra ſcripturæ fidem:

ὀδμὴν πρεσβυτέρην ἀπαμαλδῦναι φιλότητος.

πρεσβυτέρην ex verſu 463. hujuſce libri huc attulit, ibique ἡγητεῖραν repoſuit, ita ut nulla ſit verborum jactura. Sed ex iſta tranſlatione, cujus nullum fortaſſe in hiſtoria critices invenies exemplum, major naſcitur difficultas; nam φιλότητος, quod hic *coitus* ſignificat, commode conſtrui non poteſt. *Sperabat enim odorem antiquum imminuere amoris.* Sententiæ autoris plane adverſatur, vel nullum ſenſum exhibet. Illud prætereo, quantum τὸ πρεσβυτέρην diſtet a vulgato ἡγητεῖραν, & a legibus, quas in reſtituendis ſcriptorum veterum contextibus ſana critica imponit, nec dicam, quod oporteat ſyllabam ἀπ' τῷ ἀμαλδῦναι addere ex ingenio πρὸς τὸ, ἀναπληροῦσθαι τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ, ut facete loquitur Lucianus; ſed omnino rejicienda eſt hæc emendatio, dulciorque quærenda medicina. Nobis de hac re conſulentibus elegantem ſatis conjecturam propoſuit Vir doctiſſimus & arte critica peritiſſimus clariſſ. Dupuy, inclytæ Academiæ Regiæ Inſcript. & Hum. Litter. Pariſienſis Socius & a Secretis emeritus, legendum judicat ὀδμὴν ἡγήτειραν ἀναλδῆναι φιλότητος, *augeſcere odorem quæ eos ad amorem impelleret.* Lucidus ſenſus emergit, neque dubitarem ita ſcripſiſſe Oppianum, ſi mihi concedere poſſem, de odoribus dici ἀναλδῆναι, ut de animalibus & plantis, quæ vitam in ſe habent & augeſcunt. Hoc verbo uſus eſt Noſter ad v. 317.

quanta ſit equorum Iberiæ εὐποδία: ipſe enim animadverterat, vel legerat in libello Simonis aut Xenophontis de Re equeſtri, ſonitum, quem currens edit equus, ſpecimen eſſe ejus εὐποδίας. καὶ τῷ ψόφῳ δὲ, φησι Σίμων, δήλους εἶναι τοὺς εὔποδας καλῶς λέγων, ὥσπερ γὰρ κύμβαλον ψοφεῖ πρὸς τῷ δαπέδῳ ἡ κοίλη ὁπλή. Hinc ſine dubio *ſonipes* a Latinis equus dicitur. Verumenimvero iiſdem exprobrat noſter infra v. 288. quod mollem & πηλότροφον ungulam habeant, ſed vitium illud magis diuturnitati ungulæ nocet, quam celeritati.

v. 281. αἰθερίοισιν ἐπιθύων γυάλοισι. Hanc loquendi formam barbariei criminatur cl. Schneider *de dubia carminum Orphicorum autoritate & vetuſtate diſſert.* p. 83. etſi illa uſus ſit autor hymnorum Orpheo vulgo adſcriptorum, in Hymn. 18. v. 16.

σμαραγεῖ δὲ κεραυνὸς
αἰθέρος ἐν γυάλοισι.

Rationem vero, qua judicium firmat tam acerbum, alto prudenter ſilentio preſſit. At nihil eſt, opinor, in hac metaphora, quæ rei naturæ repugnet. γύαλον ſonat κοίλωμα. Et cœlum ſic vocatum eſt, quaſi κοῖλον, cavum enim videtur, & ejus circumflexu teguntur cuncta, ut cum Plinio phyſico loquar, αἰθέρος γύαλον aëris eſt immenſa cavitas. Triplex vero Oppiani comparatio cum aquila, accipitri & delphino deſumpta videtur ex veteri Dionyſii cujuſdam poëmate Βασσαρικὰ, id eſt, Dionyſiaca inſcripto, (βασσάραι enim veſtimenta erant Baccharum Thraciæ) cujus fragmentum tertii libri extat apud Stephanum Byzantinum, verbo Κάσπειρος. Autor βασσαρικῶν populorum Caſpiri, urbis Parthicæ, velocitatem cum leonum impetu, delphinorum violentia, aquilarum præcipiti volatu, & equorum celeritate comparat.

ὅσσον γάρ τ' ἐν ὄρεσσιν ἀριστεύουσι λέοντες,
ἢ ὁπόσα δελφῖνες ἔσω ἁλὸς ἠχηέσσης,
αἰετὸς εἰν ὄρνισι μεταπρέπει ἀγρομένοισιν,
ἵπποί τε πλακόεντος ἔσω πεδίοιο θέοντες·
τόσσον ἐλαφρότατοι πάντων προφέρουσι πόδεσσι
Κάσπειροι μετὰ φῦλα τά τ' ἄφθιτος ἔλλαχεν ἠώς.

Euſtathius in prolegomenis de Dionyſio Periegeta pag. 12. nos docet, Dionyſium autorem τῶν βασσαρικῶν in inſula Samo natum fuiſſe, ejusque poëma ſtylo duro ac pene barbaro ſcriptum, minime deſiderio dignum eſſe. Vide Ger. Voſſium de Hiſt. Græcis Lib. 2. cap. 3. p. 174. haud abſimilia huic loco invenies in Piſcatione Lib. 2. verſ. 537.

v. 282. τανυσσόμενος. Sic Quint. Calaber L. V. v. 437. de aquila,

πωτᾶτ' ἔνθα καὶ ἔνθα τανυσσόμενος πτερύγεσσι.

Quod tamen mendoſum Pawio videtur, quia, inquit, non ſe ipſam, ſed alas aquila extendit, & quartus caſus, non tertius a verbo τανύω regitur. Errat ſane; ſeipſam enim ἐν vel ἐπὶ πτερύγεσσι extendit.

v. 285. ἀλλ' ὀλίγοι βαιοί τε. Brodæus in Annotationibus p. 33 negat hoc intelligi poſſe de equis Hiſpanis, ſed de equis Iberiæ Aſiaticæ. Duæ enim erant regiones ſub nomine *Iberiæ* veteribus cognitæ, quæ multum inter ſe diſtabant. Una erat Iberia, Hiſpaniæ pars meridiana ab Herculis columnis uſque ad flumen Iberum porrecta, altera vero inter Colchicam & Albaniam ſita erat, hodie Georgiam vocamus. Hujuſce Iberiæ deſcriptionem vide apud Strabon. Lib. II. pag. 342. Cur ita ſentiat Brodæus, hoc potiſſimum argumento nititur, quod Cæſar de Bello Gallico Lib. 7. ſcribat, ſe equorum Hiſpanicorum magnum numerum coëmiſſe, quod certe non feciſſet, ſi imbelles noviſſet. Brodæi ſententiam amplectitur Jul. Cæſ. Scaliger in Poëtices Lib. 5. cap. IX. ubi nonnullos Oppiani verſus cum Virgilianis conferens, noſtri poëtæ de equis Hiſpanicis judicio refragatur, dicens, nullam terrarum partem præſtantiores mittere, ſive dexteritatem, ſive animum ſpectes, nam & domino mites & hoſtium hoſtes ſunt; impulſi in mucrones abeunt, juſſu heri morituri. Attamen verum eſſe fatetur, quod addit Oppianus, paucorum ſtadiorum curſu eorum vires conſumi. Deinde negat eos omnino Oppiano notos fuiſſe, ex eo quod eorum ungulam immerito non ſolidam, mollem & luto nutritam dixerit, quum contra pauci equi meliore ungula fulciantur, totaque Hiſpania ſcrupea, ſabuloſa, aſpera & ſiticuloſa ſit.

Utrique critico reſponderi poteſt, Brodæo quidem, nihil de natura equorum Hiſpanicorum pronuntiari a Cæſare, qui Hiſpanicos, non alios, emit, fortaſſe quia facilius & citius in Galliam adduci poterant, vel etiam quia exiſtimabat peritiſſimus Imperator, hoſce Galliæ vicino climati aſſuefactos, minus morbis obnoxios, quam Græciæ vel Cappadociæ futuros. Scaligero autem concedimus, equos Hiſpanicos animoſos eſſe, & formæ elegantia ſplendidiſque dotibus, ſed minime firmis ornatos; illi tamen reſpondebo cum Gratio, cujus autoritatem infirmare fruſtra conatur:

Non tamen Hiſpano Martem tentare minacem
auſim. Cyneg. verſ. 515.

& quidem inter omnes rei equeſtris ſcriptores usque ad unum convenit, magis ad pompam & apparatum idoneos eſſe equos Hiſpaniæ, quam ad belli aut venationis labores. Unde non immerito ab Oppiano dicuntur βαιοὶ μένος καὶ ἀνάλκιδες ἦτορ. Attamen

quod de ungula equorum Hiſpanicorum objicit Scaliger, hodie quidem verum eſt, ſed olim rem aliter obtinuiſſe eo credibilius eſt, quod Plinius Callæciæ & Aſturiæ regiones uliginoſas fuiſſe innuit, cum dicat, multum in eis & præſtantiſſimum linum creſcere, quod jam obſervavimus ad verſ. 150.

Cæterum videntur iſti, qui Iberi vocantur, iidem eſſe, quos Romani dictitabant *Aſturcones* & *Thieldones*, quorum erat patria Callæcia & Aſturia, Hiſpaniæ citerioris provinciæ, Plin. H. N. Lib. VIII. cap. 42. ad finem. Eoſdem vocat *Celtiberas* Strabo Lib. III. p. 113. & dicit ὑποψάρους ὄντας, quod vertendum opinor, *ut accipiter maculatos*, vel *accipitris colorem referentes.* Sed hunc amittunt colorem, quando exeunt in Hiſpaniam exteriorem, & tunc Parthorum equis fiunt ſimiles, celeriores tamen & ad curſum præſtantiores manent. Laudes equorum Hiſpanicorum prædicat Vegetius, Artis veterinar. Lib. IV. c. 61. p. 292. *Curribus Cappadocum glorioſa nobilitas, idem Hiſpanorum par vel proxima in circo creditur palma.* Deinde de Siculis equis addit: *nec inferiores prope Sicilia exhibet circo, quamvis Africa Hiſpani ſanguinis velociſſimos præſtare conſueverit.* Idem eſt de tribus iſtis generibus Oppiani judicium.

v. 289. Μαύρων δ' αἰόλα φῦλα. Vide quod jam de Mazicibus obſervavimus ad verſ. 170. Brevem hic ſubjungere placet deſcriptionem equorum Numidarum e Titi Livii Hiſt. Lib. XXXV. cap. 11. petitam: *Nihil*, inquit, *primo adſpectu contemptius, equi hominesque paulluli & graciles. Diſcinctus & inermis eques, præterquam quod jacula ſecum portat, equi ſine frenis, deformis ipſe curſus; rigida cervice & extento capite currentium.* His junge, quod de Libycis equis ſcripſit Ælianus de Nat. Animal. Lib. III. cap. 2. ἵππου δὲ τῆς Λιβύσσης πέρι, Λιβύων λεγόντων, ἀκούω τοιαῦτα· ὤκιστοι μέν εἰσιν ἵππων, καμάτου δὲ δή τι αἴσθονται οὐδέν. λεπτοὶ δὲ καὶ οὐκ εὔσαρκοι· ἐπιτήδειοί γε μὴν καὶ φέρειν ὀλιγωρίαν δεσπότου εἰσί. Et quidem eos adeo parum curant domini, ut nunquam crines pectine deducant, nec ſordes purgent, ſed vix a curſu liberatos, in campos currere dimittant.

v. 291. καὶ Λίβυες μετὰ τούς. Quid? num Μαῦροι non ſunt Λίβυες? Λιβύη tota Africa eſt, non Africæ quædam provincia. Ridiculum hujusce loquendi formæ tale eſt ac ſi quis dixerit, *parvi litteras græcas ducunt Pariſini, minoris vero Galli.* Hoc tamen non perſpexit Oppiani interpretum gens acuta, nedum lacunam ſubodoraverit. Verſus enim totus exciderat, quem ſic ope codicis Veneti, olim Dorviliani, ſupplevimus:

ὅσσοι Κυρήνην πουλυψηφῖδα νέμονται.

quod vero Cyrene equis olim notiſſima fuerit, teſtatur Dionyſius Perieg. v. 213.

Κυρήνη τ' εὔιππος Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν.

295. πλευρῇσι γάρ. *Vulgatam nulla ratione explicare licet*, inquit cl. Schneider. Ignorantiam meam confiteri neceſſe eſt, quo enim majori ope atque opera enitor, ut hunc locum non intelligam, eo minus in eo nodum inextricabilem invenire poſſum. Itaque rem ſimpliciter explicabo. πλευρῇσι γὰρ ἀμφὶς ἔχουσι τῶν ἄλλων, *illi enim equi Cyrenæi omnes alios lateribus vincunt.* (nam ἀμφέχειν & ἀμφιγένεσθαι cum genitivo ſignificat, ut omnes ſciunt, *vincere*, *ſuperare.*) Quomodo autem lateribus vincunt? οὕνεκέν εἰσι πάσσονες εἰσιδεῖν κατὰ πλευρά, σπαθίην καὶ κλενά, *quia majores viſu ſunt latere, coſtæ latitudine, & ordine ac diſtantia coſtarum.* Ideoque κρείσσονές εἰσιν εὐθὺς ὀρούειν. Etenim equi, qui longo ſunt corpore, longiori paſſu incedunt, quam cæteri, & ſat eſt ipſis ire ſolutim, dum illi καλπάζουσι. σπαθίη & σπαθὴ eſt *os coſtarum*, *coſta ipſa*, ad cujus ſimilitudinem effiicta eſt Medicorum vel Pharmacopolarum ſpathula, qua φάρμακα miſcent. κλεὶς *pectinem* ſignificat & *ordinem coſtarum.* Equi veterum Libyci, ſive Mauri ſive Cyrenæi, hodie ſunt, quos vocavimus *Barbaros*, gallice *chevaux Barbes*, & ob pernicitatem maximi ſunt pretii. Adde quod μείζονες πάσσονες εἰσιδέειν, locutio eſt Homerica deſumpta ex Odyſſ. XXIII. v. 157. μείζονά τ' εἰσιδέειν καὶ πάσσονα. Sed hunc verſum e cod. aliter dedimus.

v. 306. Φράζουσιν ὀπωπαί. Id eſt, *oculorum color.* Sic Gratius Cyneg. v. 535. *Venanti melius pugnat color.* Sed agitur apud Gratium de colore corporis, non oculorum.

v. 311. ἵππος Νισαῖος. Duæ olim floruerunt apud veteres urbes, quibus nomen erat Νισαῖα, una in Attica ſub ipſam Megaram, in littore maris ſedens, portus non incelebris, & Megarenſium ναυπήγιον, cujus cives cantavit Theocritus propter honores, quibus afficiebant Dioclem τὸν φιλόπαιδα,

Νισαῖοι Μεγαρῆες ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς
ὄλβιοι οἰκοίητε τὸν Ἀττικὸν ὡς περὶ ἄλλων
ξείνων τιμήσασθε Διοκλέα τὸν φιλόπαιδα. Idyll. 12.

Altera Niſæa in magna Media ſita erat, teſtibus Herodoto & Strabone, ſecundum vero Ptolomæum Lib. VI. c. 10. in Margiana. Et cum de vero ejus ſitu non conveniat inter autores, vide ſi lubet Salmaſium in Solin. pag. 1196. in ejus late patentibus campis, Caſpiæ portarum vicinis, nutriebantur innumera equorum armenta, qui pulcherrimi & præſtantiſſimi exiſtimabantur, quos-

que Herodotus Lib. III. cap. 106. equis Indiæ anteponit. Eorum nominis rationem affert Lib. 7. cap. 40. his verbis: Νισαῖοι δὲ καλέονται ἵπποι ἐπὶ τοῦδε· ἐστι πεδίον μέγα τῆς Μηδικῆς τῷ οὔνομά ἐστι Νίσαιον· τοὺς ὦν δὴ ἵππους τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τοῦτο. Sed Strabo Lib. XI. pag. 361. lin. 50. dubitare videtur, quæ ſit equorum Niſæorum patria, an e Media, vel ex Armenia genus deducant. Poſtquam de fertilitate regionis, quæ eſt ad Caſpias portas, dixerat, addit: *Hæc regio, ut & Armenia, equis alendis excellit, & ideo vocatur* λειμὼν ἱππόβοτος, *in quo ali aiunt L millia equarum a Perſis, hæcque armenta regia ſunt. Equos vero Niſæos, quibus reges utuntur, utpote præſtantiſſimis & maximis, hinc quidam dicunt deducere genus, alii vero ex Armenia; forma ſunt peculiari. Ut & qui nunc Parthici dicuntur a Græcis. Sed & herbam, quæ maxime equos alit ex eo quod ibi abundat, peculiariter Medicam appellamus.* Idem Strabo in Armeniæ deſcriptione p. 365. lin. 8. οὕτω δ᾽ ἔστιν ἱππόβοτος σφόδρα ἡ χώρα, καὶ οὐχ ἧττον τῆς Μηδίας, ὥστε οἱ Νισαῖοι ἵπποι καὶ ἐνθαῦτα γίγνονται οἷσπερ οἱ Περσῶν βασιλεῖς ἐχρῶντο. Strabonis vero dubitationem tollit omnino teſtimonium ſupra laudatum Herodoti, qui eos e Media oriundos affirmat. Adde & autoritatem Euſtathii peritiſſimi interpretis Dionyſii Periegetæ (*) ad v. 1034. ait: τὸ ᾀδόμενον Νισαῖον πεδίον ἐκεῖ που περὶ τὴν Μηδικὴν χώραν ἦν φέρον ἵππους μεγάλους τοὺς καλουμένους Νισαίους. Numeroſum illud armentum quinquaginta olim erat millium equarum proletariarum, teſte Arriano, de expeditione Alexandri Lib. VII. cap. 13. Obſerva apud Arrianum legi Νυσαῖοι ἵπποι & Νυσαῖον πεδίον. Apud Stephanum Byzant. Νησαῖοι Error eſt ſcribarum ex falſa recentiorum Græcorum pronunciatione natus. Niſæorum equorum uſum ſibi ſolis aſſumebant Perſarum reges, eisque tantum permittebant, qui maxima apud eos erant in gratia. οὐ γὰρ δὴ ἔξεστι ἐκεῖ ταῦτα ἔχειν ᾧ ἂν μὴ βασιλεὺς δῷ, inquit Xenophon Cyropæd. Lib. VIII. pag. 124. lin. 14. Talis equi donum tam multi fiebat, ut Lucianus πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγ. p. 52. Cteſiam innuens, negat veritatem eſſe expectandam ex ſcriptore, qui a rege Perſarum accipere ſperat candyn, vel monile, vel equum Niſæum. His denique laudibus Niſæos equos extollit Vegetius de Arte Veterinar. Lib. IV. cap. 61. *Ad uſum Sellæ Perſis provinciis omnibus meliores præſtat equos patrimoniorum cenſibus æſtimatos, tam ad vehendum molles & pios inceſſibus & nobilitate pretioſos.*

(*) Euſtathii commentarium in Dionyſium ope codicis regii auctum & emendatum ſpero propediem cum nova Geographicorum minorum editione, in lucem eſſe prodituram.

v. 317. τοὺς Ὀρύγγας καλέουσι. Solus videtur Oppianus eſſe, qui de Oryngis dixerit, apud alios autores ne nominantur quidem. Attamen qui ſint iſti equi, quibusve animalibus hodie cognitis reſpondeant, pronuntiatu fortaſſe haud difficile erit, ſi Oppiani deſcriptio Ὀρύγγων comparetur cum iis, quæ ab illuſtr. Buffonio dicta ſunt de *Zebra*, Hiſt. Nat. Tom. 5. pag. 175. *Le Zebre a la figure & les graces du cheval; la légéreté du cerf, & la robe rayée de rubans noirs & blancs diſpoſés alternativement avec tant de regularité & de ſymétrie, qu'il ſemble que la nature ait employé la regle & le compas pour le peindre. Ces bandes alternatives de noir & de blanc ſont d'autant plus ſingulieres, qu'elles ſont étroites parallèles. & très exactement ſéparées, comme dans une étoffe rayée, que d'ailleurs elles s'étendent non ſeulement ſur le corps, mais ſur la tête, ſur les cuiſſes & ſur les jambes, & juſques ſur les oreilles & la queue; enſorte que de loin cet animal paroît comme s'il étoit environné partout de bandelettes.* Hæc ultima verba ex Oppiano deſumpta crederes:

> τοὶ μὲν γὰρ δειρὴν, καλλίτριχά τ' εὐρέα νῶτα
> γεγράφαται δολιχῇσιν ἐπήτριμα ταινίῃσι.

Omnino enim rejicienda eſt opinio eorum, qui cum Onagro *Zebram* confundunt, quod quibuſdam veteribus accidit; v. gr. Philoſtorgio, qui Lib. III. cap. 11. pag. 43. ed. Godofr. ſub nomine ὄνου ἀγρίου *Zebram* ipſam deſcribit, illudque nonnullis fraudi fuit, præſertim S. Bocharto in Hierozoïco Tom. I. p. 867. & clar. Schneidero in Animadv. in Oppian. p. 368. ex ipſis Philoſtorgii verbis res patebit: καὶ αὐτὴ δὲ χώρα (Africa) καὶ ὄνους ἀγρίους μεγίστους τῷ μεγέθει φέρει καὶ τὴν δορὰν κατὰ τὸ ξενίζον πεποικιλμένους, λευκοῦ σφίσι καὶ μέλανος χρώματος οὐ κατὰ μικρὸν συμπεποικιλμένου ἀλλὰ ζῶναί τινες ἀπὸ τῆς ῥάχεος ἐπὶ τὰς πλευρὰς καὶ τὴν κοιλίαν καθήκουσαι, καὶ ἐνταῦθα ἐπισχιζόμεναι καὶ κατά τινας περιφερείας ἀλλήλαις ἐνελιττόμεναι, θαυμαστήν τινα καὶ ξένην ἀπεργάζονται πλοκὴν καὶ ποικιλίαν. Id eſt: *Cette région* (l'Afrique) *produit des ânes ſauvages d'une grandeur conſidérable, & dont la robe eſt peinte d'une maniere étrange: le blanc & le noir y ſont abondamment entremêlés & forment des ceintures, qui prennent depuis l'épine du dos, deſcendent ſur les flancs & ſe terminent ſous le ventre, ce ſont des cercles alternatifs, dont il réſulte un mélange & une variété de couleurs tout-à-fait admirable & ſinguliere.* Quî Onagro hæ zonæ convenire poſſunt? Onagro, inquam, qui tres tantum, & ſecundum dorſum, a capite ad caudam, lineas habet, una nigra, cui aſſident duæ albicantes. In utroque humero alia deſcendit, forma crucis. Cæterum corpus ejus, ut aſinorum villaticorum, muſino eſt colore. Quan-

quam *Zebram* aſinum vocaverint, non modo veteres, ſed recentiorum non pauci, multum abeſt, exceptis auribus, quin aſini formam referat. Vidi egomet anno ſuperiori duos Zebras Pariſiis in nundinario foro Sangermanenſi, eorumque formæ elegantiam, præſertim vero petulantiam maxime ſum admiratus, unde ſubiit in mentem Oppianum per ἀρίζηλον, non tam eorum zelotypiam, quam miram alacritatem indicare, & quaſi eſſent motibus ἀρίδηλοι. Nam ἀρίζηλος pro ἀρίδηλος ſumitur. Non audiendus eſt Bodinus, qui Oryngas a reliquis equis differre negat, niſi quod albis maculis interluceant, quos Palladius *ſcutulatos* appellat.

v. 331. ἔρξαν ὅπως. Simile quid eſt in Ἁλιευτ. Lib. V. initio, ὡς οὐδὲν μερόπεσσιν ἀμήχανον. Quod vero narrat poëta de arte fœtibus colorem inducendi, falſum eſt, viroque philoſopho rejiciendum, quidquid dixerint veteres, quidquid etiam nunc dicat ſtolidum vulgus de mulierum prægnantium deſideriis & ſignis, quibus pueri afficiuntur.

Totum hunc locum ſub oculis ſane habuiſſe Iſidorum patet ex Origin. Lib. XII. cap. 1. *Induſtria quippe humana diverſum animal in coitu coëgit, ſicque adulterina commixtione genus aliud repperit.* Loquitur deinde de equis & columbis, qui colorantur, ut de eis pulli variegati naſcantur.

v. 340. Παλαιστίνοιο μύροιο. Omnibus odoribus præfertur Palæſtinæ balſamum, quod opobalſamum & xylobalſamum vocatur. De hoc unguento vide Plin. Hiſt. Nat. Lib. XII. cap. 25. & Joſephum de Antiq. Jud. Lib. XIV. cap. 7. *Rittershuſius.*

v. 341. ὑμὴν ὑμέναιον ἀείδων. Fauſta acclamatio in nuptiis tam apud Latinos uſitata quam Græcos, ut in Epithal. Catulli, *hymen o hymenæe io hymen. Rittershuſius.* Ex quo ne plura deſcribantur vetat pudor.

v. 347. γόνιμον θορὸν ἀείρασα. Ex Virgilio adumbratum, Georg. Lib. 3. v. 137.

Sed rapiat ſitiens venerem interiusque recondat.

v. 350. μησάσθην. Dualis pro plurali. Significat ἐμηχανήσαντο.

v. 356. ταὶ δὲ κλιδόν. Veriſſima videtur correctio Schneideri cl. in Analect. p. 39. ταὶ δ᾽ ἐξκλιδὸν ὅσσε βαλοῦσαι. Locumque affert appoſitiſſimum Apollonii Rhod. Argonaut. Lib. 1. v. 709. ἡ δ᾽ ἐξκλιδὸν ὄσσε βαλοῦσα. & iterum Lib. III. v. 1007.

v. 360. γράψαντες πινάκεσσι. Quanquam inter aniles fabulas referendi ſint iſti phantaſiæ prodigioſi effectus, quorum tot afferuntur

exempla, nulla vero probantur, non poſſum tamen., quin hîc apponam graviſſimi viri, imo Medici & Philoſophi locum, Oppiani verſibus plane congruentem. Apud Galenum in Hiſtoria philoſophica vetuſtiſſimus philoſophus Empedocles docet: τῇ κατὰ σύλληψιν ὄψει τε καὶ φαντασίᾳ τῆς γυναικὸς μορφοῦσθαι τὰ βρέφη, πολλάκις οὖν ἀνδριάντων καὶ εἰκόνων ἠράσθησαν καὶ ὅμοια τούτοις τετόκασι. Et Galenus ipſe in Lib. de Theriaca ad Piſonem: τῶν ἀμόρφων τις δυνατὸς εὔμορφον θέλων γεννῆσαι παῖδα ἐποίησε γράψαι ἐν πλατεῖ ξύλῳ εὐειδὲς ἄλλο παιδίον, καὶ ἔλεγε τῇ γυναικὶ συμπλεκόμενος ἐκείνῳ τῷ τύπῳ τῆς γραφῆς ἐμβλέπειν, ἡ δὲ ἀτενὲς ἐμβλέπουσα, καὶ ὡς ἔστιν εἰπεῖν ὅλον τὸν νοῦν ἔχουσα, οὐχὶ τῷ γεννήσαντι ἀλλὰ τῷ γεγραμμένῳ ὁμοίως ἀπέτεκε τὸ παιδίον.

Sic in Lib. IV. Heliodori narrationum Æthiopicarum Perſina Æthiopiæ regina albam ſe filiam ideo peperiſſe dicit, quia παρὰ τὴν ὁμιλίαν τὴν πρὸς ἄνδρα προσβλέψαι τὴν Ἀνδρομέδην· ἡ γραφὴ παρασχοῦσα καὶ πανταχόθεν ἐπιδείξασα γυμνὴν ὁμοειδὲς ἐκείνῃ τὸ σπαρὲν οὐκ εὐτυχῶς ἐμόρφωσεν. Ex Bocharto Hierozoic. pars I. L. 2. p. 545.

v. 363. Ἀμυκοφόνον Πολυδεύκην. Pollucis & Amyci pugnam narrat Apollon. Rhod. Lib. II. Argonaut. v. 78. item & Theoc. Idyll. XXII. v. 80. Amycus rex erat Bebrycum Thraciæ populi, Neptuni & Meliæ nymphæ filius, vir atrox & inhoſpitalis, nulli enim ad ejus oras appellere licebat, quin cum Amyco pugilari certamine decertaret. Multos jam peremerat, utpote in hoc genere pugnæ præcellens, cum ipſe a Polluce interemptus fuit, Argonautis apud Bebrycas appellentibus.

v. 369. τόσσοι τ' ἐπὶ πᾶσι. Veteres Græci, tempore Xenophontis, ad duo genera revocabant omnes canum venaticorum ſpecies, quæ eis innoteſcebant, teſte ipſo Xenophonte Cyneg. p. 570. lin. 1. τὰ δὲ γένη τῶν κυνῶν ἔστι διττά· αἱ μὲν Καστόριδαι, αἱ δὲ ἀλωπεκίδες. Caſtor, qui venationibus gaudebat, prius illud genus informaverat proprioque appellaverat nomine, poſterius vero e cane & vulpe femina natum credebant, & utriuſque parentis nomen gerebat. Sed proëunte tempore incrementa recepit Græcorum ſcientia, & quæ veteribus exciderant, ea ſuppleverunt quidam ſcriptores, inter quos eminet Xenophon Junior, ſub falſo *Arriani* nomine magis notus, etſi proprium nomen profeſſus in opere, quod de canibus conſcripſit, præſertim de cane gallico, Xenophonti priori plane ignoto. Poëtæ vero, qui vel ante vel poſt Oppianum vixerunt multiplices, ut ille, canum venaticorum agnoſcunt ſpecies

Mille canum patriæ, ductique ab origine mores
cuique ſua. inquit Gratius Cyneg. v. 154.

Vide Claudian. de Conſul. Stiliconis v. 297. & ſequentes; extat & apud Pollucem Onom. Lib. V. cap. I. generoſiſſimorum canum uberrimus catalogus, quem conſule. Non prætereunda tamen diſtinctio canum in genere, quam fecit Artemidorus in Oneirocritico Lib. 2. cap. 11. pag. 95. edit. Rigaltii: τῶν κυνῶν οἱ μὲν ἐπὶ θήραν τρέφονται, καὶ τουτων οἱ μὲν εἰσιν ἰχνευταὶ, οἱ δὲ ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσι, οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων οὓς οἰκουροὺς καὶ δεσμίους λέγομεν, οἵ τε ἐπὶ τερπωλὴν καὶ οἱ Μελιταῖοι λεγόμενοι. His verbis, quæ tranſcripſit Suidas verbo μελιταῖον, illuſtratur Luciani locus in *Philopſeud.* n. 27. pag. 55. & alter de *Mercede conduct.* n. 34. Non enim Μελιταῖοι dicuntur, quia ſunt ex inſula Melite, ut ait Scholiaſtes, ſed canis Μελιταῖος in genere vocatur parvulus ille, qui dominæ eſt in deliciis.

v. 171. Παίονες, Pannonici. Nec tibi Pannonicæ gentis temnatur origo, inquit Nemeſianus. Nam παίων, quando accentus eſt in penultima, vel eſt παροξυτόνος, ut loquuntur grammatici, deſignat incolam Pannoniæ provinciæ Illyrico confinis, Strabon. L. 7. p. 217. Canes Pannonici corpore erant alto & valido; non ad venationes tantum informabantur, ſed ut acerrimi ad bella & pugnas. Idem de Magnetibus dicendum. Veteribus igitur Græcis, æque ac Gallis noſtris proavis erat infanda conſuetudo canes ad homines dilaniandos condocefacere. Plinius illud teſtatur H. N. Lib. 8. cap. 40. *Propter bella Colophonii itemque Caſtabalenſes cohortes canum habuere; eæ primæ dimicabant in acie nunquam detrectantes.*

Αὐσόνιοι. Inter Italos canes maxima Tuſcis erat gloria. Ita de illis Nemeſianus Cyneg. v. 231.

Quin & Tuſcorum non eſt extrema voluptas
ſæpe canum, ſit forma illis licet obſita villo,
diſſimileſque habeant catulis velocibus artus;
haud tamen injucunda dabunt tibi munera prædæ,
namque & odorato noſcunt veſtigia prato,
atque etiam leporum ſecreta cubilia monſtrant.

v. 372. Λακεδαιμόνιοι. Magni nominis erant apud antiquos iſti canes ob velocitatem & animum. De illis ſic Nemeſianus Cyneg. verſ. 107.

Elige tunc curſu facilem, facilemque recurſu
ſeu Lacedæmonio natam, ſeu rure Moloſſo
non humili de gente canem.

Vide & Gratium v. 211. Ariſtoteles obſervat Lacænam canem fœminam, ut & Moloſſam, obedientiorem eſſe quam marem & indole præſtantiori valere. εὐφυέστερα τοῦ ἄῤῥενος. Eodemque teſte canes ex patre Moloſſo & matre Moloſſa nati, cæteris præſtant

animo & φιλοπονίᾳ. Ariſtot. Hiſt. Anim. Lib. 9. cap. 1. p. 922. C. Lacedæmonii canes ſagaciſſimo erant olfactu, unde Sophocles in Aj. Maſt. v. 7. Ulyſſem comparat omnia Ajacis veſtigia inveſtigantem, cani Lacedæmonio:

εὖ δέ σ' ἐκ φέρει
κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.

Eorum ſagacitatis cauſam affert Ariſtoteles de Gener. Anim. L. 2. cap. 2. pag. 1139 δι' ὅσον οἱ μυκτῆρες μακροὶ, οἷον τῶν Λακωνικῶν κυνιδίων, ὀσφραντικά εἰσι. Hi erant qui Alopecides, quaſi ex vulpe & cane nati, dicebantur. Inter eos annumera Amycleos canes, qui ex Amyclea urbe Laconica erant oriundi.

Τεγεῆται. *Tegeatæ*, id eſt, Arcades, a Tegea urbe Arcadiæ. Iſti ex canibus & leonibus credebantur proveniſſe, primum & λεοντομίγεις dicuntur a Polluce.

v. 373. Κελτοί. Id eſt, Galli. Sero a veteribus cogniti ſunt canes gallici, eosque omnino ignorabat Xenophon ὁ παλαιὸς, illudque Xenophontem minorem ſive Arrianum induxit, ut ipſe declarat, ad ſcribendum ſuum de venatione libellum. Gratius tamen, haud parum Arrianus antiquior, de canibus Celticis loquitur, ut jam notiſſimis,

Magnaque diverſos extollit gloria Celtas.

Cyneg. v. 156. At non adeo certum eſt, hoſce canes Gratii gallicos fuiſſe, minimeque vult Vlitius ejus interpres, quin immo eos, de quibus Arrianus, vere gallicos canes eſſe, denegat. Verum fallitur; Arrianus enim illos dicit vocatos ἐγουτίας, ex nomine gentis gallicæ, quod eſt *Seguſianorum*, Breſſiæ (gall. *la Breſſe*), vel Grationopoleos (*Grenoble*) incolarum. Vid. Cæſar. de bello gallico Lib. 7. pag. 332. edit. Varior. & ibi notam Montani, nec non Henr. Stephani Schediaſma II. Lib. 4.. Quod ad formam & indolem horumce canum pertinet, nos docet idem Arrianus loco citato, eos hirſutos eſſe & adſpectu turpes: ὡς εἰσι δασεῖαι καὶ πονηραὶ ἰδεῖν· καὶ ὅσαι γενναιόταται αὐτῶν, αὗται αἱ πονηρόταται. Et initio capitis: καὶ αὗται ἰχνεύουσι ξὺν κλαγγῇ καὶ ὑλαγμῷ. Et inferius: καὶ γὰρ φωνὴ αὐταῖς γοερά τε καὶ ἐλεεινή ἐστι. καὶ οὐχ ὡς θυμούμεναι ἄρα πρὸς τὸ θηρίον ἐπικράζουσι ἐν τῇ ἰχνείᾳ, ἀλλ' ὡς οἰκτιζόμεναι καὶ λιπαροῦσαι. Id eſt, *Ils ſont velus, déſagréables à voir, les plus laids ſont les meilleurs — leur voix eſt plaintive, & quand ils rencontrent la trace de la bête ils la ſuivent, non en grondant avec colere comme les autres, mais en jettant des aboyemens douloureux.* Alii erant apud Gallos canes veloces, qui *Vetragæ* nominabantur a Gallis. Hi vero pulchri omnino ſunt, cuncta in eis placent, corpus, oculi, pili,

color. αἱ δὲ ποδώκεις κύνες αἱ Κελτικαὶ καλοῦνται μὲν ΟΥΕΤΡΑΓΟΙ. οὕτω δὲ καὶ αὐταὶ ἀπὸ τῆς ὠκύτητος. De nomine *Vetraga*, quod *celer* ſignificare videtur ex Arriani interpretatione, vide notas Vlitii & Caſp. Barthii ad verſ. 203. Gratii Cyneg. & H. Stephani ſchediaſma I. Lib. 4.

Manet adhuc apud nos duplex illud canum genus. Primum eſt canum, quorum pili inſtar velleris ovium criſpantur, (quos ne confundas cum canibus vulgo dictis *chiens barbets*) magnoque pretio apud noſtros venatores habitum. Alterum eſt canum velocium, gall. *chiens courans*.

Præter hos venaticos, canes, alios alebant Galli ad pugnas & prælia formatos, ut videre eſt apud Strabonem Lib. 4. p. 138.

Κρῆτες. Canem Creticam ſic depingit Ælianus de Anim. L. 3. cap. 2. κύων Κρῆσσα κούφη, καὶ ἀλτικὴ, καὶ ὀρειβασίαις σύντροφος. Huic eſt curſus velox, olfactus ſagaciſſimus, ut teſtatur Arrianus de Venat. cap. 3. Varia erant canum Creticorum genera, diverſiſque nominibus pro diverſa indole diſtincta. Hi vocabantur διάπονοι ἀπὸ τοῦ φιλοπονεῖν, illi ἰταμαὶ ἀπὸ τοῦ ὀξέως, alii vero μικταὶ, ἀπ' ἀμφοῖν. Gratius Creticos canes vocat *non vile genus*, Cyneg. verſ. 211. De his, Poëta cujus nomen me fugit:

Κρῆσσα κύων ἐλάφοιο κατ' ἴχνιον ἔδραμε γοργῶς.

Eosque ad venandos apros ut maxime idoneos commendat Xenophon Cyneg. Vide quoque Oppianum ipſum Ἁλιευτ. L. 4. v. 276.

Ἀμοργοί. Sic nominati ex inſula *Amorgo* una Sporadum.

v. 375. χαροποί τε Μολοσσοί. Validi ſunt iſti, animoſi, & quidem feroces, quorum ingenium ſic indicat Ælianus de N. Anim. Lib. 3. cap. 2. θυμικώτατος δὲ κυνῶν Μολοσσὸς, ἐπεὶ θυμωδέστατοι καὶ οἱ ἄνδρες. Vide quoque cap. 20. Lib. 12. Hunc canem *acrem* vocat Virgilius Georg. Lib. 3. v. 405. Genus illud originem deducebat, juxta poëtas, e cane, quem ære Demoneſiaco Vulcanus formavit, & animatum dedit Jovi, ille vero Europæ, Europa Minoï, Minos Procridi, & Procris Cephalo. Vide J. Pollucem Onom. Lib. 5. ſegm. 39. Cæterum rei naturalis ſcriptores in eo conſentiunt, quod in Moloſſo cane agnoſcunt, quem vulgo vocamus maſtinum, *le mâtin*. In re venatoria veterum eodem erant uſu, quo apud nos canes vocati *les limiers*.

v. 376. εἰ δέ νύ τοι μεμάασι. Sententiam ſequitur Xenophontis, qui in Cyneget. pag. 576. lin. 20. ver indicat, ut opportuniſſimam tempeſtatem ad optimas proles producendas. σκυλακεύειν δὲ αὐτὰς ἐπανιέντα τῶν πόνων τοῦ χειμῶνος, ἵνα ἔχουσαι τὴν ἡσυχίαν πρὸς τὸ ἔαρ ἐπάγονται τὴν φύσιν γενναίαν. ἡ γὰρ ὥρα πρὸς τὰς αὐξήσεις τῶν κυνῶν κρατίστη αὕτη. εἰσὶ δὲ τέτταρες καίδεκα ἡμέραι

αὗται ἐν αἷς ἡ ἀνάγκη αὕτη ἔχει. ἄγειν δὲ καταπαυομένας ἵνα τάχιον ἐγκύμονες γίνωνται, πρὸς κύνας ἀγαθούς. Id eſt: *Il faut que celui qui veut faire accoupler les chiens, ne les faſſe point travailler pendant l'hiver, afin qu'étant frais & repoſés ils vous donnent au printems des chiens bien conſtitués; car le printems eſt la ſaiſon la plus favorable pour les faire multiplier. Il y a quarante jours durant leſquels les chiennes éprouvent le beſoin de l'accouplement; alors quand elles ſont bien repoſées, afin qu'elles conçoivent plus promptement, faites-les couvrir par des mâles de bonne race.* Expectandum tamen eſt antequam coëant dum femina ſe a ſanguine purgaverit, autore Arriano de Venatione cap. 27. qui cauſam addit: πρόσθεν δὲ εἰ παραλάβοιεν τὴν γόνην, τὸ πολὺ οὐ κρατοῦσιν ἀλλὰ ἐκκλύζεται ὑπὸ τοῦ αἵματος καθάπερ ταῖς γυναιξί. *Si enim ante purgationem recipiant ſemen, plerumque non retinent illud, ſed ſanguine inundatur, quemadmodum fit in mulieribus.* Idem Arrianus cap. 28. vult maſculum cum femina ſolum includi, ne a quoquam conſpiciantur, quia coitus, qui in propatulo fiunt, infecundi ſunt, ſi venatoribus eſt credendum. Eadem dicuntur a Gratio Cyneg. v. 280. ſed minime vera eſſe nos docet quotidiana experientia. Plura de generatione canum pete ex Ariſtotele Hiſt. Anim. Lib. VI. cap. 20. & ad hunc Ariſtotelis locum doctiſſimas animadverſiones clar. Camuſii Tom. 2. p. 213. & ſeq.

v. 378. εἴαρι γὰρ μᾶλλον. Simillima ſunt in Ἁλιευτ. L. 1. v. 473.
εἴαρι δὲ γλυκὺς οἶστρος ἀναγκαίης ἀφροδίτης
καὶ γάμοι ἡβώωσι κ. τ. λ.
Virgilium quoque inſpice ad 3. Georg. v. 242.

v. 381. χολόεντος ἔχις πέφορ. Murænæ & viperæ ficti amores multis a ſcriptoribus enarrantur. Iterum Oppianus hanc fabulam expreſſit in Ἁλιευτ. Lib. 1. v. 554. Nicander in Theriacis v. 825. Manuel Phile in Jambis de Proprietatibus Animal. pag. 250. Vide quoque Plinium H. N. Lib. 9. cap. 23. Ælianum de Anim. Lib. 1. cap. 50. & Athenæum Lib. 7. pag. 312. Omnes tamen ſatis demonſtrant nullam fidem huic fabulæ adhibendam, & murænæ maſculum σμύρον nominatum indicat Ariſtoteles Hiſt. An. Lib. 5. cap. 10. Ad Oppiani dictionem quod attinet, expreſſa videtur ex Nicandri Theriacor. verſ. 302. ubi legitur, χολόεντι νέον πεφορυγμένος ἰῷ.

v. 386. ἐπὶ φορβάσιν ὁπλίζονται. Vulgo ὁπλίζονται *armantur* interpretantur, quaſi ab ὅπλον deductum. Quid ſi ab ὁπλή? Ungularum enim ictibus ſibi invicem amorem equi ſignificant, & tempore

amoris ferrum ex ungulis demunt equiſones. Hinc in verſione gallica dedi *careſſent à coups de pieds les jumens.* Attamen in Ἀλιευτ. Lib. I. v. 507. dicitur de piſcibus ἐς γάμον ὁπλίζονται.

v. 389. ἐποχμάζουσι σύεσσι. Omnino tenenda videtur cum cl. Schneidero Analect. p. 39. emendatio illuſtr. Brunckii ἐπαιχμάζουσι, tum quod ſæpe ὀχμάζειν pro αἰχμάζειν datum ſit errore ſcribarum, ut in Heſychio, ubi ὀχμάζειν, μάχεσθαι interpretatur, tum quia quartus, non vero tertius caſus regitur a verbo ὀχμάζειν. Adde quod aptius convenit αἰχμάζουσι furioſæ apri libidini in feminam irruentis, eique, ſi renuat, mortem inferentis, ut cantat Oppianus hujuſce poëmatis Lib. 3. v. 364. Fortaſſe tamen legi poteſt ἐπ' ὀχμάζουσι. In veteri Gloſſario Oppiani, primum in lucem protracto a Jano Rutgerſio in variis Lection. iterum Fredericus Strunzius, Vittembergæ 1719. p. 66. & 67. ὀχμάζουσι interpretatur κρατοῦσι, & in nota legimus Tzetzam in Lycophronem pag. 7. ὀχμάσας interpretari ἐπιπεσὼν κρατήσας, & ὀχμάζω reddere per ἐπίκειμαι, unde ἐπ' ὀχμάζουσι σύεσσι eſſet ἐπίκεινται σύεσσι, nullaque fieret apud Oppianum mutatio, & ab ἐπὶ, apoſtrophe diſtincto, σύεσσι regeretur.

v. 394. ἄρμενά τ' ἀλλήλοισι. *Junge pares*, inquit Gratius Cyneget. v. 263. & Nemeſian. v. 114. *huic parilem ſubmitte marem.* Et in Geoponicis Lib. 19. cap. 1. pag. 1209. δεῖ δὲ ἰσάζειν τὴν φύσιν καὶ τὴν ἡλικίαν τοῦ τε ἄῤῥενος καὶ θηλείας· φυλάττεσθαι δὲ μή ποτε οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς μητρὸς ὄντες κύνες τῇ πρὸς ἀλλήλους μίξει χρήσαιντο.

v. 399. φῦλα μένει μονόφυλα. A veritate & experientia diſcedit hæc opinio. Genera enim ſi perficere cupias miſcenda ſunt, autore clar. Buffon de Quadruped. Tom. 5. p. 61. *On ſçait par l'exemple des chevaux que les races croiſées ſont toujours les plus belles.*

v. 401. τῶν ἁμόθεν. Homerica eſt dictio, Odyſſ. Lib. I. v. 10. τῶν ἁμόθεν γε θεά. Ubi ſcholiaſtes minor interpretatur πόθεν, ὁπόθεν θέλεις. Illi non aſſentior, ἁμόθεν enim ex τοῦ ἁμὸς, *unus*, deducitur, unde ſignificat *ſingulatim*, gallice *un à un*, *en détail.*

v. 402. μηκεδανὸν, κρατερόν. Oppianus Xenophontem tam preſſo ſequitur pede, ut videatur ejus deſcriptionem canis e pedeſtri ſermone in metricum tranſtuliſſe. πρῶτον μὲν οὖν χρὴ εἶναι μεγάλας, εἶτα ἐχούσας τὰς κεφαλὰς ἐλαφρὰς, σιμὰς, ἀρθρώδεις, ἰνώδη τὰ κάτωθεν τῶν μετώπων, Cyneg. pag. 570. lin. 41. Conf. Pollucem Lib. 5. ſegm. 57. qui Xenophontis verba ſummatim repetit. Vide

in verſionis gallicæ noſtræ animadverſionibus hanc Xenophontis deſcriptionem a latino interprete miſere turbatam, rectius, ut ſpero, gallice redditam. Gratius in Cyneg. v. 269. venatici canis effigiem expreſſit:

Sint celſi vultus, ſint hirtæ frontibus aures,
os magnum & patulis agitatos morſibus ignes
ſpirent, adſtricti ſuccingant ilia ventris.
Cauda brevis, longumque latus diſcretaque collo
cæſaries, non pexa nimis, non frigoris illa
impatiens. validis tum ſurgit pectus ab armis
quod magnos capiat motus, magniſque ſuperſit.
effuge, qui lata pandit veſtigia planta,
mollis in officio, ſiccis ego dura lacertis
crura velim, & ſolidos hæc in certamina calces.

& Nemeſianus Cyneget. v. 108.

Sit cruribus altis,
ſit rigidis, multamque gerat ſub pectore lato
coſtarum ſub fine decenter prora carinam,
quæ ſenſim rurſus ſicca ſe colligat alvo.
renibus ampla ſatis vadis, diductaque coxas,
cuique nimis molles fluitent in curſibus aures.

Arrianus, vel Xenophon minor, in Cyneg. cap. 4. vult, quemadmodum Oppianus, cani venatico eſſe longum caput & leve, ut ſit velocior. πρῶτα μὲν δὴ μακραὶ ἔσϊωσαν (κύνες) ἀπὸ κεφαλῆς ἐπ' οὐράν. & inferius, ἐχέτωσαν δὲ τὰς κεφαλὰς ἐλαφρὰς καὶ ἀρθρώδεις. Vide quoque notam ad verſ. 430.

v. 403. κυαναὶ σϊίλϐοιεν. Quotieſcunque apud Græcos occurrit verbum κυανὸς non levi premor anxietate; quæ enim ſit hujus verbi certa ſignificatio, quæve cærulei coloris tinctura, levis an ſaturatior? incertum videtur. Modo pro lucido colore, ut hîc, modo pro ſurdo κυανὸς uſurpatur. Quidquid ſit, hæc de oculis canis venatici Xenophon major Cyneget. p. 570. lin. 42. ὄμματα μετέωρα, μέλανα, λαμπρά. Et Xenophon minor vel Arrianus de Venatione cap. 4. τὰ δὲ ὄμματα ἔσϊω μεγάλα, μετέωρα, καθαρὰ, λαμπρὰ, ἐκπλήτϊοντα οἷα τῶν Παρδάλεων, ἢ Λεόντων, ἢ Λυγκῶν· δεύτερα ἐπὶ τούτοις τὰ μέλαινα, εἰ τύχοι ἀναπεπϊαμένα τε καὶ γοργὰ ἰδεῖν· τρίτα δὲ τὰ χαρωπά. οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ χαρωπὰ φαῦλά ἐσϊιν· οὐδὲ φαύλων κυνῶν ξύμϐολα εἰ καὶ ταῦτα τύχῃ καθαρὰ καὶ γοργὰ ἰδεῖν. Id eſt: *Que les yeux ſoient grands, élévés, nets, brillants, capables d'imprimer la crainte à celui qui les fixe. Les meilleurs ſont ceux qui ſont pleins de feu, qui lancent des éclairs, comme font ceux des Panthères, des Lions & des Lynx.*

Les yeux noirs n'ont que le ſecond rang. On peût placer au troiſieme les yeux un peu clairs (τὰ χαροπά), *car ces yeux ne ſont point l'indice d'un mauvais chien, ſurtout quand ils ſont nets & vifs.* Idem autor, capite ſequenti, nos docet, ſibi canem fuiſſe, cui erant oculi hocce colore, præſtantiſſimiſque dotibus præditum; tam enim curſu velox erat & ad venationem acer, ut quatuor unoquoque die lepores caperet. Quippe tantæ facultates, naturæ benignitas, amor erga dominum ſingularis huic cani meruere, domini judicio, ut ejus nomen ad ſeram perveniret poſteritatem, quæ non erit ignara *Xenophonti Athenienſi* (quod eſt genuinum Arriani nomen) *canem fuiſſe, nomine Hormen, velociſſimum, ſagaciſſimum & ſacerrimum.*

v. 404. οὔατα βαιά. Scriptores qui de canibus venaticis ſcripſerunt, quod ad aures ſpectat, multum inter ſe diſcrepant. Illas breves & tenues volunt, ut Oppianus, Xenophon & ejus deſcriptor J. Pollux. ὦτα μικρὰ, λεπτὰ, ψιλὰ ὄπισθεν, inquit Xenophon Cyneg. pag. 571. lin. 1. Arrianus vero cap. 5. ὦτα δὲ μεγάλα ἔστω ταῖς κυσὶ καὶ μαλθακὰ, ὥστε ὑπὸ μεγέθους καὶ μαλακότητος ἐπικεκλασμένα φαίνοιτο· οὕτως ἂν εἴη κράτιστα. Gratius jam laudatus (402.) ait: *hirtæ ſint frontibus aures*; ubi Janus Vlitius contendit corruptum eſſe Xenophontis & Pollucis textum & legendum eſſe μακρά. Sed explanandus eſt Xenophon potius, quam temere emendandus. Fortaſſe μικρὰ ὦτα in canibus voluit, ne eorum caput, quod jam leve dixit, nimirum prælongis auribus gravaretur. Arrianus vero diverſam in ſententiam abit, fortaſſe quia jam ejus tempore mutata erat conſuetudo. Exemplum eſt in re ſimillima conſuetudinis variantis. Hodie canum villaticorum aures plerumque ferro reciduntur, alius mos invaluerat tempore Varronis & Columellæ, quod patet ex eorum canis villatici deſcriptione, Varro de R. R. Lib, 2. cap. 9. & Columell. Lib. 7. cap. 12. Vide notam 431.

v. 406. δειρὴ μηκεδανή. E Xenophonte deſumptum Cyneg. pag. 571. lin. 1. τραχήλους μακροὺς, ὑγροὺς, περιφερεῖς, στήθεα πλατέα, μὴ ἄσαρκα. Eadem verba ſunt in Polluce & apud Arrianum cap. 5. pag. 197.

v. 407. τῶ πρόσθεν δέ. Xenophon ſcholiaſtis Oppiani officio fungetur, σκέλη πολὺ μείζω τὰ ὄπισθεν τῶν ἔμπροσθεν.

v. 408. δολιχήρεες ἱστοί. ἱστὸς proprie de *malo navis*, hîc de *tibia*, ut Latini vocant, dicitur. Vlitius ad Gratii verſum 278. ita Oppiani verſum latine reddidit:

Et recta & longis extantia crura lacertis.

v. 409.

v. 409. ἐπικάρσια ταρσά. ταρσὰ hîc deſignat coſtarum ordinem quam recte Oppianus vult obliquam, id eſt arcuatam & carinatam. Nam ut ait Plinius H. N. Lib. 11. cap. 37. ad finem: *pectus homini tantum latum reliquis carinatum.* Et Nemeſian. Cyneg. 109.

Multamque gerat ſub pectore lato
coſtarum ſub fine decenter prona carinam.

v. 410. ὀσφύες εὐσαρκεῖ. Oppiano conſentiunt omnes.

v 411. στριφνή. Parum abeſt quin reſcribam στιφρὴ, quo uſus eſt Xenophon p. 571. de cruribus canis loquens, quæ debent eſſe ὀρθὰ καὶ στιφρὰ, *recta & dura.* Vide quoque Pollucem Lib. 5. ſegm. 57. Ad caudæ vero longitudinem quod attinet ſententiam, noſter ſequitur Xenophontis & Arriani cap. 5. Gratius tamen aliter de cauda cenſet eamque vult brevem v. 272. Gratium probat Rittershuſius, qui a Jano Vlitio merito refellitur.

v. 414. θοῦροι δ᾽ αὖθ᾽ ἕτεροι. Noti ſunt iſti ſub nomine *Dogues de forte race*, vel *Bulldogs*, ut vocant Angli, id eſt, canes ad tauros aggrediendos idonei. Tales erant, qui ab antiquis nominabantur canes Indici & Albani, eoſque ab Oppiano deſignatos recte judicat Bodinus Oppiani ante Rittershuſium interpres; mirum enim eſſet poëtam alto obruiſſe ſilentio præſtantiſſimum illud canum genus; & ad ferarum maximarum venationem aptiſſimum. Indicorum canum naturam, indolem, animum & vires celebrat Ælianus de Nat. Anim. Lib. 4. cap. 19. quem vide omnino, & Lib. 8. cap. 1. eoſdem canes prædicat ad ferarum veſtigia detegenda maxime idoneos, eorumque originis e tigride & cane deductæ fabulam memorat, minime vero credit, Ariſtotelis nihil contra dicentis autoritatem laudat, ſed Ariſtoteles eadem referens in Hiſt. Animal. Lib. 8. ad finem capitis 28. & Generat. Anim. Lib. II. cap. 7. nullam eis fidem adhibere ſe ſatis teſtatur. Indicos canes ad venationem apri commendat Xenophon Cyneg. pag. 579. lin. 15. De canibus iſtis agitur apud Strabonem Lib. 15. pag. 481. lin. 46. & eorum animum & vires maximis extollit laudibus; narrat olim Alexandrum quinquaginta & centum accepiſſe a Sopithe Indiæ rege, duoſque contra leonem commiſiſſe, qui victoriam retulerunt. Conf. in hanc hiſtoriolam Diod. Sicul. Lib. 17. pag. 561. Plinium H. N. Lib. 9. cap. 2. Solinum cap. 15. Plutarchum de Solertia Anim. pag. 970. F. Pollucem 5. ſegm. 43. & 44. & Manuel. Philen. pag. 148.

v. 415. ἐπέχραον. Quam appoſite Homeri verba ſibi vindicat Oppianus. Ex Iliade L. 16. v. 352. ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον.

v. 445. ἀκούῃ. Nota ſingulare verbum cum nomine plurali maſculino genere conjunctum. De hoc ſchemate diximus ad verſum hujus libri 62.

v. 448. ἠθάδιοι, φίλιοί τε. Canum erga homines amoris & fidei hiſtoriolas vide in hiſtoriis J. Tzetzæ Chil. 4. a verſu 157. uſque ad 288.

v. 450. σιγὴ τέθμιός ἐστι. Silentium quoque præcipit Xenophon, ne vocem audientes feræ aufugiant. Cyneget. pag. 575. lin. 5. Eadem eſt ſententia in Ἁλιευτ. Lib. 3. v. 429.

σιγὴ γὰρ πάσῃσιν ὀφέλσιμος ἔπλετο θήραις.

v. 456. & 457. οὕνεκα καὶ νιφετοῖσι. Magis appoſitum huic loco ſcholion vix erit quam locus Dionis Chryſoſtomi in Euboico p. 70. ex edit. Aldina. καὶ τῆς θήρας ἡ χειμερινὴ ῥᾴων ἐγίγνετο τὰ γὰρ ἴχνη φανερώτερα ὡς ἂν ἐν ὑγρῷ τῷ ἐδάφει σημαινόμενα ἡ δὲ χιὼν καὶ πάνυ τηλαυγῆ παρέχει ὥστε οὐδὲν δεῖ ζητοῦντα πράγματα ἔχειν κ. τ. λ.

v. 458. τετυπασμένα. Mutare noluimus; τυπάζω enim eſt apud Heſychium.

v. 459. φθινόπωρον. Alii μετόπωρον. Noſtrum eſt e cod. Vat. Differunt inter ſe, ut mihi videtur, μετόπωρον & φθινόπωρον. Hoc enim extremum indicat autumni tempus; illud medium, quo minime nondum ſenectute herbæ conficiuntur, ut ait noſter, immo plurimæ virent, multæ tunc renaſcuntur novoſque germinant flores, multæ tunc primum calycem aperiunt; omnino itaque reponendum erat φθινόπωρον, ut rectius veri opponeretur.

v. 464. ὄσμην πρεσβύτειραν. Corrupta videtur ultima vox, cujus loco nihil habeo quod ſubjiciam. Cl. Schneider dedit ex verſu præcedenti 253. ἡγήτειραν, ſed a veteri ſcriptura nimis recedit.

v. 468. ἔστι δέ τι σκυλ. Non alii ſunt iſti quam canes corpore ſubmiſſo, cruribus contortis, quoſque vocamus gallice *Baſſets à jambe torſe.* Maxima eis eſt ad venandum in ſaltibus ſagacitas. Nemeſianus eos indicat, & e Britannia oriundos. Duce noſtro, dicit. Cyneg. v. 124.

Diviſa Britannia miſit
veloces noſtrique orbis venatibus aptos.

v. 470. Βρετανῶν αἰολονώτων. Veteres Britanniæ populi *Picti* a Romanis dicebantur, & αἰολόνωτοι ab Oppiano nuncupantur, ex eo quod corpus totum herbæ cujuſdam ſucco cæruleo inficiebant. Herba vero eſt, quæ a Græcis nominatur ἰσάτις, a Romanis

vitrum & a Gallis *glaſtum*. Eandem eſſe ſuſpicor ac *herbam luteam* Dalecampi, quam gallice vocamus *la gaude* & *reſedam Plantaginis folio* Linnei. De iſto Britannorum more ſic Jul. Cæſar de Bello Gallico Lib. 5. pag. 171. edit. Varior. 1670. *Omnes vero ſe Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem, atque hoc horribiliori ſunt in pugna adſpectu.* Et Herodianus in Severo pag. 83. τὰ δὲ σώματα στίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν· ὅθεν οὐδ' ἀμφιέννυνται ἵνα μὴ σκέπωσι τοῦ σώματος τὰς γραφάς.

v. 471. Αγασσαίους. Guil. Cambden in Hiſt. Angliæ pag. 190. contendit Agaſſæos canes eoſdem eſſe, quos hodie Angli vocant *a Gaze hund*; ſed cl. Schneider multum dubitat in Animadv. an articulus *a* adeo ſit antiquus in lingua Britannorum. Vlitius ad Nemeſiani Cyneg. v. 124. cenſet Agaſſæos nunc ab Anglis nominari *Beagles*. Vide J. Kaii Diſſert. de Canibus Anglis, editioni Gratii & Nemeſiani a Burmanno adjunctam.

v. 481. καί τις ἐπακτήρων. Non de aliis hîc agitur, ſed Agaſſæis ipſis. Jam recte animadvertit J. Vlitius in Nemeſiani Cyneg. verſ. 124.

v. 486. ἀμφὶς ἑλίσσων. Homerica eſt locutio in Iliade Lib. 18. verſ. 309.

οἶσθα γὰρ εὖ περὶ τέρμα θ' ἑλισσέμεν.

Locus eſt apud Ælianum Lib. 13. cap. 14. Hiſt. An. jam a clar. Schneidero laudatus, quique huic Oppiani verſui conferri digniſſimus videtnr. Leporis curſum ſic deſcribit: δρόμον δὲ ἕνα καὶ ἰθὺν οὐ θεῖ, δεῦρο δὲ καὶ ἐκεῖσε παρακλίνει, καὶ ἐξελίττει τῇ καὶ τῇ ἐκπλήττων τὰς κύνας καὶ ἀπατῶν.

v. 489. νοστήσας — παλίσσυτος vel παλίνορσος, Homericum eſt, ut obſervat Bodinus:

ἀλλ' οὐ μὲν παλίνορσοι ἐς ἑλλάδα νοστήσαντες.

ἀγινεῖ Jonicum pro ἄξει, ut apud Homerum Odyſſ. Lib.

ἠνίκ' ἀγινεῖς αἶγας μνηστήρεσσιν.

v. 494. ὡς δ' ὅτε τις. Simile ex Homero deſumptum. Iliad. Lib. 11. verſ. 269.

ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα
δριμὺ τό, τε προϊεῖσι μογοστόκοι εἰλείθυιαι.

v. 496. λῦσεν δ' ἀπό. Non ſpernenda videtur cod. Reg. B. lectio:

λῦσεν δ' ἀπὸ δαίδαλον ἱστόν.

v. 503. ἐρεείκει. Quanta ſolertia Pſeudo-Oppianus, barbarus

hujuſce poëmatis autor, genuinum Oppianum imitatur, qui in Ἁλιευτ. Lib 4. v. 274.

ἠΰτ᾽ ἐπ᾽ ἴχνος
κνωσσίου εὐρίνοιο κυνὸς μένος, ὅστ᾽ ἐν ὄρεσσι
θηρὸς ἀνιχνεύει σκολιὴν βάσιν ἐξερεείνων
ῥινὸς ὑπ᾽ ἀγγελίῃ νημερτεῖ.

Uterque, fatendum eſt, optimis ex fontibus hauſit. Nam ἐρέω eodem ſenſu bis apud Homerum occurrit, præcipue in Odyſſ. Lib. 17. v. 128.

κνημοὺς ἐξερέῃσι καὶ ἄγκεα ποιήεντα.

v. 507. κνυζεῖ τε κεχαρμένος. κνυζέω, *gannio*, proprie de canibus queribundum ululatum edentibus, Henr. Steph. in theſauro. Diverſa autem voce canum cognoſcit venator, quo adducta ſit venatio, an leporem inveſtiget canis, an inveniat, an proſequatur, an ceperit, ut in loco huic accommodatiſſimo animadvertit Porphyrius περὶ ἀποχῆς Lib. 3. §. 5. pag. 227. ὁ γοῦν Κυνηγέτης ἀπὸ τῆς ὑποκρίσεως ᾔσθετο τοῦ κυνὸς ὑλακτοῦντος νῦν μὲν ὅτι ζητεῖ τὸν λαγών, νῦν δὲ ὅτι εὗρεν, νῦν δὲ ὅτι διώκει, νῦν δὲ ὅτι ἐλαβεν, καὶ πλανωμένου, ὅτι πλανᾶται.

v. 520. ἠὲ δράκοντι συρικτῇ. Illud quoque ex Homero fluxiſſe videtur, qui in Iliad. Lib. 22. v. 93.

ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσι.

v. 523. ἢν δὲ τυχήσῃ. Solœca erat editorum lectio εἰ δὲ τυχήσῃ. Nam cum εἰ omnino legendum erat τυχήσοι.

v. 538. κόλποισι θέτο θῆρα. Arrianus de Venat. cap. 19. Venatori præcipit, ut cani prædam afferenti blandiatur: ἔχουσαν δὲ τὴν κύνα, ἢ καὶ ἄλλως κρατήσασαν τῷ δρόμῳ καταπηδήσαντα ἀπὸ τοῦ ἵππου καταψᾶν· χρὴ ἐπευφημοῦντα καὶ τὴν κεφαλὴν φιλεῖν, καὶ τὰ ὦτα ἀποκλινεῖν κ. τ. λ. χαίρουσιν γὰρ ἐπαινούμεναι καθάπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ γενναῖοι.

ANIMADVERSIONES
IN
OPPIANI
ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΩΝ
LIBRUM SECUNDUM.

Verſ. 1. Νῦν δ' ἄγε μοι. Idem eſt tertio Ἁλιευτ. libro initium. Seipſum enim amat Oppianus imitari.

v. 2. δίδυμον γένος Ἀπόλλωνι. Tertio pro ſecundo caſu, non barbarorum ſed Colophonenſium more, quorum dialectus dativum pro genitivo ſolet uſurpare, ut docet Lesbonax Grammaticus περὶ σχημάτων pag. 181. in edit. Ammonii Valckenariana. Hunc Joniſmum ab Atticis Poëtis in ſcenam Atticam adductum vid. apud Æſchyl. Perſ. v. 208. δρόμῳ πτέροις ἐφορμαίνοντα pro δρόμῳ πτέρων, & v. 949. Darius ita loquitur :

δέδοικα μὴ πολὺς πλούτου πόνος
οὔμος ἀνθρώποις γένηται τοῦ φθάσαντος ἁρπαγή.

Pro τοῦ φθάσαντος τῶν ἀνθρώπων, ut recte declarat egregius Schutzius in hunc Æſchyli locum Jam eodem ſchemate uſus eſt noſter in 1. Lib. v. 240. γένος ἵπποισι, pro γένος ἵππων.

v. 5. Φολόης. Pholoë mons eſt Arcadiæ prope Olympiam ſitus. Vid. Strabon. Lib. 8. pag. 246. Nomen ducit e Centauro Pholo, qui cognatos Centauros ab Hercule interfectos ſepeliens, ſemetipſum ſagitta venenata vulneravit, eam e corpore Centauri cujuſdam extrahere conatus. Pholo mortuo, illum Hercules ſub montem humavit, abhinc Pholoën nominatum. Diodor. Sic. Lib. 4. pag. 220. A. & 221. C. Solita erat Centaurorum commoratio. Ad hunc montem e Pelione migraverant, poſtquam eorum plerique in Pirithoi nuptiis propria petulantia fuerant interfecti, ſi fides debetur Pindari ſcholiaſtæ ad Pythic. 2. v. 84. Etenim frequentius

dicuntur apud autores in Pelio commorari, ibique teſte Pindaro Pyth. 3. v. 7. regnabat Chiron, quem primum ob ejus inſignem æqui amorem venationis arte donaverunt Apollo & Diana, cujuſque diſcipulorum nomina recenſet Xenophon Cyneget. initio. Centauros Oppianus vocat φῦλα θηρομιγῆ, ad Euripidis exemplum qui eos in *Ione* v. 1161. dicit μιξοθῆρας φῶτας. Conf. Philoſtrati Icon. Lib. 2. cap. 3. & Luciani Zeuxim. Tom. I. pag. 843. Etſi fabuloſum animal ab ipſis veteribus Centaurus dicatur, Plinium tamen non puduit in Lib. 7. c. 3. affirmare, Centaurum in melle ſervatum ex Ægypto Romam Claudio Cæſari allatum ipſiſſimis oculis vidiſſe. Ergone ſic hiſtoria naturæ conſcribenda erat?

v. 6. ἐπ' ἰξύας. Cl. Schneider ex ingenio poſuit ἰξὺν, ne fortaſſe barbare loquatur Oppianus, vel ne ultima brevis in ἰξύας eſſe non poſſit, ſed nec in quantitatem, nec in linguam peccavit noſter. Cujus rei teſtis eſt ſat idoneus Apollonius Rhod. Lib. 4. v. 949. Deinde vero rectius ἰξυόθεν pro ἰξυόφιν ab eodem excogitatum eſt, conſentiente illuſtriſſ. Brunckio.

v. 7. ἐπιδόρπιον, *ad cœnam utilem, cœnæ dapes præbentem.* Etenim ut ait Euripides Hippolyt. v. 109.

τερπνὴ ἐξ κυναγίας τράπεζα πλήρης.

Vocem ἐπιδόρπιον eodem ſenſu quo noſter uſurpat Theocritus in Idyll. 13. v. 36.

v. 8. αὐχὲν ἀμέρσας, *amputavit.* Eadem ſignificatio cum eodem caſu invenitur apud Euripidem Hercul. Fur. v. 397.

χειρὶ καρπὸν ἀμέρξων.

& in Leonidæ Tarent. Epigrammate 88.

εἴαρι δὲ πρώτῳ λειμώνιον ἄνθος ἀμέρσας
χωρίτης ςεφέτω τύμβον ἐμὸν ςεφάνῳ.

Unde colligitur parum recte ab Henr. Steph. doceri in Theſauro Tom. 2. pag. 858. huic verbo ſignificationem *privare* ineſſe tantum ut cum genitivo adjungatur. De Perſeo Γοργονοφόνῳ ſic Euripides in Electra v.

Περσέα λαιμοτόμον ὑπὲρ ἁλὸς
ποτανοῖσι πεδίλοι-
σι φυὰν γοργόνος ἴσχειν.

Sed Perſea nulli veterum, opinor, præter noſtrum agnoſcunt, & unde hanc de Perſeo doctrinam acceperit me prorſus ignorare fateor; haud enim eum inter Chironis diſcipulos Xenophon recenſet. Phœnices, non Græci, venationis inventores ſunt, juxta vetuſtiſſimum, ut ajunt, auctorem Sanchouniaton apud Euſebium in Præparatione Evangelica Lib. 1. pag. 35. edit. Vigeri. χρόνοις δὲ

ὕϛερον πολλοῖς ἀπὸ τῆς Υψουρανίου γενεᾶς, γενέσθαι Αγρέα καὶ Αλιέα τοὺς ἀλείας (lege ἁλιέας) καὶ ἄγρας εὑρετας ἐξ ὧν κληθῆναι ἀγρευτὰς καὶ ἁλιεῖς. Horumce Phœnicum nominum cum Græcis appellationibus convenientiam & ſimilitudinem ſane miraberis, ſed iſtam Sanchouniatonis hiſtoriam meram eſſe fabulam a Philone Byblienſi confictam, quibuſdam circumſtantiis accommodatam, & Græcorum antiquitatis extenuandæ cauſa excogitatam, Sanchouniatonem vero nunquam extitiſſe firmiſſimis argumentis demonſtrare ad aliud tempus differo; nunc ad venationis inventores redeo, inter quos haud immerito nominatur Ariſtæus paſtor, qui non venationem tantum reperit, ſed venationis inſtrumenta, retia & varos; ita de eo Nonnus in Dionyſiacis Lib. 5. pag. 152. longior fortaſſe locus videbitur, ſed ad rem noſtram omnino pertinet, & Nonni opus ob nimiam raritatem paucorum venit in manus:

κεῖνος ἀνὴρ πρώτιϛος ὀρίδρομος ἅλματι ταρσῶν
εὗρε Φιλοσκοπέλοιο πόνον κεμαδοσσόον ἄγρης·
πῶς νοερῷ μυκτῆρι παρὰ σφυρὰ φορβάδος ὕλης
θηρὸς ἀσημάντοιο κύων μαντεύεται ὀδμὴν,
ὄρθια ὀξυκέλευθον ἐπὶ δρόμον οὔατα τείνων·
καὶ δολίης δεδάηκε πολύπλοκα δίκτυα τέχνης
καὶ πλαλίκων τύπον ὀρθὸν· ὑπὲρ ψαμάθοιο δὲ θηρῶν
πρωϊον ἀτρεπῆ κεχαραγμένῳ (lege — νον) ἴχνος ἀρούρης,
καὶ ποσὶν ἐνδρομίδας θηρήτορα φῶτα διδάξας,
ἄσχετον αἴσσοντα κυνοσσόον εἰς δρόμον ἄγρης
πέπλα φαεινομένης ἐπιγουνίδος ἄχρι φορῆσαι,
μή ποτε θηρητῆρος ἐπειγομένου ποδὸς ὁρμὴ
ἂψ ἀνασειράζοιτο καθιεμένοιο χιθῶνος.

Cretenſes ad Curetas venationis excogitationem referebant teſte Diodoro Sic. Lib. 5. pag. 334.

v. 9. Ζηνὸς χρυσείοιο παῖς. Feſtive Lucianus in Jove Tragœdo pag. 644. εἰκὸς γοῦν, inquit ad Jovem Juno, Δανάην τινὰ — εὐροντά σε ἀνιᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἔρωτος εἶτα βουλεύεσθαι — χρυσὸν γενόμενον ῥυῆναι διὰ τοῦ ὀρόφου εἰς τὸν κόλπον τῆς ἀγαπωμένης.

v. 12. Ὀρύγων. Ορυξ genus quoddam caprarum ſylveſtrium, de quibus dicemus ad verſum 446.

v. 14. Φαεσφόρος Κάστωρ. Caſtor *Lucifer* dicitur, ſive pro ſtella matutina habeatur, ſive pro igne marino poſt tempeſtatem per fluctus volitanti, & ſæpe malo navi aſſidenti, qui a nautis vocatur *Caſtor & Pollux*, ſeu *Helena*, quum unicus tantum apparet. Non obſcuro modo ad hoc alludit Lucianus de Mercede Conductis

pag. 652. quem videſis. De Dioſcuris eorum inſignibus & miniſteriis nemini quid dicere nunc fas eſt, cum res acta ſit a ſummo Hemſterhuſio ad Luciani Dialogum Deorum XXVI.

v. 17. ξυνοχῇσι. Ita certe legendum eſt. Hunc verſum ſe intelligere negat cl. Schneider, *quocumque te vertas*, inquit doct. ille vir, *nullus ex hoc loco ſenſus extorqueri poteſt.* In Animadv. pag. 254. & in Analect. crit. pag. 40. ξυναίξῃσι reſcribendum proponit, ex ingenioſa emendatione viri græce-doctiſſimi Larcheri, in cujus mentem non cadebat, quomodo equeſtris venatio inter ſylvas & locos arboribus refertos exerceri poſſit. Nam in vulgatis edition. excepta Turnebiana, ἐν ξυλόχοισι legebatur. Attamen, etſi noſtra lectio præſtantior videatur, non in vulgata ſenſus abeſt, ſi μεσημβρινοῖο δρόμοιο pro genitivo abſoluto accipias, ut recte intellexit doctiſſ. Larcherus. Præterea vero veteres equitantes intra ſylvas & dumeta feras agitare conſueviſſe conſtat ex innumeris ſcriptorum locis, atque ex ipſo præſertim Oppiano, in Lib. 1. verſ. 160.

οὐ μόνον ὅτι χερείονές εἰσι πόδεσσι
θηλύτεραι (ἵπποι) τελέειν δολιχὸν δρόμον ἐν ξυλόχοισι.

Nunc vero quotidie equeſtri venatione delectantur in ſylvis optimates Gallorum. Verumtamen lucidior ſenſus elicitur e ξυνοχῇσι μεσημβρινοῖο δρόμοιο, in *conflictibus meridiani curſus*, vel in *concurſibus meridianis.* Militare verbum eſt a multis uſurpatum, præcipue ab Apllonio Rhod. Lib. 1. verſ. 160. qui de Periclymeno:

Ποσειδάων δέ οἱ ἀλκὴν
δῶκεν ἀπειρεσίην ἠδ᾽ ὅ, ττι κεν ἀρήσαιτο
μαρνάμενος, τὸ πέλεσθαι ἐνὶ ξυνοχῇ πολέμοιο.

v. 18. πρὸς δὲ μόθους θηρῶν κύνας. Canes ad venationis opus primum condocefactos non a Polluce, ſed a Caſtore, & exinde *Caſtoridas* vocatos, docet Xenophon in Cyneg. cujus verba adduximus ad verſ. 369. Lib. 1.

v. 21. θοαῖς. Ope cod. Regii, & probante ill. Brunckio in notis manuſcriptis humaniter mecum ab eo communicatis, dedimus. Etenim ſæpiſſime, & ut ita dicam ſemper, femineo genere utuntur optimi ſcriptores, quotieſcunque de ſpecie vel de genere loquuntur. Multi ſunt hujus doctrinæ teſtes, quorum duos tantum a doctiſſ. viro ſupra laudato declaratos, adducam, Homerum in Odyſſ. Lib. 20. v. 14.

ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα,

& Antipatr. Sidon. ep. 88. Adde & Eurip. Hippolyt. v. 18.

κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαιρεῖ χθονός.

Nonnullis tamen illa græcorum ſcriptorum conſuetudo fraudi fuit, & quidem Græcis ipſis. Turpiter enim errat Ælianus, cum in Lib. 7. cap. 39. de Nat. Anim. ex quibuſdam Sophoclis & Euripidis verſibus, ut certiſſimo niſus argumento, contendit, revera cervas eſſe, quæ cornua cervorum more gerant. Ille quidem Tragicorum princeps, loco ab Æliano laudato, de cervo quocunque & in genere loquitur. Alter vero de cerva Iphigeniæ loco ſuppoſita, quæ ad fabulas, non ad rerum naturalium hiſtoriam pertinet; alioquin nihil vetat, quo minus de cervo, non vero de cerva, intelligatur. Idem dicendum de cerva cornibus aureis ornata & pedibus aheneis ab Hercule domita. Pindari teſtimonium & Anacreontis nullius in hac re ſunt momenti. Nam Poëtis quidlibet audendi ſemper fuit poteſtas, ut cum Flacco loquar. Sed paſſim apud Ariſtotelem femineum genus uſurpatur, cum de ſpecie agitur.

v. 23. Μελέαγρος. Notiſſima eſt Meleagri hiſtoria. Venator ab ab Homero & apri Calydonis interfector dicitur in Iliad. Lib. 9. verſ. 539.

τὸν δ' υἱὸς Οἰνῆος ἀπέκτεινεν Μελέαγρος
πολλέων ἐκ πολίων θηρήτορας ἄνδρας ἀγείρας.

v. 25. Ιππόλυτος. Quanta venationis arte floruerit Hippolytus ex multis patet, præcipue vero e Senecæ tragœdia Hippolyt. initio. A nullo tamen autore, quem ſciam, Hippolyto tribuitur retium & caſſium inventio. Gratius illorum autorem declarat Dercylon Arcadem in Cyneg. v. 100.

Arcadium ſtat fama ſenem quem Mænalus autor
& Lacedæmoniæ primum vidiſſis Amyclæ,
per non aſſuetas metantem retia valles
Dercylon.

Jam vidimus (v. 8.) retium inventionem Ariſtæo adſcriptam a Nonno.

v. 26. Αταλάντη. Meleagro & aliis heroibus ad venandum Calydonium aprum ſe comitem adjunxit Atalanta, primaque immanem feram ſagitta percuſſit, teſte Ovidio Metamorphoſeωn L. 8. v. 383. & Euripidis Scholiaſta ad Phœniſſas v. 155. Non omnes æque patrem Atalantæ Schœneum dicunt autores, ab Ovidio Jaſon nominatur & Jaſius a Callimacho, qui ſic Atalantam & ejus ad venationem dotes prædicat, Hymn. in Dian. v. 215.

ᾔνησας δ' ἐπὶ πάγχυ ποδορρώην Αταλάντην
κούρην Ιασίοιο συοκτόνον ἀρκασίδαο
καί ἑ κυνηλασίην τε καὶ εὐστοχίην ἐδίδαξας.

οὔ μιν ἐπίκλητοι Καλυδώνιον ἀγρευτῆρες
μέμφονται κάπροιο· τὰ γὰρ σημήϊα νίκης
Ἀρκαδίην εἰσῆλθεν, ἔχει δ᾽ ἔτι θηρὸς ὀδόντας.

Ex diverſo patris nomine collegit Tzetzes in hiſtoriis Chil. XIII. v. 935. non unam ſed duas extitiſſe Atalantas, quarum una Arcas erat, venatrix, Schœnei filia, & Parthenopæi mater; altera velocitate & palæſtricis ludis valens. Quidquid ſit, illa, de qua Oppianus, Atalanta, inter Dianæ Nymphas diu annumerata, virginitatem ſuam Melanioni libavit; (de Melanione vide Ariſtoph. Lyſiſtr. v. 781. ed. Brunckii) quamobrem irata Diana Atalantam ſagittis interemit, hoc eſt, eam ſubita morte periiſſe. Ad illud perſpicue alludit Euripides in Phœniſſ. loc. cit. ubi Antigone viſo Parthenopæo exclamat:

ἀλλά νιν ἁ κατ᾽ ὄρη μετὰ ματέρος
Ἄρτεμις ἱεμένα, τόξοις δαμάσασα
ὀλέσειε. Vide & v. 1115.

Plura de Atalanta vide apud Mythographos, Ælianum de Variis Hiſtor. Lib. 13. cap. 1. & Bibliothecam Apollodori Lib. 3. c. 9. Viri celeberr. Heynii Commentariis doctiſſimis nuper illuſtratam. In Catalogo mulierum, quæ venationis ſtudio floruerunt & virili animo claruerunt, nulla fuit ſane dignior, quæ laudetur, quam Nympha Cyrene a Pindaro celebrata in Pythica 9. quamque adverſus ingentem leonem nudis manibus dimicantem vidit & deperivit Apollo.

v. 29. Ὠρίων. Orionis hiſtoriam mythologicam pete ex Mythographis, præcipue Eratoſthenis Cyrenæi Cataſteriſmis cap. 32. nec non Natalis Comitis Mythologia Lib. 8. cap. 12. Non a paucis celebratæ ſunt Orionis ad venationem dotes eximiæ, ſed qui fuerint illi nocturni doli, quos primus reperit, quoſque cognoſcere operæ pretium eſſet, plane ignoramus. Fortaſſe dormientibus feris in ſylvarum receſſibus ignem admovebat aves inſolito flammæ ſplendore excitatas e ramis detrudebat. Sed multa hac venatione gigni incommoda ſuſpicari licet ex eo, quod, ut jam diximus ad Lib. 1. a Platone in legum 7. interdicta fuerit. De quantitate nominis Ὠρίων, in quo penultima hîc longa eſt, more Homerico Odyſſ. Lib. 5. v. 121. & Apollonii Rhod. L. 3. v. 744. Notandum eſt aliquando hanc ſyllabam eſſe brevem apud cæteros, ut in hoc Euripideo verſu

τά τ᾽ ἄστρα καὶ τὸν Ὠρίωνα δέρκομαι,

laudato ab autore inedito *Draconte Stratoniceo*, cujus opus περὶ μέτρων ποιητικῶν digniſſimum eſt quod lucem aſpiciat, præſertim ob primam operis partem περὶ χρόνων.

v. 34. οἷος μὲν γλυκύς. E Virgilio adumbratum videtur Eclog. V. 16.

Quale ſopor feſſis in gramine, quale per æſtum
dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere rivo.

v. 39. ψυχρὸν δ' ἐξ ἄντροιο. Simillimum locum vide quæſo in Ἀλιευτ. Lib. 1. a verſu 20. uſque ad 27. Eadem eſt in utroque ſententia iiſdem expreſſa verbis, eædem imagines iiſdem coloribus adumbratæ paulo aliter tantum inter ſe diſpoſitis. Eadem eſt ſtyli venuſtas idem character ab eadem denique manu uterque deſcriptus eſt, & ſolius eſt hominis κρονικαῖς λήμαις λημῶντος illud non videre. In verſu ſequenti dedit ex ingenio αὐτις cl. Schneider, quo ſenſu neſcio; ſi vero αὐτοῖς mecum ſcribere lubet, pellucidus locus, ut opinor, erit. *Quanta voluptas eos comitatur ſibimetipſis autumni melliti flores* (id eſt, fructus) *decerpentes*. Fructus enim quos noſmetipſi ex arboribus collegimus, dulcius ſapere videntur.

40. οἷον κεκμηῶσι — λοετρόν. Recte, nam ut ait Athenæus vel ejus Epitomes Scriptor Lib. I. p. 24. λουτρὰ ἄκη πόνων παντοίων. Sed ne barbarum illud κεκμηῶσι & linguæ analogiæ repugnans forte quis judicet, ſciat formam eſſe Jonicam, ab Homero non ſemel uſurpatam, ut in Iliade Lib. 6. 261.

ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

v. 42. γλυκεροῖς ταλάροισι. Ingenioſa admodum eſt ill. Brunckii, legentis γλαγεροῖς, conjectura. τάλαρος enim ab Heſychio exponitur κάλαθος ἐν ᾧ οἱ τυροὶ πήγνυνται. Intelligi tamen poteſt de caniſtris ad ferendos fructus idoneis, ut apud Homerum in Iliad. Lib. 18. v. 568.

πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον μελιηδέα καρπόν.

unde nihil mutandum duximus.

v. 44. μυρίον ἔξοχα νεῖκος. Taurorum prœlia in tertio Georgicωn libro cantat Virgilius, ex quo multa noſter deſumpſit. Ariſtoteles H. A. Lib. 6. cap. 18. nonnulla habet de pugnis, quas inter animalia amor ſuſcitat, præſertim inter tauros. Ariſtotelis verba deſcripſit Ælianus de Nat. An. Lib. 1. cap. 26. quod a diligentiſſimo Æliani editore Schneidero non animadverſum fuiſſe miror.

v. 46. τυραννεύων ὄχ' ἄριστος. In memoriam revocat Homericam de Calchante phraſin οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος, Iliad. Lib. 1. v. 69. deinde εἰς βασιλεὺς e verſu 205. Lib. 2. Iliad. deſumptum videtur. Tantum enim abeſt quin Oppianus barbare loquatur, contra vero ſæpiſſime ὁμηρίζει.

v. 50. ἀλλ' ὅτ' ἐπ' ἄλλῳ. Qua ratione cl. Schneider hæc elimi-naverit & ex ingenio dederit ἐπ' αὐτῷ nequeo hariolari; ſed illud affirmare poſſum, ejus emendatione prorſus intempeſtiva oppreſſam fuiſſe harmoniam verborum Græcis gratiſſimam, cujus multa ſunt apud autores exempla, præcipue in hocce Antimachi verſu, quem *Draco* Stratoniceus autor ineditus nobis ſervavit:

οἱ δὲ παρειδε πόνοιο νενευκασιν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ.

& Theocritus Idyll. 25. v. 88. & alii innumeri.

v. 51. πλατὺν αὐχένα τείων. Ita Statius:

Nodoſos humeros quatiens & colla ſuperba.

v. 54. ἀντίπρωρον ἐρέωντες. Sophoclea eſt locutio in Thrach. 227.

τὰ δ' ἀντίπρωρα δή σοι
βλέπειν πάρεστ' ἐναργῆ.

v. 56. καὶ πυρόεν πνείοντι. Virgilius de Equo in Lib. 3. Georg. verſ. 85.

volvit ſub naribus ignem.

ἀμῶνται, *metunt*, eodem ſenſu iterum occurrit in Ἀλιευτ. Lib. 1. verſ. 450.

τότε δ' οἱ μὲν ἀμησάμενοι πτερύγεσσι
ψάμματον.

Unde colligere eſt cum Rittersh. primam in ἀμάω ancipitem eſſe. Quid enim vetabat quin poëta reſcriberet:

καὶ πῦρ πνείοντι καὶ γαῖαν ποσσὶν ἀμῶνται.

Metaphora eſt deducta ex Palæſtra, unde illuſtratur Lucianus *de Gymnaſiis* p. 885. de luctatoribus ad pugnam ſe parantibus, ἐπαμῶνται τὴν κόνιν ἀλεκτρυόνων δίκην, *pulverem metunt vel ſpargunt Gallorum inſtar.* Prave enim vulgata verſio habet *accumulant.* Quis enim vidit unquam Gallos pulverem accumulantes? & Virgilius in Eclog. 3. v. 85.

paſcite taurum
jam cornu petat & pedibus qui ſpargat arenam.

& in XII. Æneidos v. 106.

& ſparſa ad pugnam proludit arena.

Præterea Plutarchus in libello de Solertia Animalium ſic deſcribit taurorum ad pugnam apparatus pag 966. C. πρῶτον οὖν ὀργῆ προθέσεις καὶ παρασκευὰς ταύρων ἐπὶ μάχῃ κονιομένων. Vide Q. Calabr. Paralipom. Lib. 4. v. 240.

v. 58. ὀξέα κεκληγόντες. Non aliter Homerus Iliad. Lib. 2. v. 222. ὀξέα κεκληγώς.

v. 59. σάλπιγξαν. Iterum ex Homero Iliad. 21. v.

ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανός.

v. 60. ἄσχετον αἴσσουσι. Totum hunc locum expreſſit e Georg. Virgil. Lib. 3. verſ. 220.

Illi alternantes magna vi prœlia miſcent
vulneribus crebris lavit ater corpora ſanguis
verſaque in obnixas urgentur cornua, vaſto
cum gemitu reboant ſylvæque & magnus Olympus.

& ex Æneid. Lib. 12. v. 715. nonnulla excerpſit:

Cum duo converſis inimica in prœlia tauri
frontibus incurrunt, ...
. . . .
illi inter ſeſe multa vi vulnera miſcent
cornuaque obnixi infigunt & ſanguine largo.
colla armosque lavant, gemitu nemus omne remugit.

Simillima eſt imago apud Papinium in Thebaid. Lib. 4. v. 399.

Ardua collatis obnixi cornua miſceant
frontibus, alternaque truces moriuntur in ira.

v. 62. οἷα δ' ἐνὶ πτολέμῳ. Eximia ſimilitudinis pulchritudo neminem ſane fugit.

v. 66. σπερχέμεναι. Verbum eſt quod de navium celeritate ſemper uſurpat Homerus, ut in Odyſſ. Lib. 13. v. 115.

ἡ μὲν (νηῦς) ἔπειτα
ἠπείρῳ ἐπέκελσεν, ὅσον τ' ἐπὶ ἥμισυ πάσης
σπερχομένη.

Et ut ſummatim dicam, Homericis dictionibus ſcatet totus Oppiani locus iſte, quas ſingulas enumerare tædioſum ſane foret; væ! cui non perſpiciuntur; audi, lector, ſi tibi ſunt aures, quam felici & numeroſq verborum concentu res ipſa exprimitur!

περιβρέμεται κλύπος ἀνδρῶν
νηῶν τ' ἀγνυμένων.
. . . .
θεινόντων ἄμοτον καὶ θεινομένων.

Homericum ipſum vincit ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων.

v. 71. φίλην. Non ineptum, nec παραπληρωματικὸν eſt epitheton, ut exiſtimabat vir alioquin rerum exiſtimator doctus & admodum intelligens, qui tamen κλυτὴν reſcribere malebat. Hïc vero φίλην indicat, amantem hac victoria votorum ſuorum compotem, venereis voluptatibus diu exoptatis tandem frui. Unde in gallica verſione dedimus: *une victoire longtems douteuſe & chere à ſes déſirs.*

v. 72. αἰσχρ' ὅ γ' οὔτι φέρει. Ælianus in libro de Nat. Anim. Lib. 6. cap. 1. hunc Oppiani locum adeo fideliter expreſſit, ut

vice ſcholii illius verba deſcribi commode poſſint: ταῦρος δὲ ἡγεμὼν τῆς ἀγέλης, ὅταν ἡττηθῇ ἡγεμόνος ἄλλου ἑαυτὸν ἀποκρίνει εἰς χῶρον ἕτερον καὶ ἑαυτῷ γίνεται γυμναστὴς, καὶ ἀθλεῖ πᾶσαν ἄθλησιν, κονιάμενος, καὶ τοῖς δένδροις τὰ κέρατα προσαναθρίζων, καὶ θηλεεῶν βοῶν ἀπεχόμενος. Noſter vero e Virgilio, more ſuo, deſumpſit, Georg. Lib. 3. v. 224.

Nec mos bellantes una ſtabulare, ſed alter
victus abit longeque ignotis exulat oris
multa gemens ignominiam, plagasque ſuperbi
victoris.

Nec diſſimilia ſunt in Lucano de Bello Civ. Lib. 2. v. 601.

Pulſus ut armentis primo certamine taurus
ſylvarum ſecreta petit vacuosque per agros
exul in adverſis explorat cornua truncis.

& apud Papinium Thebaid. Lib. 2. v. 328.

Veluti dux taurus amata
valle carens, pulſum ſubito quem gramine victor
juſſit ab erepta longe mugire juvenca. &c.

v. 78. ἐπιστμαραγήσει τε δρυμῶν. Agnoſcitur Virgilianum:

gemitu nemus omne remugit.

Eandem vero ſententiam pleniori ore dedit Homerus in Hymn. ad Dianam v. 7.

τρομέει δὲ κάρηνα
ὑψηλῶν ὀρέων, ἰαχεῖ δ' ἐπὶ δάσκιος ὕλη
δεινὸν ὑπὸ κλαγγῆς θηρῶν.

v. 80. αὐτὸς ἱκάνει. Minime otioſa vox eſt αὐτὸς, idem valet ac αὐτόματος, μηδενὸς προκαλέζοντος, ut apud Homerum Iliad. Lib. 17. verſ. 254.

ἀλλά τις αὐτὸς ἴτω.

& Callimachum in Apollin. v. 6.

αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλίνεσθε πυλάων,
αὐταὶ δὲ κληῖδες.

Vide Dukerum ad Thucydidem Lib. 3. n. 65. ab Oppiano uſurpatur eodem ſenſu Ἁλιευτ. Lib. 1. v. 33. & Lib. 4. v. 124. ut jam annotavit Pierſonius *Veriſimilium* Lib. I. cap. 3. pag. 38. Attamen lectio Vat. Cod. εὐθὺς haud improbanda mihi videtur.

v. 84. Αἰγύπτου. Cl. Schneider erravit aſſerens, illuſtr. Brunckii emendationem, quam valde probandam judico, firmari cod. Reg. ubi non αἰγύπτιοι, ut credidit, legitur, ſed Αἰγύπτου. Res eſt parvi, ſed oſtendit quanta incuria a Schneidero collatus fuerit ille codex, præterea minime licet falſa autoritate emendationes

cujuſvis

cujuſvis fulcire. Quod tamen non ſemel clar. Schneidero (nolenti ſane, ſed humanitus quid, ut credimus, patienti) accidit.

v. 86. *χιόνεοι χροιήν*. Non ſolum albos tauros Ægyptus nutriebat; erant & alii diverſo colore. Albi vero multo cæteris pretioſiores habebantur, quique nulla macula deturpabantur, inſigni honore dignabantur ad aras jugulati procumbere, quam ob rem valde attente intuebantur, juxta ritus ab Herodoto expoſitos Euterp. cap. 38. ne quid maculæ ſcrutantium ſagacitatem lateret. Ex hiſce etiam niveis tauris unus perſonam induebat Dei Apidis, quem ſancta Ægyptiorum gens ſummo cultu venerabatur. Vide Ælian. de Nat. An. Lib. II. c. II. & Diod. Sicul. Lib. I. p. 119. Quod ad mitem horum animalium indolem attinet cum Oppiano mire convenit Ælian. de Nat. Anim. Lib. 7. cap 4. *ἴδιον δὲ ἄρα ἦν ταύρου καὶ τὸ εὐπειθὲς, ἡμερωθέντος τε καὶ ἐς τὸ πρᾷον ἐκ τοῦ θηριώδους μεταβαλλομένου. μένουσι γοῦν ἐπὶ τὸ φέρετρον ἀκίνητοι, εἴτε ὑπτίους αὐτοὺς ἐθέλοις ἀτρεμεῖν, εἴτε ἐπὶ στόμα ὀκλάσαντας τοὺς προσθίους, καὶ ἐπὶ τοῦ τένοντος φέροντας ἢ παῖδα ἢ κόρην.* Illa vero comparatio bovis cum nave minime abſurda videbatur iis qui non ſunt ignari eodem vocabulo, *taurum* & *navem* apud gentes orientales deſignari. Præſertim verbo Syrorum אלפא, duplex ineſt *navis* & *bovis* ſignificatio; ad quam ſane alludens Moſchus in Idyll. 2. verſ. 202. Europam inducit dicentem:

> *δεῦθ᾽ ἑτάραι φίλιαι καὶ ὁμήλικες ὄφρ᾽ ἐπὶ τῷδε*
> *ἑζόμεναι ταύρῳ τερπώμεθα, δὴ γὰρ ἁπάσας*
> *νῶτον ὑποστορέσας ἀναδέξεται οἷά τε* ΝΗΫΣ.

Quem Moſchi locum ſummus Valckenarius in præſtantiſſima ſua Bucolicorum Poëtar. gr. editione, emendatione indigere exiſtimans, tentabat *οἷά τ᾽ ἀπήνη*: ſed hunc Principem Criticorum, ſi forte in noſtras animadverſiunculas oculos conjicere non dedignatur, ſententiam mutaturum confido, & vulgatam lectionem *Νηῦς* recte ſe habere confeſſurum. Etenim illam inter bovem & navem ſimilitudinem declarat Artemidorus in Oneirocritico Lib. 2. cap. 12 *ἔοικε γὰρ*, inquit, *τῷ ἱστῷ, καὶ τῷ καταστρώματι τῆς νεὼς ὅλης διὰ τὰς βύρσας καὶ τὰ κέρατα.* *Similis eſt* (bos) *malo navis & toti ipſius ſtructuræ ob coria & cornua.*

v. 90. *Φρύγιοι*. Duplex eſt iſtis indicium. Primum, quod tuberem in vertice gerant, (nam hic *κόρυμβος* *cacumen*, *eminentia* ſignificat). Secundum, quod cornua ſponte ſua attollant & demittant Illud quidem ad fabulam multum accedere, mihi videtur, etſi aliorum ſcriptorum teſtimonio non careat, Ariſtotelis Hiſt. An. Lib. 3. cap. 9. pag. 804. C. *τὰ δὲ κέρατα προσπέφυκε μᾶλλον τῷ δέρματι ἢ τῷ ὀστῷ, διὸ καὶ ἐν Φρυγίᾳ εἰσὶ βόες, καὶ ἄλλοθι*

κινοῦσαι τὰ κέρατα ὥσπερ τὰ ὦτα. Agatharchidis de tauro carnivoro apud Photium Myriob. pag. 1363. Plinii Lib. 11. cap. 37. Antigonii Caryſtii Mirabilium Synagoge cap. 81. & Æliani, eadem dicentis de tauris Erythræis, in Lib. 2. cap. 20. de Nat. An. Primum vero indicium quibuſdam taurorum generibus convenit, peculiariter ſpecie *zébu* nominata & ab illuſtr. Buffon deſcripta in Tom. 5. pag. 119. Hiſtoriæ Nat. Sed minor eſt ille taurus quam cui congruere poſſit Oppiani deſcriptio. Rectius ſane illam referes ad tauros Syriacos & Caricos, de quibus ita Plinius Lib. 8. c. 45. *Syriacis non ſunt palearia, ſed gibber in dorſo. Carici quoque in parte Aſiæ fœdi viſu, tubere ſuper armos a cervicibus eminente, luxatis cornibus, excellentes in opere narrantur.* Hinc, quanquam nihil certe de Phrygiacis tauris affirmare liceat, compertum tamen videtur, genus illud ad Biſontis & Bonaſi, de quibus nos modo, ſpeciem multum accedere, & ita ut, ſi jubati dicerentur, pro eodem fortaſſe genere eſſet habendum.

v. 94. ὑπὲρ κεφαλῆσι. Ne ὑπὲρ cum dativo ſit conjunctum vetantibus græcæ Grammatices legibus reſcribe:

σὺ γάρ τοι κρατερῆφιν ὑπὲρ κεφαλῆφι πέπηγε.

κεφαλῆφι eſt in cod. Reg. A.

v. 96. Μώνυχες Ἀόνιοι. Quæ iſtis ab Oppiano tribuuntur indicia, ungula unica, cornu in media fronte creſcens, nullo modo cum tauris congruere poſſunt. Tales eſſe dicuntur Monocerotes, commentitium animal ab antiquitate decantatum, quodque nos hodie vocamus *la Licorne.* De bobus Aoniis Monocerotis Oppiani ita Bochartus in Hierozoico perte Lib. 3. pag. 932. „ Aonii, „ id eſt Bœotii. Nulli enim Aones alibi quam in Bœotia, in qua „ ſi qui fuerunt hujuſmodi boves, quomodo id intactum præterie- „ runt Dicæarchus, Strabo, Pauſanias, alii qui Bœotiam tam ac- „ curate deſcripſerunt & Ariſtoteles in eximio de Animalibus „ opere — Oppianum igitur puto ex aliquo ſcriptore hæc hau- „ ſiſſe, in quo poſt boves αἱ ὄνοι in cenſu τῶν μονοκεράτων pone- „ bantur, & cum ex αἱ ὄνοι factum eſſet ἀόνιοι, per Scribarum „ imperitiam conjuncta ſunt, quæ fuerant divellenda; eodem fa- „ cit quod boves Aonii ab Oppiano dicantur στικτὸν γένος. Ap- „ paret enim id petitum eſſe ex Aſinorum μονοκερώτων deſcriptio- „ ne, qui partim albi erant, partim purpurei. „ Ita Bochartus, cujus opinioni obſtat, quod αἱ ὄνοι metro repugnet, & quod inter aſinos, non inter boves, ſuum μονοκερῶτα enumeraſſet Oppianus, ſi revera ſcripſiſſet αἱ ὄνοι. Neque mihi perſuadere poſſum portentoſum illud animal a tot tantiſque ſcriptoribus nominatum & deſcriptum, non excogitatum fuiſſe ad imaginem feræ cujuſdam

revera exiſtentis, ſed parum diligenter obſervatæ. Etenim bovem monocerota in Germaniæ ſylvis exiſtentem affirmat J. Cæſar de Bello Gallico Lib. 6. p. 246. *Eſt bos cervi figura, cujus a media fronte inter aures unum cornu exiſtit, excelſius, magisque directum his quæ nobis nota ſunt cornibus. Ab ejus ſummo ſicut palmæ rami quam late diffunduntur.* Ille bos, vel potius cervus non immerito de *Rhena*, gallice *le Rhêne* vel *le Rangier*, Rangifera, intelligi videtur, quem nunc in extremis ſeptentrionalibus plagis remotum, olim vero Germaniæ ſylvas incolentem cognoſcimus ex ill. Buffonio Tom. 5. pag. 232. Adde quod cervinum caput a nonnullis veterum monoceroti tribuitur. Strabo Lib. 15. p. 489. monocerotas vocat ἵππους μονοκερώτας ἐλαφοκράνους. At Plinius ut Oppianus boves agnoſcit Indicos (unde fortaſſe legendum eſt in Oppiano οἱ Ινδοι) ſolidis ungulis, unicornes. Vid. Lib. 8. cap. 21. ubi totam feram his verbis deſcribit: *Aſperrimam autem feram Monocerotem reliquo corpore equo ſimilem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, cornu nigro media fronte cubitorum duorum eminente, hanc feram vivam negant capi.* Hanc eſſe rhinocerotem affirmare nullus dubitarem, ſi cornu non in media fronte, ſed naſo inſidens diceretur; cætera enim aptiſſime conveniunt rhinoceroti, a quo non aliena fortaſſe videbitur Philoſtorgii deſcriptio ex ἐκτυπώματι, quod tunc Conſtantinopoli aderat. *Philoſtorg. Eccleſiaſticæ Hiſt. Lib.* 3. *p.* 494. *ex edit. Guillemi Reading, Cantabrigiæ* 1720. *Tom.* 3. τὴν μὲν κεφαλὴν δράκοντος φέρει, κέρας δὲ σκολιὸν αὐτῷ πέφυκεν οὔτι σφόδρα μέγα. ὁ δὲ ἀνθερεὼν αὐτοῦ πώγωνος ὑποπίμπλαται ἅπας· μακρὸς δὲ ὁ τράχηλος εἰς ὕψος ἀνατεινόμενος ὁλκῷ δράκοντος ἐζγύταλα παραπλήσιος· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ἐλάφῳ προσέοικε μᾶλλον· τοὺς δὲ πόδας λέοντος ἔχει.

Innumera alia ſunt veterum de monocerote teſtimonia, quæ exſcribere me piget. Vide Cteſiæ Hiſt. excerpta apud Photii Myriobiblion, Cod. 72. pag. 91. Herodot. Melpom. cap. 191. Ariſtotelem de Part. An. Lib. 3. cap. 2. Sed ille jejune & dubitantis modo de hac fera loquitur. Plura ſunt apud Ælian. de Nat. An. Lib. 16. cap. 20. Manuel Phile de Propr. Anim. pag. 160. edente Paw, & Salmaſium in Solin. pag. 1009.

Fabuloſæ feræ non minus fabuloſam venationem narrat J. Tzetzes in Hiſt. Chil. 5. v. 398. quam fortaſſe ex quinto Oppiani Cynegeticῶn libro deperdito deſumptam hîc deſcribere non erit incommodum:

Θηρίον ὁ Μονόκερως τυγχάνει φιλευώδες·
ἓν κέρας μόνον ἄνωθι φέρων τοῦ σφοῦ μετώπου,
οὕτω αὐτὸν θηρεύουσι ἐντέχνως εὐωδίαις·

νέον τινὰ τῶν κρατερῶν στολήσαντες ἐς κόρην,
πρώταις ἀρωματίζουσιν ὀσμαῖς εὐωδεστάτοις,
ἱστῶσι τε κατέναντι τῶν τόπων τοῦ θηρίου,
αὐτοὶ δὲ κατακρύπτονται· τῆς δὲ πνοῆς πνευσάσης,
εὐθὺς ὁ θὴρ ἐπέρχεται θελγόμενος ἐκεῖσε·
ὁ δὲ χειμῖσι γυναικὸς πλατείαις ὑπηργμέναις
ὅλαις οὔσαις ἀρώματος, ἐκεῖνον συγκαλύπτει·
οὕτω δὲ τοῖς ἀρώμασιν ἐκείνου θελγομένου,
δραμόντες πάντες οἱ λοιποὶ τῶν θηρευτῶν, οὓς ἔφην,
τὸ κέρας τούτου κόπτουσιν ἀντιπαθὲς φαρμάκοις·
τὸν θῆρα δὲ ψιλόκερων ἐῶσιν ἀποτρέχειν.

v. 100. Χερρονήσοιο. Quinque ſunt apud veteres Geographos Cherſoneſi, Peloponeſiaca, Taurica, Cimbrica, Thracica, Aurea ad meridionalem Indiæ partem vergens, hodieque vocata *la preſqu'isle de Malaca*, præter eas urbs Apamea in Syria Cherſoneſi nomen acceperat ex eo, quod ab Oronte flumine inſtar peninſulæ erat circumdata, ut docet Strabo Lib. 16. p. 517. lin. 50. ἡ δ' Απάμεια καὶ πόλιν ἔχει τὸ πλέον εὐερκῆ· λόφος γάρ ἐστιν ἐν πεδίῳ κοίλῳ τετειχισμένος καλῶς, ὃν ποιεῖ χερρονησίζοντα ὁ Ορόντης, καὶ λίμνη περικειμένη μεγάλη καὶ ἕλη πλατέα, λειμῶνάς τε βουβότους καὶ ἱπποβότους διαχεομένους, ὑπερβάλλοντας τὸ μέγεθος. Diverſis olim ſub nominibus urbs illa floruit, vic ſſimque vocata fuit *Pharnaſce*, *Pella*, (illud nomen accepit ex colonia Macedonum, quæ e Pella Macedoniæ orta in Pharnaſcen migravit) *Cherſoneſus*, *Apamea*: cujus rei autor eſt Strabo l. c.

v. 102. αἴθωνες, κρατεροί. Ex Oppiani deſcriptione facile crediderim hoſce Syriacos tauros non alios eſſe, quam quos hodie *Buſles* in vernacula lingua dicimus, niſi obſtaret viri ſummi autoritas, illuſtriſſ. Buffonii aſſerentis, Hiſtoriæ Nat. Tom. 5. Quadrup. pag. 45. & pag. 51. nunquam veteribus *Buflas* innotuiſſe, etſi multi hodie in Græcia & in Italia inveniantur. Attamen diligenter collatis Oppiani de tauris Syriacis verbis, cum ill. Buffonii Buflarum deſcriptione, ſubiit mirari tantam ineſſe ſimilitudinem. Eadem illis eſt natura, forma, indoles præſertim indomita. Vellem magnum Buffonium nos docuiſſe, quomodo fieri potuerit, ut *Buflæ*, nunc in Græcia & in Italia frequentes, veteribus Græciæ & Italiæ incolis prorſus ignoti fuerint. Maximam quoque inter ſe referunt ſimilitudinem Oppiani Syriaci tauri, & Plinii boves Indici, Lib. 8. cap. 21. ad quos proxime omnino accedit taurorum genus, quod ſub nomine *Uri* his verbis Julius Cæſar deſcribit in Comment. de Bello Gallico Lib. 6. pag. 248. *Ii ſunt magnitudine paullo infra elephantos, ſpecie & colore & figura*

tauri: magna vis eſt eorum, magna velocitas, neque homini neque feræ quam conſpexerint parcunt. Et paucis intermiſſis verbis, *ſed aſſueſcere ad homines, & manſueſieri, ne parvuli quidem excepti, poſſunt. Amplitudo cornuum & figura & ſpecies multum a noſtrorum boum cornibus differt.* Cæſaris *Urus* nullo modo poteſt eſſe Oppiani *Biſons*, nec Ariſtotelis *Bonaſus*, ut quidam contendunt; haud enim illi eſt ampla juba, qua Bonaſus & Biſons veſtiuntur; præcipuum illud indicium Cæſar profecto non tacuiſſet. Quid? taurusne noſter eſt, ſolis naturæ legibus vivens? minime credo. Cæſaris *Urus*, ut Oppiani *Syriaci tauri* eſt ἀγριόθυμος, & manſuefieri nulla ratione poteſt. Taurus vero noſter ſervitutis jugum docilis in ſe recipit. Denique Syriacos Oppiani tauros, eoſdem ac Cæſaris *Uros* & noſtros *Buſlas*, cenſendos puto, donec firmiſſimis argumentis diverſa opinio probetur.

v. 109. Διός γόνον Ἡρακλῆα. Eadem verba ſunt apud Dionyſium Perieg. v. 454.

v. 110. ἐξ Ἐρυθείης. Gadeira antiqua *Erytheia* vocabatur teſte Strabone Lib. 3. pag. 117. lin. 4. Geryonis boves ab Hercule raptos narrant Mythographi, præter Apollodorum in Biblioth. Lib. 3. cap. 10. Heſiod. Theog. v. 291. Pindar. Iſthm. I. v. 25. & alii quos vide. Antequam in Syriam veniret Hercules, multas variaſque per regiones, ſæpe ſe a via deflectens, erravit, Hiſpaniam, Galliam peragravit, unde uſque in Britanniam penetravit, ubi gregem puella quædam, *Celtina* nomine, ſubduxit, reddere nolens niſi ex Hercule quod optabat acciperet. Volebat autem cum Alcide μιγνύσθαι ἐν εὐνῇ καὶ φιλότητι. Quod ei contigit, ut narrat Parthenius περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων cap. 20. E Britannia per Galliam in Italiam venit, ubi furem inſignem Cacum interemit. Ex Italia in Chaoniam, inde in Theſprotiam & in Epirum. Quacumque tranſivit boves ejus rapere populi conati ſunt, ſed omnes Hercules vicit & in ſervitutem redegit. Antonius Liberalis Metamorph. cap. 4. In Scythiam quoque perveniſſe, comitante grege, narrat Herodotus Melpom. cap. 8. Attamen ſi autorem *de Mirabilibus auſcult.* libelli, perperam Ariſtoteli adſcripti, audiamus, non ex Eurytheia Hiſpaniæ, ſed ex *Eurytho* Bœotiæ vico ad Iſmeni ripas, Hercules boves adduxit ſuos. In cujus rei fidem inſcriptionem ibi repertam laudat ſcriptor, quam videſis pag. 1165. tomi alterius Oper. Ariſt.

v. 115. παραὶ πόδας Ἐμϐλωνοῖο. Cum *Embloni* & *Dioclis* montium nomina Geographis veteribus ignota videantur, diſpiciendum

jam erit, qui montes Apameæ vicini intelligantur h. l. ab Oppiano, qui alterum ad dextram Apameæ orientem verſus poſitum Διόκλειον δέμας αἰπὺ, alterum Εμβλωνὸν dixit, qui læva verſus occidentem verticibus contra Dioclem eminens, & cum eo conjunctus, Orontem fluvium ita intercluſerit, ut aquis ſtagnantibus totam illam circa Apameam regionem, quæ Χεῤῥόνησος dicta fuit, inundaret antequam Hercules in Archippi gratiam, verticibus utriuſque montis diſciſſis, liberum Orontis fluvium ad mare deduceret, in quod prope Laodiceam effunditur. Satis hinc apparet, haud procul Apamea quærendos eſſe hos duo montes, quibus olim Orontes incluſus fuiſſe traditur; quare ſuſpicor intelligi illas κορυφὰς, de quibus Strabo Lib. 16. pag. 517. ubi de monte Laodiceæ imminente, & vitibus conſito uſque ad κορυφὰς iſtas, μέχρι σχεδόν τι τῶν κορυφῶν, αἱ δὲ κορυφαὶ τῆς μὲν Λαοδικείας πολὺ ἄπωθέν εἰσι ἠρέμα ἀπ' αὐτῆς καὶ κατ' ὀλίγον ἀνακλινόμεναι τῆς Απαμείας δὲ ὑπερκύπτουσαι ἐπ' ὄρθιον ὕψος ἀνατεταμέναι. Hos vertices communi nomine Διόκλης intelligi h. l. ſuſpicor; ad Libanum montem pertinuiſſe credibile eſt. Alterum montem Εμβλωνὸν verſus occidentem ſitum, Caſium in Seleucida ſitum eſſe ſuſpicor. Neque enim poſſum aſſentire *Brodæo*, qui priore loco ἐκ Λιβάνοιο emendaſſe dicitur, ſaltem hæc ratio non procedit verſu 124. ubi eſt λαιὸν κέρας Εμβλωνοῖο. Quantum equidem ex *Ortelii* Theſaur. Geogr. perſpicio, voluit vir doctiſſimus Dioclem montem Antilibanum, Emblonum vero Libanum intelligi, quod nullo modo fieri poſſe credo, ſi quidem conceſſeris, quod verſu 115. dicitur:

ἡ γάρ τοι προπάροιθε παραὶ πόδας Εμβλωνοῖο
πᾶν πεδίον πελάγιζε.

Non ad vetuſtatem temporis, quanquam etiam de ea προπάροιθε dicatur, ſed potius ad ſitum campi ſtagnantis ante Apameam referri, qui nec Libano, nec Antilibano convenit, ſed, ni fallor, Caſio monti. Inſcitiam Tzetzæ, qui ad Lycophron. v. 697. & 717. hæc omnia ad Neapolin Italiæ urbem transfert, verbo indicaſſe ſatis eſt. *Schneider.*

v. 116. πᾶν πεδίον πελάγιζεν. Recte interpretari poteſt Homerico verſu, quem noſter imitatur, de Scamandro extra ripas diffluenti:

αὐτὰρ ὁ βῆ —
ἐς πεδίον, τὸ δὲ πᾶν πλῆθ' ὕδατος ἐκ χυμένοιο.

Ορώντης. Prius hic amnis dictus eſt *Typhon* a Typhone gigante, quem Jupiter in draconem convertit. Dein Orontes ab Oronte Indo, ut ſcribit Pauſanias in Arcadicis. (p. 261. lin. 28.) Cum enim cadaver in littore Orontis inventum eſſet, conſultus Apollo

reſpondit, Orontem Indum eſſe: hinc fluvio nomen impoſitum. Sed iſta Pauſaniæ ſcripta non conveniunt his quæ ſcribit Euſtathius in Dionyſ. (ad verſ. 919.) ἄλλοι δέ φασιν ὅτε Καῖσαρ Τιβέριος ἐκ δράκοντος αὐτὸν Ορώντην μετωνόμασεν ὃ σημαίνει ῥωμαϊστὶ ἀνατολικόν. Sed hunc fluvium Orontem vocat Pomp. Mela (Lib. I. cap. 12. p. 78.) multis ante natum Tiberium. Strabo Lib. 16. Orontem dictum putat ab eo, qui pontem ſuper exſtruxit flumini, quum prius Typhon diceretur. Hæc *Bodinus*, qui ex annotatione And. Schotti ad Melam deſumpſit.

v. 127. ἐμὴν πόλιν. Hoc verſu nititur cl. Schneider ad probandum, neque ex Anazarba, neque ex Corycio, ſed ex Apamea oriundum fuiſſe Oppianum. Hanc doctrinam in prolegomenis fuſe tractavimus & corruptum eſſe verbum ἐμὴν, cujus loco legendum ἕξη πόλιν, oſtendimus.

v. 131. εὐπλοκάμου λίμνης. εὐπλοκάμον hunc Lacum vocat alludens ad arundines, quæ in illo creſcebant. Jam de Lacu ſub nomine Nymphæ Melibææ tanquam de perſona locutus, hîc proſopopæam ſuſtinet.

v. 132. ἕρξε δὲ πουλὺν ἄεθλον. Quod ab Hercule prope Apameiam factum narrat Oppianus, alii circa Theſſalica Tempe actum fuiſſe dicunt. Diodor. Sicul. Tom. I. p. 264. n. 15. Euripid. Hercul. Fur. v. 388. *Brunckius* in notis manuſcriptis.

v. 137. μέλαν δέμας. Ubertatem tantum μέλας indicat. Haud enim nigra ſunt Syriæ littora, teſte Herodoto, qui in *Euterpe* cap. 12. littus Ægypti docet eſſe nigrum, non vero ſimile Arabiæ & Syriæ littoribus.

v. 140. ἀργῆντα χαλῖνα. *Alba frena rumpens.* Poëta indicat concreti glacie fluminis repentinam ſolutionem, quod non cepit cl. Schneiderus, qui loco χαλῖνα repoſuit ex ingenio κέλευθα, & pro imagine terribili frigidam vocem intruſit.

v. 141. Ιστρος. Hodie *le Danube.*

v. 146. πελώρια δ' ἴαχον ἀκταί. Virgilium expreſſit in Georg. Lib. 3. v. 261.

Scopulis illiſa reclamant
littora.

Simillima in Homero Iliad. Lib. 21. verſ. 10.

ὄχθαι δ' ἀμφὶ περὶ μεγάλ' ἴαχον.

v. 148. εὐθαλόεσσα. Ad inſtar Homeri, qui pingue terræ ſolum vocat οὖθαρ ἀρούρης.

v. 151. ἀλωάς. Intellige ἀλωὰς de areis, in quibus boves frumenti faſciculos pedibus conculcantes tritici grana eliciebant.

v. 155. πόσις — Δηϊδαμείης. Achilles. Ejus cum Memnone certamen, Memnonis mortem, Auroræ matris ejus lacrymas, quomodo in avem cum ſociis mutatus fuerit, narrat Q. Calaber in Lib. 2. v. 396. & ſeq.

v. 157. πάτρης ἡμετέρης. Vide in Prolegomenis, quomodo ad Oppiani patriam pertineat Memnonis luctus.

Πιμπληΐδι. Pimplea Thraciæ mons erat Muſis ſacratus, in quo, ut & in Helicone habitabant. Vid. Strab. Lib. 8. lin. 49. p. 282. Solitum erat Orphei domicilium, Excerpta Strabon. Lib. 7. ad finem; & mos eſt poëtarum ſolemnis hujus montis, ut Parnaſſi & Heliconis nomen in verſus ſuos adducere. Callim. in Delum verſ. 7.

Μοῦσαι τὸν ἀοιδὸν ὁ μὴ Πίμπλειαν ἀείσει
ἔχθουσι.

v. 160. Βίσῖωνας. Omnes rerum naturalium ſcriptores, qui de Biſonte egerunt, eum indicio deſignarunt, ad quod hallucinari facile nemo poteſt, id eſt, ampla juba, qua a capitis ſummo tegitur uſque ad medium dorſum & in pectus recidenti. Ipſomet indicio Ariſtotelis Bonaſum in Biſonte agnoverunt & Conrad. Geſnerus de Quadrup. pag. 136. & illuſtriſſ. de Buffon, quorum opinio argumentis ſtabilita eſt firmioribus, adeoque omnibus notis, ut in eis morari nobis non ſit neceſſarium. Satis erit cum Oppiani deſcriptione Biſontis ea conferre, quæ ab aliis ſcriptoribus de eodem animali dicta ſunt ſive ſub eodem nomine, ſive ſub alio, quo tamen Biſons innuitur. Et primo quidem ſic de Bonaſo ſuo Ariſtoteles Hiſt. Anim. Lib. 9. cap. 45. ὁ δὲ Βόνασσος γίνεται μὲν ἐν τῇ Παιονίᾳ ἐν τῷ ὄρει τῷ Μεσσαπίῳ ὃ ὁρίζει τὴν Παιονικὴν καὶ τὴν Μαιδικὴν χώραν· καλοῦσι δὲ αὐτὸν οἱ Παίονες μονάπον. μέγεθός ἐστιν ἡλίκον Ταῦρος καί ἐστιν ὀγκωδέστερον ἢ βοῦς, οὐ γὰρ πρόμηκές ἐστι, τὸ δὲ δέρμα αὐτοῦ κατέχει εἰς ἑπτάκλινον ἀποταθέν. τὸ δὲ ἄλλο εἶδος ὅμοιον βοΐ· πλὴν χαίτην ἔχει μέχρι τῆς ἀκρωμίας, ὥσπερ ἵππος, μαλακωτέρα δὲ ἡ θρὶξ τῆς τοῦ ἵππου καὶ προσεσταλμένη μᾶλλον· χρῶμα δὲ ἔχει τοῦ τριχώματος ξανθόν· βαθεῖα δὲ καὶ μέχρι τῶν ὀφθαλμῶν καθήκουσα ἡ χαίτη ἐστὶ καὶ πυκνή· τὸ δὲ χρῶμα ἔχει μέσον τι τεφροῦ καὶ πυῤῥοῦ, οὐχ οἷον αἱ παρῶαι καλούμεναι, ἀλλ᾽ αὐχμηροτέραν τὴν τρίχα κάτωθεν ἐριώδη. μέλανες δ᾽ ἢ πυῤῥοὶ σφόδρα οὐ γίνονται. φωνὴν δ᾽ ὁμοίαν ἔχουσι βοΐ, κέρατα δὲ γαμψά, κεκαμμένα πρὸς ἄλληλα, καὶ ἄχρηστα πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι. τῷ μεγέθει σπιθαμιαῖα, ἢ μικρῷ μείζων. πάχος δὲ ὥστε χωρῆσαι μὴ πολὺ

ἔλατlον ἡμίχουν ἑκάτερον· ἡ δὲ μελανία καλὴ καὶ λιπαρὰ τοῦ κέρατος. Deinde Philoſophus addit, quod hujus bovis cirri deſcendunt ſuper ejus oculos, ita ut oblique potius quam ante videat. Dentes ſuperiores non habet, ut non habent omnino neque bos, neque aliud cornigerum genus. Crura hirſuta atque biſulca habet, caudam minorem pro ſui corporis magnitudine ſimilem bubulæ. Excitat pulverem & fodit ut taurus. Tergore contra ictus prævalido eſt. Carnem habet guſtu ſuavem. Cum percuſſus eſt fugit, niſi defatigatus nuſquam conſiſtit. Repugnat calcitrans & proluviem alvi vel ad quatuor paſſus projiciens: quo præſidio facile utitur, & plerumque ita adurit, ut pili inſectantium canum abſumantur. Sed tunc ea vis eſt in fimo cum bellua excitatur: nam ſi quieſcit nihil urere poteſt.

Eadem fera deſcribitur ſub nomine βόλινθος in libello de Mirabil. Auſcult. ad initium, ubi ſummatim repetuntur, quæ de Bonaſo ab Ariſtotele dicta ſunt, excepta cornuum depoſitione. De eodem quadrupede agit Ælianus de Nat. Anim. Lib. 7. cap. 3. eumque a Pæonibus μόνωψ vocatum tradit. Antigonus Caryſtius in Mirabil. Synagoge cap. 58. illum nominat μονοτός. Plinius Lib. 8. cap. 15. *inſignia boum genera ferorum, jubatos Biſontes Germania gignit*, & Solinus cap. 20. *Biſontes — ſetoſi collo, juba horridi.*

Animadverſione omnino dignum eſt, quod neque Oppianus, neque veterum ulli, qui de Biſonte ſcripſerunt, ne minimum quidem verbum fecerunt de eminentia ſeu gibbere, quem Biſons recentiorum gerit inter armos. Immo & Ariſtoteles affirmat in Hiſt. Anim. Lib. 2. cap. 1. ſolum gibboſum eſſe inter quadrupedes camelum.

v. 166. πυριγλώχῖνες. *Igneis linguis* ſimiles ſunt cornuum mucrones, ita intelligendum puto, quod ſe intelligere negat cl. Schneiderus in Animadv. Ad cornuum Biſontis diſpoſitionem quod attinet, multum ab Ariſtotele diſcrepat Oppianus, Philoſophus enim Bonaſi ſui cornua curvata & inter ſe reflexa dicit l. c. & de Partib. Anim. Lib. 3. cap. 2. p. 1001. B. Sed autor libelli de Mirabil. Auſcultat. cornua βολίνθου, quem eundem eſſe ac Bonaſum & Biſontem, jam diximus, vult eſſe *deorſum verſa*, mucrone prope aures terram verſus porrecto. τὰ δὲ κέρατα οὐχ ὥσπερ οἱ βόες ἀλλὰ κατεστραμμένα, καὶ τὸ ὀξὺ κάτω παρὰ τὰ ὦτα. Noſter vero ὕπτια πρὸς αἰθέρα φοίνια κέντρα hos mucrones vocat. ὕπτια ambiguum eſt. An dorſum verſus, an in fronte ſupini ſunt? priorem ſententiam adeptus eſt Conrad. Geſnerus & Oppiani locum ſic eſt interpretatus de Quadrup. pag. 129. ex edit.

Francofurti 1603. *Quod ad cornua, Oppiani verborum ſenſus hic mihi videtur, ea non eſſe patula, vel extenſa, ut in ceteris bobus, nec e regione in diverſum ad latera abire vel extendi (epicarſian enim transverſum eſt) ſed recta ſurgere, ita tamen, ut* ὕπτια *ſint, id eſt, dorſum verſus inclinent & circa finem, hami inſtar, tum curva tum acuta eſſe, unde* κέντρα *vocat ab acumine.* Hæc Geſnerus, vir non ſolum in re naturali, ſed & in litteris græcis doctiſſimus, ad cujus tamen ſententiam accedere non poſſum. Si enim Oppianus per ὕπτια dicere voluiſſet Biſontis cornua dorſum verſus inclinare, quomodo poſtea dixiſſet, *ea de ratione, quando iſti tauri hominem vel feram cornibus petunt, eam in aërem attollunt.* Revera ſi Biſontis cornua verſus dorſum ſupina ſunt, & mucrones ad cœlum diriguntur, cum fera caput inclinaret, feriendi cauſa, tunc mucrones verſus terram eſſent directi, & ex ea nihil attollere poſſent. Contra vero, pone cornua Biſontis in fronte ſupina eſſe & mucrones curvos & in cœlum arrectos, tunc quidquid demiſſo capite animal ferierit, ut hami mucrones in aërem attollent. Attamen quanti ſit hæc animadverſiuncula peritioribus dijudicandum relinquo.

v. 174. τέχνασμα σιδήρου. Id eſt, Scobina. De linguæ Biſontis aſperitate nihil invenire potui, quo Poëtæ ſententia vel firmaretur, vel dilueretur.

Sed antequam de Biſonte dicendi finem faciam, aliquid ſubjicere de modo, quo illum venarentur veteres, fortaſſe non inutile erit. Hujus venationis leges veriſimile eſt ab Oppiano traditas fuiſſe in quinto Poëmatis libro injuria temporum deperdito. Externis itaque ex fontibus haurire neceſſe eſt. Felici quadam ſorte Pauſanias in Phoc. pag. 328. lin. 33. edit. Sylburg. nonnulla de Biſontis venatione ſervavit ad hunc locum plane congruentia. οὗτοι οἱ βίσωνες χαλεπώτατοι θηρίων εἰσὶν ἁλίσκεσθαι ζῶντες, καὶ δίκτυα οὐκ ἂν οὕτω γένοιτο ἰσχυρὰ τῇ ἐμβολῇ. θηρεύονται δὲ οὗτοι τρόπον τοιόνδε. ἐπειδὰν χωρίον οἱ ἀγρεύοντες πρηνὲς εὕρωσι καθῆκον ἐς κοιλότητα, πρῶτα μὲν φράγματι ἰσχυρῷ περιξ ὠχυρώσαντο· δεύτερον δὲ τὸ κάταντες καὶ τὸ περὶ τῷ πέρατι ὁμαλὰν αὐτοῦ νεοδάρτοις βύρσαις κατεστόρεσαν. ἣν δ[illegible]πορουντες τύχωσι βυρσῶν, τότε καὶ τὰ αὖα τῶν δερμάτων ὑπὸ ἐλαίου σφίσιν ὀλισθηρὰ ποιεῖται· τὸ δὲ ἐντεῦθεν οἱ μάλιστα ἱππεύειν ἀγαθοὶ συνελαύνουσιν ἐς τὸ εἰρημένον χωρίον τοὺς βίσωνας· οἱ δὲ εὐθὺς ἐν ταῖς πρώταις τῶν βυρσῶν ὀλισθόντες, κατὰ τοῦ πρανοῦς κυλίνδονται ἕως κατενεχθῶσιν ἐς τὸ ὁμαλόν. (lege κοῖλον.) ἐρριμμένοι δὲ ἐνταῦθα ἠμέληνται καταρχάς, τετάρτη δὲ ἢ πέμπτη μάλιστα ἡμέρα τῶν μὲν ἤδη τοῦ θυμοῦ τὸ πολὺ ὁ λιμὸς ἀφαιρεῖ καὶ ἡ ταλαιπωρία. οἱ δὲ σφίσιν οἷς τέχνη τιθασσεύειν, προσφέρουσιν

ἔτι κειμένοις πίτυος τῆς ἡμέρου καρπὸν, πρὶν ἐκλέξαντες ἐκ τῶν ἐλαχίσ٦ων ἐλύτρων. ἑτέρας δὲ οὐκ ἂν τροφῆς τὸ παραυτίκα ἅψαιτο τὰ θηρία· τέλος δὲ διαλαβόντες δεσμοῖς ἄγουσι. Id eſt, gallice: *Les Biſons ſont de toutes les bêtes ſauvages les plus difficiles à prendre vivants, les rets ne ſont pas aſſez forts pour réſiſter à leur impétuoſité. Voici la maniere dont on chaſſe ces animaux. Lorſque les chaſſeurs ont trouvé un terrein, qui a de la pente & qui deſcend dans une cavité, ils commencent par l'entourer d'un rempart ſolide, enſuite ils étendent ſur le terrein, à l'endroit où il monte & juſqu'à celui où il devient uni, des peaux nouvellement écorchées; ou ſi l'on n'en a pas, on ſe ſert de peaux ſèches, que l'on rend gliſſantes en les humectant avec de l'huile. Après cela ceux des chaſſeurs qui ſont les meilleurs cavaliers, pourſuivent les Biſons & les pouſſent vers ce lieu. Ces animaux n'ont pas plûtôt mis le pied ſur les premieres peaux, qu'ils gliſſent ſur le terrein incliné & tombent dans la cavité. On les abandonne là pendant trois ou quatre jours, & le cinquieme, lorſque la faim & la fatigue ont épuiſé leurs forces & dompté leur ferocité, des hommes qui ont l'art d'apprivoiſer les bêtes ſauvages leur préſentent un fruit de pin greffé, dont ils ont auparavant ôté les petites enveloppes; car ces animaux ne voudroient pas alors goûter d'aucune autre nourriture. Enfin on leur paſſe des liens autour du corps & on les emmene.*

v. 176. ἐλάφων γένος. Adeo lucide ab Oppiano cervi deſcribuntur, adeoque noti ſunt omnibus, ut perpauca nobis dicenda videantur.

v. 180. οὐτιδανὴ δειρή. Quo ſenſu ſit nihili cervorum collum, quod ſatis amplum & longum eſſe novimus, non video. Itaque lege, ſi mihi credas, μηκεδανὴ δειρὴ, eaque lectio eo probabilior eſt, quod deinde poëta adjicit καὶ βαιοτάτη πάλιν οὐρή. Illud vero πάλιν oppoſitionem denotat inter βαιοτάτη & præcedens verbum, quæ nulla foret, ſi vulgata recte ſe haberet.

v. 181. τετράδυμοι ῥῖνες. Omnino falſum eſt. Unde iſtam doctrinam de cervo collegerit Oppianus ignoro. Patulæ tantum ſunt cervi nares.

v. 183. καὶ κωφαὶ κεράων αἰχμαί. Ita ab Ariſtotele notatur de Partib. Anim. Lib. 3. cap. 2. pag. 101. ubi plus obeſſe dicit cervo quam prodeſſe ejus cornua propter eorum amplitudinem. Errat deinde noſter cum affirmat cervum nunquam cornibus petere. Sciunt enim omnes, quod non ſine manifeſto vitæ periculo cervo venereis ſtimulis agitato obviam itur.

v. 187. πολλὴ τ' Αφροδίτη. Sic in Ἁλιευτ. Lib. I. v. 499. πολλὴ γὰρ ἐν ἰχθύσιν ἔστ' Αφροδίτη. Videsne quantum eleganti Oppiano ſimilis ſit venationis barbarus ſcriptor? tempus quo venereis ſtimulis cervi agitantur, definitum eſt ab Ariſtotele H. A. Lib. 6. cap. 29. ἡ δ' ὀχεία γίνεται μετ' ἀρκτοῦρον περὶ τὸν βοηδρομιῶνα καὶ μαιμακτηριῶνα. quod de Auguſto & Septembri menſibus intelligendum eſt.

v. 192. ἀμφιδύμους ὄλκούς. ὄλκός hic eſt *teſticulus*, ut recte interpretatur Conr. Geſner de Quadr. p. 331. Noſtrates vero vocant cervi teſticulos *les daintiers*. At minime verum eſt quod deinde docet Oppianus, cervum, ſi caſtratur, cornua confeſtim amittere & in feminam mutari. Sed mendacio, uti poëta, libentius quam veritati indulget, haud enim ſanam de hac re Ariſtotelis doctrinam ignorare poterat, a Philoſopho expoſitam in Hiſt. Anim. Lib. 9. cap. 50. pag. 956. D. οἱ δ' ἔλαφοι ἐὰν μὲν μήπω τὰ κέρατα ἔχοντες διὰ τὴν ἡλικίαν, ἐκτμηθῶσιν, οὐκέτι φύουσι κέρατα· ἐὰν δὲ ἔχοντας ἐκτέμῃ τις, τότε μέγεθος ταυτὸν μένει τῶν κεράτων καὶ οὐκ ἀποβάλλουσι. Unde recta ſimilitudine Porphyrius περὶ ἀποχῆς Lib. 3. §. 7. p. 233. οἱ δὲ ἔλαφοι οὐκ ἔτι ἀποβάλλουσι τὰ κέρατα, ἀλλὰ συνέχουσι ὡς εὐνοῦχοι τὰς τρίχας, μὴ ἔχοντες δὲ οὐ φύουσιν ὥσπερ οἱ πρὶν πώγωνα ἐκφῦσαι ἐκτμηθέντες.

v. 198. κεκλιμέναις. Ita dedi tum ex cod. Ven. ubi κεκλιμέναι ſcribitur, tum ex ipſius rei autoritate. Quædam enim ſunt inter animalia feminæ, quæ ſupinæ concubitum maribus præbent, v. g. urſa, nulli vero mares, qui rem veneream in terra jacentes perficiant. Quod vero de vulpe vulgo narratur, in latus jacentem concumbere, falſum eſt, & illum in feminam adſcendere diſerte docet Ariſtoteles Hiſt. An. Lib. 6. cap. 34.

v. 201. καὶ ἀΐκας ἔχει παράκοιτιν. Homerum omnino ſapit. In Iliad. Lib. 14. v. 346. καὶ ἀΐκας ἔμαρπτε Κρόνου παῖς ἣν παράκοιτιν. & verſu 352. ἔχει δ' ἀΐκας ἄκοιτιν. Quod vero docet Oppianus cervam mariti amplexus fugere, verum eſt, quibusdam tamen exceptis. Recte enim ab Ariſtotele dicitur, in H. A. Lib. 5. cap. 29. οὔτε τοὺς ἄῤῥενας ἐλάφους αἱ θήλειαι ὑπομένουσιν εἰ μὴ ὀλιγάκις; οὔτε τοὺς ταύρους αἱ βόες διὰ τὴν τοῦ αἰδοίου συντονίαν, ἀλλ' ὑπάγοντα τὰ θήλεα δέχονται τὴν γονήν. Id eſt, *nec cervæ mares ſuos patiuntur niſi raro, nec vaccæ tauros, propter rigorem membri genitalis, nimiamque tentiginem, ſed clunibus ſubſidentibus ſemen excipiunt.* Hæc iterum in Lib. 6. cap. 29. quod totum, ſi lubet, lector conſulat. Sed quod narrat noſter de cerva in dorſo ſponſum auferente, dum ille poſterioribus pedibus inſequens rem veneream peragit, fabulam prorſus exiſtimes.

v. 207. τρίβον ἀνθρώπων ἀλεείνει. Solemnis eſt Homeri imitatio, qui de Sarpedone Bellerophontis F. in Lib. 6. verſ. 202. Iliados

πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Ad Oppiani ſententiam de cerva in receſſus nemorum parturiendi cauſa ſe recipiente, nulli, opinor, veterum accedunt, immo plane adverſatur Ariſtoteles H. A. Lib. 6. cap. 29. & iterum Lib. 9. cap. 5. initio. Ubi prudentiam cervæ prædicat ex eo quod circa ſemitas pariat. Eadem docent & Plutarchus de *ſolertia anim.* pag. 971. E. Plinius Lib. 8. cap. 32. & Antigonus Caryſt. cap. 36. at Ælianus de Nat. Anim. Lib. VI. cap. 11. cervam ait, quæ ſecundum vias parere ſolet, pinguedine obeſam, in ſaltibus & convallibus fœtum deponere, quia ſe minus ad currendum accommodatam intelligit. Solus itaque noſter ſecum ſentit, unde Geſnerus de Quadr. pag. 334. emendare volebat τρίβον ἀνδρῶν οὐκ ἀλεείνει. Sed Geſneri emendationem non eſſe recipiendam contendit cl. *Schneider* e ſenſu ſequentis verſus,

οὕνεκεν ἀτραπιτοὶ μερόπων θήρεσσι βέβηλοι.

Ubi βέβηλοι quaſi βάσιμοι dictum cenſet. Sed *Schneidero* aſſentiendum quis putabit, modo ſciat τῷ βεβήλῳ utramque ineſſe ſignificationem βασίμου καὶ ἀβασίμου? ſic enim ab Heſychio βέβηλον interpretatur τὸ μὴ ἱερὸν, καὶ ἄθεον, καὶ ἀβέβηλον. Ultimum illud parum feliciter emendare καὶ μὴ ἀβέβηλον jubet Heinſius perridicula enim foret & prorſus inutilis iſta verbi expoſitio, huicque ſimilis, *juſtum eſt, quod non eſt injuſtum.* Cæterum hæc verba non diſtinxiſſet Ammonius Grammaticus, ſi non eis finitima quædam eſſet ſignificatio. Adde quod βέβηλον ſæpe, ut hic, valet μιαρὸν, ἀκάθαρτον, σἰυγερὸν, unde recte ad hunc Oppiani locum Scholiaſtes quidam gloſſam ſuperne adſcripſit, μυσαροὶ, σἰυγεροί. Nec contra poëtæ mentem peccaſſe arbitror, cum dederim in verſione gallica: *Les routes fréquentées par les mortels ſont odieuſes aux animaux ſauvages.* Omnino enim verum eſt feris impuras & quaſi abominandas eſſe vias ab hominibus tritas, & raro feræ ad eas divertuntur, nedum illis ſint βάσιμοι. Geſneri itaque emendationem veriſimillimam duco, & omnino recipiendam, ſi alicujus codicis autoritate niteretur.

v. 212. βόστρυχον μὲν κατά. Commentum eſt perridiculum, Poëtæ fortaſſe condonandum, quod tamen narrare non erubuerunt viri Philoſophi, Theophraſtus, *de Animalib. quæ dicuntur invidere*, pag. 474, editione Heinſiana, ſcripſit, cervum fodientem abſcondere dextrum cornu quod contra venena Ranæ rubetæ & alia auxiliatur. Apud Ariſtotelem legitur in H. A. Lib. 9.

cap. 5. (ſed fabulæ fidem derogare ſatis teſtatur nobilis ille Phyſicus) nuſquam lævum cervi cornu inveniri potuiſſe, quia illud abſcondit. Eadem de dextro cornu narrat autor *Mirabil. Auſcultar.* & vir Pſeudo-Philoſophus Plinius in Lib. 2. cap. 32. Quod vero hæc abſurda fabula ab Æliano narretur, de Nat. Anim. Lib. 3. cap. 17, nemini ſane mirum videbitur.

v. 214. *κεύθονται δ' αὐτοί.* Rationem qua cervi ſe occultant cum eorum cornua ceciderint, rectius exponit Ariſtot. H. A. Lib. 9. cap. 5. *ὥσπερ γὰρ ὅπλα ἀποβεβληκυῖαι φυλάττονται ὁρᾶσθαι* & inferius *ὅταν δὲ ἀποβάλλωσι κρύπτουσιν ἑαυτοὺς τὴν ἡμέραν — κρύπτουσι δ' ἐν τοῖς δασέσιν εὐλαβούμενοι τὰς μυίας.* Vide & Ælian. de N. A. Lib. 6. c. 5.

v. 217. *ἀμφίβιοι δ' Ελαφοι.* Non eodem ſenſu quo apud nos hodie vox amphibie, ab Oppiano *ἀμφίβιος* uſurpata videtur. *ἀμφίβια* ea vocat animalia quæ diu natant, ingenteſque vias per mare, eadem qua ſupra terram facilitate, conficiunt. Cervorum navigationis teſtes ſunt plurimi. Ælianus qui de cervis Syris montes Amanum, Libanum & Carmelum habitantibus eadem narrat, in Lib. 5. cap. ultimo, de Nat. An. Plinius Lib. 8. cap. 32. cujus verba quoniam cum Oppiani textu aptiſſime conveniunt referenda ſunt. *Maria tranant gregatim nantes, porrecto ordine & capita imponentes præcedentium clunibus, vicibuſque ad terga redeuntes. Hoc maxime notatur a Cilicia Cyprum trajicientibus, nec vident terras, ſed in odorem earum natant.* Hinc videre eſt iisdem ex fontibus hauſiſſe Poëtam & Philoſophum niſi quod iſte mirabiliora *προσεπιμετρεῖ.*

Oppiani locum deſcripſit J. Tzetzes in Hiſt. Chil. 4. v. 75. & de lupis gregatim natantibus narrat; addit vero eos caudam viciſſim mordicus tenentes longo ordine natare, ne torrentis vi auferantur. Hinc, ut obiter dicam, ortum videtur proverbium a noſtratibus uſurpatum *aller à la queue leu leu.* Vide quoque Artemidor. Oneirocrit. Lib. 2. cap. 12. Suidam voce *λύκαβας.* Ælian. de Nat. An. Lib. 10. cap. 26. & Epigramma Anonymi. Analect. Brunckii Tom. 3. pag. 240.

v. 233. *ἔχθος δ' ἀλλήλοισιν.* Cervi & ſerpentis inimicitiæ & pugna inter fabulas haud immerito ablegantur, & ſatis erit autorum nonnullos indicare qui eas enarrant. Plinius H. N. Lib. 8. c. 32. Ælian. de Nat. An. Lib. 2. cap. 9. Nicander Theriaca verſ. 140. Xenophon, quem Athenienſem eſſe non puto, in Geoponicis Lib. 19. cap. 4. Man. Phile de Propriet. Anim. pag. 200. conſule Bochart. in Hieroz. Tom. 1. L. 3. c. 17. pag. 886.

& alios. Sed veritate nititur hæc fabula, cervi enim aliquando ſerpentes edunt ad morbum aliquem ut videtur depellendum, & legere memini in Diario dicto *Ephémérides des curieux de la nature*. Anno, ut arbitror, 1778. menſe vero neſcio quo, in viſceribus cervi reperta fuiſſe ſerpentis fragmenta.

Haud plura de hac Oppiani digreſſione nobis dicenda ſunt, ſingula enim in illa animadvertenda forent, imagines, verba, carminum harmonia & concinnitas, nihil denique hic occurrit quod venuſtiſſimorum in ἁλιευτικοῖς locorum laudem non adæquet. Hoc tantum obſervatione dignum judico ad diluendas calumnias in Oppiani ſtylum illatas, ſcilicet hunc verſum integrum fere in Lib. 2. ἁλιευτ. v. 253. reperiri

ἔξοχα δ' ἀλλήλοισιν ἀνάρσιον ἔχθος ἔχουσιν.

Præterea in eodem Piſcationis Lib. verſ. 289. illud ſerpentis & cervi certamen iteratur, & iisdem omnino quibus hic verbis utitur Poëta; etenim ſi in *Cyneget*. v. 234. πάντη δ' ἐρεείνει θρασὺν ἑρπυστῆρα, in *Piſcatione* legitur ὀφίων ὁδὸν ἐξερεείνει. Deinde in *Cyneget*. ἀφικάνει ἄσσον φωλειοῦ, in *Piſcat*. vero χειὴν δ' εἰσαφίκανε. In *Cyneget*. ἐξείρυσεν εὐνῆς, in *Piſcat*. εἴρυσεν ἔξω. In hocce poëmate ἑλισσόμενον περὶ γούνασι ἀμφί τε δειρὴν ἐμμενέως δάπτει. In altero δάπτει τ' ἐμμενέως ὁ δ' ἑλίσσεται ἀμφί τε γοῦνα δειρήν τε στέρνον τε . . . κ. τ. λ. Quid ſimilius? taceant igitur, taceant, qui hæc duo poëmata a diverſis autoribus fuiſſe conſcripta clamitant.

v. 244. πεφρίκοντας. Pro barbariſmo πεφρικῶτας dedimus ex autoritate MSti. Vide annotationem ad verſ. 473.

v. 246. καὶ μειδιόωντι. Hîc καὶ minime vacat, ut vult clar. *Schneider* in Animadv. pag. 359. pro καί τοι ponitur & ſignificat gallice *malgré cela*, & *cependant*. Cujus exemplum vide apud Lucianum Hermat. pag. 793. 12. εἰ γάρ τις τοιοῦτός ἐστιν, ἱκανὸς ἔμοιγε καὶ εἷς. *Si quis enim talis eſt, ſufficit mihi, etiamſi unicus fuerit*. Ita enim vertendum.

v. 250. παιφάσσοντα. Habet cod. Reg. B. hanc veram quam dedimus lectionem, cujus ſenſus eſt *valde ſeſe agitantia*. ποιφύσσοντα vero ſignificaret *vehementer ſpirantia*, quod iſtis reliquiis minime convenit.

v. 251. καί κε τάχ' οἰκτείρειας. Eadem forma eſt in Ἁλιευτ. Lib. 2. v. 301.

ἔνθα μιν οἰκτείρειας ἀκοσμοτάτοιο μόροιο.

v. 253. Λιβύης δ' ἐπὶ τέρμασι. Nempe in Africæ confiniis, Ægyptum inter & Arabiam, nam in ipſa Africa erant olim ne-

que Apri, teſte Herodoto *Melpomene* cap. 192. conſentientibus Ariſtotele Hiſt. An. Lib. 8. cap. 28. Plinio Lib. 8. cap. 32. & Antigono Caryſtio cap. 11. Attamen hodie permulti inveniuntur in Africa cervi, immo & erant Virgilii temporibus, ut obſervat *Bodinus* in Comment. ad hunc Oppiani locum. Immerito itaque *Ritterſhuſius* Oppianum ignorantiæ criminatur. Ridicula ſane res eſt ſuum autorem ita deperire, ut & ipſius vitia ſtulta proſequamur admiratione, verum a falſis criminibus eum liberare æqui eſt editoris. Doctiſſ. *Weſſeling.* ad Herodot. l. c. utramque conciliavit opinionem, docens poſt Herodoti tempora cervos in Africam tranſmigraſſe.

v. 261. ἐνιπρίουσι. Eodem utitur verbo in Ἁλιευτ. Lib. 5. v. 608.
δήγματ' ἐνιπρίουσι.

v. 267. αὐτὰρ ὁ παντοίησι. Hic etiam verſus integer reperitur in Piſcat. Lib. 2. verſ. 582.
αὐτὰρ ὁ παντοίησι περιπληθὴς καμάτοισι.

v. 274. γένος ἑρπετέων κεραΐζει. Sic Pindarus Pyth. 9. Epod. 1.
κεραΐζεν ἀγρίους
θῆρας.

v. 284. αὐτὰρ ὁ γινώσκων. Similiter de Torpedine in Ἁλιευτ. Lib. 2. verſ. 68.
ἠδ' εὖ γινώσκοντα θεοῦ γέρας οἷον ἔδεκτο.

v. 286. κεῖθεν Καρκινάδας. Autore Antigono Caryſt. cap. 41. non cervus ſed aper καρκινάδας petit, quando ſerpentis morſu venenato cruciatur. At Ariſtot. H. An. Lib. 9. cap. 5. de cervis narrat ab aranea Phalangio punctis: ὅταν δὲ δηχθῶσιν αἱ ἔλαφοι ὑπὸ τοῦ Φαλαγγίου ἤ τινος τοιούτου συλλέγουσαι ἐσθίουσι. Cancros fluviatiles tritos & crudos cum aſinino lacte potos contra ſerpentum, Phalangiorum & ſcorpionum morſus auxiliari indicat Dioſcorides περὶ ὕλης ἰατρικῆς. Lib. 2. cap. 12.

v. 291. ἀτρεκέως δέ. Attamen omnino falſum eſt; cervus enim triginta circiter aut quadraginta vivit annos. Illa vero de longævitate cervorum opinio etiam nunc apud vulgus vigens, ita ab Ariſtotele improbatur H. An. Lib. 6. cap. 29. περὶ δὲ τῆς ζωῆς μυθολογεῖται μὲν ὡς ὂν μακρόβιον, οὐ φαίνεται δὲ οὔτε τῶν μυθολογουμένων οὐθὲν σαφές· ἥ τε κύησις (ὀκτομηνιαῖος) καὶ αὔξησις τῶν νεβρῶν συμβαίνει οὐχ ὡς μακροβίου ζώου ὄντος. Id eſt, *ce qu'on débite ſur la longue vie du cerf n'eſt qu'une fable, rien de certain ne prouve ce que l'on en dit, & ni la geſtation (qui eſt de huit mois)*

mois) ni l'accroiſſement des faons n'annoncent par leur durée un animal qui doive vivre de longues années.

τετρακόρωνον. Novem hominum ætatem corona vivere dicitur ab Heſiodo apud Plutarch. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. Ubi excitat Heſiodum ſub Naïdis perſona ætates animalium varias enumerantem.

ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
ἀνδρῶν ἡβώντων.

Morales inter dotes, quas cervis tribuebant veteres, inſignis eſt Muſices amor, de quo Xenophon in Geoponicis Lib. 19. cap. 5. Plutarchus de Solertia Anim. pag. 961. & Sympoſiac. Lib. 7. cap. 5. Hæc tamen, utpote puerilia minime adjeciſſem, niſi ad quendam venationis modum pertinuiſſent. Narrat enim Ælianus de Nat. An. Lib. 12. cap. 46. muſices lenociniis cervos a Tyrrhenis allici & capiendos ſe præbuiſſe, & Porphyrius περὶ ἀποχῆς. Lib. 3. §. 6. p. 228. σωφρονίζονται δὲ καὶ μέλεσι καὶ ἥμεροι ἐξ ἀγρίων γίγνονται ἔλαφοι . . . . Vide & §. 22. & Euripides haud obſcuro modo ad hanc cervorum φιλῳδίαν in Alceſti v. 586.

ἐχόρευσε δ' ἀμφὶ σὰν κιθάραν
Φοῖβε, ποικιλόθριξ
νεβρὸς . . . . . .
χαίρουσ' εὔφρονι μολπᾷ.

v. 293. Εὐρυκέρωτας. Omnes conſentiunt Rei Nat. ſcriptores, ut Damam, vulgo *le Daim*, agnoſcant in Oppiani *Eurycerote*, qui ab aliis *Platycerote* nuncupatur.

v. 296. Ἴορκους. Tanta inter Oppiani Jorcum & Axin Plinii ab illuſtriſſ. *Buffonio* deſcriptum intercedit ſimilitudo, ut idem eſſe animal omnino neceſſe videatur; ſed magis ut eluceſcat hæc identitas, Plinii verba referamus ex Lib. 8. cap. 21, *In India . . . & feram nomine Axin hinnuli pelle pluribus candidioribusque maculis, ſacram libero.* Quid cum Oppiani verbis convenientius?

ῥινὸν δ' ἐπὶ νώτῳ
στικτὸν ἅπαντα φέρουσι παναίολον.

Et cum ſoli in cervorum genere maculoſi ſint Axis & Dama, inde ſequitur, Jorcum maculis quoque inſignitum, a Dama ſeu Eurycerote jam ab Oppiano diſtinctum, non alium eſſe quam Axin. Axis vero Plinianus fera eſt, quæ vulgo dicitur *le Cerf du Gange*, cujus figuram exhibuit illuſtr. Buffonius in Hiſt. Nat. Tom. 5. Quadrup. quamque ſub antiquo nomine Axios deſcribi voluit. Hanc convenientiam inter Axin & cervum Gangis primus detexit vir non mediocri doctrina, cuique multum debet Hiſtoria Natur. *Belon* in Obſervat. fol. 119. & 120. cujus verba jam ab illuſtr.

Buffonio laudata hîc invenire lectori fortaſſe non moleſtum erit. Ea tantum deſcribo, quæ ad feræ notitiam faciunt: *La femelle eſt moindre que le mâle, toute leur peau étoit mouchetée de taches rondes & blanches, ayant le champ du corps de fauve couleur ſur le jaunâtre, blanche deſſous le ventre, en ces différens aux taches de la Giraffe, car la Giraffe a le champ blanc & les taches phénicées, ſemées par-deſſus aſſez larges, mais non pas rouſſes comme en cette bête Axis. Ils retintent de voix plus argentine claire & plus aérée que le cerf, car les avons oui braire, parquoi, ayant eu beaucoup de marques manifeſtes, qu'ils n'étoient ne daims, ne cerfs, les avons voulu facilement nommer* Axis.

Jam abſoluta erat hæc notula, & non mediocri, ut vera dicam, gaudio perfundebar, quod primus fuerim, aut ſaltem fuiſſe crediderim, qui Jorci cum Axi Pliniano convenientiam animadvertiſſem, cum forte incidi in hæc cl. *Schneideri* verba, Analect. crit. pag. 42. *Neminem adhuc reperi qui doceret, quæ fera nomine* Ἰόρκου *ſit appellata ab hoc noſtro poëta, ego vero Plinii Axin ſeu Damam maculoſam Bengalenſem eſſe certiſſimis argumentis vincam.* Cl. *Schneidero* meritam illi gloriam retribuimus, ejuſque conſenſu plurimum gaudemus; unum tamen nobis reſtat, quod ille promiſerat, effecimus.

v. 300. Βούβαλος. Etſi nonnulli veterum, quorum princeps eſt Plinius *), providerint, ne Bubalus cum Biſonte vel Uro confunderetur, id tamen quibuſdam accidit, præſertim Agathiæ in Hiſtor. Lib. 1. pag. 10. Deinde recentiorum non paucis, quorum errorem doctiſſime retudit illuſtr. *Buffonius* in H. Quadr. Tom. 2. pag. 64. ubi pronuntiavit, Bubalum veterum idem animal eſſe, ac quod ſub nomine *Vache de Barbarie* deſcriptum & exſculptum venit in Commentariis Academiæ Regiæ Scientiar. Pariſinæ, *Memoires pour ſervir à l'Hiſt. des Anim.* part. 2. pag. 24. & ſeq. Etenim ſemper Bubalus in genere cervorum vel potius caprarum ſylveſtrium ab Ariſtotele ponitur, de Part. Anim. Lib. 3. cap. 2. & de H. A. Lib. 3. cap. 6. cui concors eſt omnino poëta noſter. Una tamen hæret difficultas; cornua Bubali in Commentariis Academiæ deſcripti ſimplicia ſunt. Ariſtoteles vero de Part. Anim. Lib. 3. cap. 2. pag. 1001. A. Bubalum recenſet inter animalia,

*) Lib. 8. cap. 15. Germania (gignit) inſignia — Bovum genera, Jubatos Biſontes, excellentique vi & velociatate Uros, quibus imperitum vulgus Bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, vituli potius cervique quadam ſimilitudine.

quorum cornua ſunt πολυσχιδῆ, & Oppianus idem innuere videtur per verba ἀκρέμονες προτενεῖς. Nam ἀκρέμονες *rami* ſunt. Nodum cur non viderit, nedum exſolverit illuſtr. *Buffonius*, in cauſa fuit ſpuria hujus Oppiani loci verſio latina, qua uſus eſt, quamque unde ſumpſerit neſcio. In iſta verſione ad p. 392. Tomi 5. Hiſt. Quadrip. appoſita legitur: βούβαλος *Oppiani*, *Dorcade Platycerote corpore inferior*, *cornua non ramoſa ſicut cervis & capreis*, *ſed rupicaprarum cornibus ſimilia.* Hæc verba *cornua non ramoſa* omnino textui Oppiani repugnant, cætera vero apud Oppianum non leguntur. Itaque ex tanta cornuum diſſimilitudine haud immerito dubitari poteſt, utrum Bubalus & Vacca Barbara unum & idem ſit animal, nec ne.

Ad Bubalorum genus merito revocandæ videntur capræ Libycæ, de quibus agit Ælianus de Nat. Anim. Lib. 14. cap. 16.

v. 313. οὐκ ἄρα τοι μούνοισι. Eadem occurrit ſententia in Ἀλιευτ. Lib. 1. verſ. 275.

οὐκ ἄρα μούνοις
πατρὶς ἐφημερίοισι πέλει γλυκερώτερον ἄλλων.

Nec mirum eſt Oppianum non ſemel loqui de adverſa, qua ipſe utebatur, fortuna.

v. 315. ὠκυτάτων Δόρκων. Δὸρξ nomen eſt capreoli, quem gallice dicimus *le chevreuil.* Proximum eſt Δορκάς, quo intelligi debent, ni fallor, antilopi, vulgo dicti *la Gazelle* & *le Kevel.* Capreolus omnibus notus eſt, ejus cum perdicibus amicitiam inter fabulas ablegandam eſſe minime neceſſarium eſt monere lectorem.

v. 325. ἔμπαλι δ' αὖ Δόρκους. Alia erat perdicum capiendarum ratio. Hordeum illis apponere in vino madefactum. πέρδικας ταχέως κυνηγήσεις εἰ ἄλευρον οἴνῳ βρέξας παραβάλῃς, inquit *Anatolius* in Geoponicis Lib. 14. cap. 21.

v. 326. Αἰγῶν δ' αὖτε. Incertioribus, nec adeo definitis delineamentis hæc animalia deſcripſit Oppianus, ut propria eorum nomina conſtitui poſſint. Ad genus illud revocari tamen facile videntur capræ ſylveſtres & oves, quæ hodie nobis innoteſcunt ſub nominibus, *le mouflon*, *le morvant*, *le belier Strepſiceros* & *Ibex Geſneri.* Attamen conſuli poteſt Ezech. Spanhemius in 4ta diſſertat de Præſt. & Uſu Num. pag. 202. & ſeqq. ubi nonnulla de capris ſylveſtribus numiſmata præbet.

v. 336. ἀτίνακτος ἀνάγκη. Sic Ἀλιευτ. Lib. 2. initio, ἀνάγκαιη ἀτίνακτος.

v. 338. *Αἰγάγροις δέ τις ἐστὶ.* Fabulam iterum habes a multis ante Oppianum narratam; Ariſtoteles H. A. Lib. 1. cap. 11. primum fabulæ autorem indicat Alcmæonem Corinthiacum, antiquiſſimum Phyſicum, cujus opinionem ita Philoſophus refellit: *ἄπνουν τὸ οὖς, ἀλκμαίων γὰρ οὐκ ἀληθῆ λέγει φάμενος ἀναπνεῖν τὰς αἶγας κατὰ τὰ ὦτα.* Plinius hoc miraculo opus ſuum diteſcere minime prætermiſit Lib. 8. cap. 40. & in rei fidem advocat Archelaum, qui longe poſt Ariſtotelem Ptolemæorum tempore vigebat. Eodem teſte utitur Varro de R. R. Lib. 2. cap. 3. Vide quoque Ælianum de Nat. An. Lib. 1. cap. 53. & Manuelem Philam pag. 196. Omnes tamen ab Oppiano diſſentiunt in eo, quod per aures dicunt capras ſpirare, noſter vero per cornua, ad veritatis ſpeciem magis accedens; nam in averſa cornuum parte caprarum ſylveſtrium quarundam apertura quædam videtur, de qua ſic clar. *Valmon de Bomare* in *Dictionnaire d'Hiſtoire naturelle* verbo *Chamois*: *On remarque deux ouvertures derriere les cornes du chamois; on a prétendu que ces trous ſervoient à la reſpiration de l'animal, lorſqu'en fouillant pour chercher les racines dont il fait ſa nourriture, la terre lui bouche par hazard les narines. Cette opinion diſparoît par l'obſervation, puiſqu'on a remarqué que le crane ſe trouve au fonds de ces ouvertures, & qu'il n'y a aucune iſſue.*

Extat tamen, ut annotavit in Animadv. ad hunc locum clar. Schneider, extat *Joh. Conr. Peyri* Obſervatio in Ephem. Natur. Curioſ. Decad. II. An. I. obſ. 86. p. 206. qui foramina duo poſt rupicaprarum cornua in valle Tranſalpina Madia a ſe obſervata, quemadmodum etiam in Rhætia ab *Hadero*, Medico Baſileenſi, ad ipſum pulmonem aëris capiendi ergo pertingere affirmat.

v. 341. *περιχεύοι.* Solœcum eſt qnod ex ingenio dedit clar. *Schneider* *περιχεύῃ.* Vide Valken. ad Herodotum pag. 641. n. 28. Sed parvi res eſt ſolœca locutio, quæ facile emendatur; quod vero ſequitur, ſecus omnino ſe habet. *Noſtrum Ald. & cod. Reg. habent*, dum in utroque *περιχεύει*, quod bonum eſt, legitur. Quid? fucumne ſuis lectoribus facere voluerit cl. Profeſſor Francofurtinus, & autoritate vel commentitia inanes fulcire conjecturas? minime crediderim. Attamen in conferendis codd. & edit. illum oportebat eſſe diligentiorem.

v. 361. *λύσεο μητέρα.* Imitatio eſt Homeri e Lib. 1. Iliad.
παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε.

v. 377. *εἰσὶ δ' Οἶς ξανθοί.* Non aliæ mihi videntur iſtæ oves, quam quæ a veteribus *Muſmones* dicuntur, hodie vero *Mouflons*.

Præcipuum illis eſt indicium caprino villo pro lana veſtiri. Multæ ſunt in Sardinia & Corſica inſulis. Strabo Lib. 5. pag. 156. lin. 7. ſic eas deſcribit: γίνονται δὲ ἐνταῦθα (in Sardinia & Corſica) οἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντ' ἔρεας κριοὶ, καλούμενοι δὲ Μούσμονες ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται. & Plinius Lib. 8. cap. 49. *Eſt & in Hiſpania, ſed maxime Corſica, non maxime aſimile pecori genus Muſmonum, caprino villo quam pecoris velleri propius, quorum e genere & ovibus noſtris natos priſci umbros vocarunt.* Nec moram afferre lectori debet, quod Muſmones ex Hiſpania, Sardinia & Corſica oriundi dicuntur; nam in Græcia quoque inveniuntur, & eos in inſula Cypro agnovit *Dapper* in Deſcriptione inſularum maris Ægei pag. 50. Attamen, quidam dicent, duo tantum vulgo non quatuor cornua ſunt Muſmonibus; cornuum numerus ambiguum eſt judicium, multis variationibus obnoxium pro regionibus, pabulo, calore aut frigore. Sunt & inter oves noſtrates, quæ aliquando quatuor gerant cornua, & in Islandia videntur quæ octo habent, teſte illuſtr. Buffonio Hiſt. Quadr. pag. 142. Tom. 5. Plane cum iſtis conveniunt, quæ de ovibus Armenicis narrat Crinagoras in Epigrammate, Analect. Brunckii Tom. 2. pag. 146.

τῆς Οἴος γενεὴ μὲν ἀγαῤῥικὴ, ἔνθα γ' Αράξεω
ὕδωρ πιλοφόροις πίνεται Αρμενίοις.
χαῖται δ' οὐ μήλων. ἅτε που μαλακοῖς ἐπὶ μάλλοις,
ψεδναὶ δ' ἀγροτέρων τρηχύτεραι χιμάρων·
νηδὺς δὲ τριτοκεῖ ἀνὰ πᾶν ἔτος, ἐκ δὲ γάλακτος
θηλὴ ἀεὶ μαστοῦ πλήθεται οὐθατίου.
βληχὴ δ' ἀσσοτάτω τερένης μυκήματι μόσχου.
ἀλλὰ γὰρ ἀλλοῖα πάντα φέρουσι γέαι.

v. 382. τοίην καὶ Σοῦβος. Etſi de *Subo* ſatis diligenter inquiſiverim, nihil tamen apud quos conſului ſcriptores tum antiquos tum recentiores invenire potui, quo illuceſceret hujus feræ vel natura vel hodierna denominatio. Solus videtur eſſe Oppianus, qui de *Subo* egerit. Oppiani verba, poſtquam ex verſione latina Gillii expoſuit Geſnerus de Quadr pag. 871. Subum ad ſylveſtre ovium genus cum Muſmone vel Muſione Sardiniæ referri poſſe putat, ſed ſe ignorare fatetur, quid revera ſit illud animal. Duplici errore docet Bodinus in commentariis ad hunc locum Oppiani, *Subum* appellari ab Ariſtotele, qui a Plinio στρεψίκερως dicitur. Nulla enim eſt apud Ariſtotelem *Subi* mentio. Nec vervex στρεψίκερως in mari natat, nec piſcibus veſcitur. Non deerunt ſane, qui in commentitiis fabuloſæ antiquitatis animalibus Subum cenſendum judicent; at non facile credam, Oppianum adeo pe-

culiarem ignotæ omnino feræ deſcriptionem excogitaſſe, formam & mores celebraſſe. Quidquid ſit, hiſtoriæ naturalis ſtudioſos inquirere cupidos, quis inter animalia nota Subus eſſe poſſit, non impedire debet, quod ἀμφίβιος ab Oppiano dicatur, quippe nomen illud cervo poëta tribuit, quia facile flumina & longos maris tractus permeat. Iterum de amore Σάγρων erga capras noſter agit in quarto Ἁλιευτ. v. 308.

v. 387. ποτὶ βυσσόν. In cod. Reg. B. legitur περὶ βυσσόν.

v. 392. Ἀσλακοὶ habet quoque cod. Reg. B.

v. 400. καὶ πόθον. Cod. Reg. B. præbet καὶ πόθον οὐ νόος ἐστίν. Sed tria hæc ultima gloſſa ſunt τοῦ. νοέοντα.

v. 402. ὀφθαλμοὺς ἐπέτασσεν. Alludere videtur ad proverbium ἐκ τοῦ ἐρᾶν τὸ ἠρᾶν. Sæpiſſime eadem occurrit ſententia apud poëtas & amatoriarum narrationum autores. Muſæus de Her. & Leand. amor. verſ. 92.

κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικὸς
ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστοῦ
ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐστιν· ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
ἕλκος ὀλισθαίνει καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει.

Et Euſtathius de Hyſmenes & Hyſminiæ amor. Lib. 2. pag. 86. ὀφθαλμὸς γὰρ ἔρωτος πηγή. Nec non Achilles Tatius p. 30. ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι. & p. 54 ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀπόῤῥοὴ δι' αὐτῶν (ὀφθαλμῶν) ἀποῤῥέουσα, quod expreſſum eſt ex Platone in Phædro pag. 346. F. δεξάμενος γὰρ τὴν τοῦ κάλλους ἀπόῤῥοὴν διὰ τῶν ὀμμάτων. & Philoſtratus in Epiſtola 3. οἱ ὀφθαλμοὶ ξύμβουλοι τοῦ ἐρᾶν.

v. 403. ἐπεμήνατο. Cod. Reg. B. ἐπενείματο.

v. 405. Ἀτταγέων. Conſtat ſatis inter rei naturalis Scriptores avem, quam Græci Attagen nominant, eamdem eſſe ac *Beloni* Francolinum, ab ill. Buffonio deſcriptum Hiſt. Nat. des Oiſeaux Tom. 3. pag. 365. nunc vero eadem profecto ſit avis periti judicent ex ejus effigie ab Alexandro Myndio his verbis depicta apud Athenæum Lib 9. pag. 387. F. Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιός φησι ὅτι μικρῷ μὲν μείζων ἐστὶ πέρδικος, ὅλος δὲ κατάγραφος, τὰ περὶ τὸν νῶτον, κεραμοῦς τὴν χρόαν ὑποπυρίζων μᾶλλον. θηρεύεται δ' ὑπὸ τῶν κυνηγῶν διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν τῶν πτερῶν βραχύτητα ἐστὶ δὲ κονιστικὸς πολύτεκνός τε καὶ σπερμολόγος. Inter aves in pulvere ſe volutantes recenſet quoque Ariſtoteles in Hiſt. An. Lib. 6. teſte Athenæo l. c. nam verba Ariſtotelis invenire non potui, nec hodie apud

illum legi credo. Attamen his repugnat Ariſtophanis de Attagene teſtimonium, quo hanc avem paludibus gaudentem, & in πηλῷ, non in pulvere ſe volutantem declarat duobus locis; primo in Veſparum comœdia v. 257.

τὸν πηλὸν ὥσπερ Ἀτλαγᾶς τυρβάσεις βαδίζων.

iterum in Avibus v. 245. editionis Brunckii;

ὅσσα τ' εὐδρόσους τε
γῆς τόπους ἔχετε καὶ λειμῶ-
να τὸν ἐρόεντα Μαραθῶνος
ὄρνις τε πλεροποίκιλος
Ἀτλαγᾶς Ἀτλαγᾶς.

Hinc quidem nonnullis videri poterit, non eandem eſſe avem Attagenem & Beloni Francolinum, cum iſte ſe pulvere conſpergat, alter vero in luto, & in campis degat καταῤῥύτοις. Sed aut Comici Attagas non eadem eſt avis a ceteris ſcriptoribus hoc nomine deſignata, (ſæpiſſime enim, ut omnes probe ſciunt, Attici animalibus quibuſdam nomina tribuebant plane diverſa ab illis quæ a ceteris Græciæ populis tribuebantur,) aut ſaltem levis eſt in re naturali jocoſi poëtæ calculus.

v. 407. Ὠτίδες αἶσι τίθηλεν. Fieri ne potuit, ut feliciori penecillo proprioribusque coloribus Biſtarda depingeretur? Sola enim avis eſt iſta, quæ a naſcente roſtro uſque ad aurem barbam gerat longam tenuibus plumis teneræ lanuginis ſimilibns formatam. Ejus denominatio plurimis laboravit variationibus, ex quibus multi pullularunt errores, quos quidem diſſipavit lucenti critices ſuæ face illuſtr. Buffonius *Hiſt. Nat. des Oiſeaux* Tom. 3. pag. 1. ad 19. Ex viri docti inveſtigationibus ſequitur, Græcorum Ὠτίδα eandem eſſe avem, quam nos dicimus *Outarde*; Ὠτὸν vero convenire noctuarum ſpeciei, dictæ apud nos *Hibou*, de quo, non vero de *Biſtarda*, agit Athenæus Lib. 9. p. 390. D. Deinde vero quam ille refert, eadem pag. F, Ariſtotelis deſcriptionem, omnino *Biſtardæ* congruit, & huc eſt referenda. γράφει δὲ περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης οὕτως, ὅτι μέν ἐστι τῶν ἐκτοπιζόντων καὶ σχιδανοπόδων καὶ τριδακτύλων, μέγεθος ἀλεκτρυόνος μεγάλου, χρῶμα ὄρτυγος, κεφαλὴ προμήκης, ῥύγχος ὀξὺ, τράχηλος λεπτὸς, ὀφθαλμοὶ μεγάλοι, γλῶσσα ὀστώδης πρόλοβον δ' οὐκ ἔχει. Id eſt. *Voici ce qu'Ariſtote en écrit. Cet oiſeau eſt de la claſſe des oiſeaux de paſſage & des fiſſipedes; il a trois doigts, ſa groſſeur eſt celle d'un grand coq, & ſa couleur celle de la caille; il a la tête allongée, le bec pointu, le col mince, les yeux grands, la langue oſſeuſe, mais il n'a point de jabot.* Biſtardæ cum equo amicitiam celebrat Alexander Myndius, apud Athenæum. l. c. φησὶ

δ᾽ αὐτὸν (nam Athenæus ὠτίδα confundit cum ὤτῳ) ἀναμηρυκᾶσθαι, ἥδεσθαι τε ἵππῳ εἰγοῦν τις δορὰν ἵππων περιθοῖτο θηρεύσει ὅσους ἂν θέλει· προσίασι γάρ. Et Plutarchus *de Solertia Anim.* p. 981. B. hanc συμπαθεῖαν inter Otim & Equum animadvertit ex Ariſtotele, καὶ τὰς Ωτίδων (Φιλίας) καὶ ἵππων, ὅτι χαίρουσι προσπελάζουσαι καὶ διασκαλλωσαι τὸν ὄνθον. in quo ſane vel τροφὴν vel Φάρμακον inveniunt. Vide præterea Ælianum de Nat. Anim. Lib. 2. cap. 28. & Ixeuticωn Paraphraſin Lib. 3. num. 8. Cave ne cum Plinio de *Otide* intelligas, quod Lib. 10. cap. 23. deſcripſit ex Ariſtotele: *Otis Bubone minor eſt, noctuis major avibus* &c. Hæc omnia ad *Otum* pertinent, non ad *Otin.*

v. 408. Ψιττακὸς, vulgo *le Perroquet.* Nihil eſt certius quam hujus avis denominatio. Græcis hanc avem non notam fuiſſe ante Alexandri Magni in Indiam ἀνάβασιν eo probabilius eſt, quod ante Ariſtotelem a nullo Græcorum ſcriptore nominetur. Attamen mentio fit de Pſittaco apud Cteſiam in Hiſt. Ind.

v. 410. Οβριμ᾽ Ερως. Pulcherrimum hic habes de amore locum, quo fortaſſe nullum in tota antiquitate præſtantiorem invenies. Quis credat ex ingenio barbaro & ἀμούσῳ productum fuiſſe hunc hymnum, (nam hymnus haud immerito nuncupari poteſt) nobiliſſimis ſententiis refertum, æſtro poëtico ac pene divino afflatum, & tam divite vena ſcriptum, ut multum abſit, quin ſe ipſum adæquet Oppianus in quarto Αλιευτ. Lib. initio, ubi iterum amoris celebrat potentiam. Si alias cum noſtri Poëtæ ſententiis conferre placet; digniſſimus eſt, qui comparetur Sophoclis chorus in Antigone verſ. 792.

ἔρως ἀνίκατε μάχαν,
ἔρως ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις,
ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
νεάνιδος ἐννυχεύεις·
Φοιτᾷς δ᾽ ὑπερπόντιος, ἔν
τ᾽ ἀγρονόμοις αὐλαῖς·
καί σ᾽ οὔτ᾽ ἀθανάτων
Φύξιμος οὐδεὶς
οὔτ᾽ ἁμερίων ἐπ᾽ ἀν-
θρώπων, ὁ δ᾽ ἔχων μέμηνεν. κ. τ. λ.

Ubi loco ἐπ᾽ ἀνθρ. legendum videtur ἐστ᾽ ἀνθρώπων. οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐστὶ Φύξιμος. niſi malis ἔπ᾽ pro ἔπεστι.

Confer Euripidem in Fragm. Andromedæ & Auges 3. Nec eſt prætermittendus Longus in Paſtor. de Daphn. & Cloë Lib. 1. pag. 35. ubi ſenem Philetam de amoris potentia ita diſſerentem inducit: δύναται δὲ τοσοῦτον οὐδὲ Ζεύς· κρατεῖ μὲν τῶν στοιχείων,

κρατεῖ δὲ τῶν ἄστρων, κρατεῖ τῶν ὁμοίων θεῶν. Vide Fragmenta a Stobæo collecta de Venere & Amore pag. 388. edit. Conr. Geſneri, & Claudianum de *Magnete* v. 51.

Quæ tibi, ſæve puer, non eſt commiſſa poteſtas? &c.

v. 414. ἤλθες ἐς αἰθέρα, ἔδδεισεν. Præclaram hanc lectionem, quam edendam cenſuimus, invenimus in cod. Reg. B. ſupra vulgatam ex antiquo codice ſcriptam. Vulgata eſt

ἠλύθες εἰς αἰθήρ' οἶδεν δέ σε. μ. ο.

Cui noſtram eo libentius prætulimus, quod αἰθήρ' tolerandum non erat, & ideo a Dorvillio in αἰθρὴν mutatum. Deinde frigebat οἶδεν, ἔδδεισεν vero rectius ſequenti δειμαίνει reſpondet. Unde in verſione gallica ſic dedimus: *Tu t'élances dans les airs & le vaſte Olympe fremit à ta préſence, car tous les êtres tremblent devant toi.* αἰθὴρ eodem ſenſu quo αἰθρὴ uſurpatur, teſte Homero Iliad. θ. v. 554

οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπερράγη ἄσπετος αἰθήρ.

& π. v. 365.

αἰθέρος ἐκ δίης ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνει.

v. 415. οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε. Hæc totidem verba expreſſa ſunt e Theognidos γνώμαις verſ. 867.

v. 416. κηὶ ἔθνεα λυγρά. Etenim ut ait Moſchus Idyll. 1. v. 14.

βάλλει κ' εἰς ἀχέροντα καὶ εἰς αἴδεω βασιλῆα.

v. 421. καὶ Ζηνὸς ὁμῶς. Eandem præbet ſententiam Sophoclis Fragm. in Phædra apud Stobæum, & digniſſimum ob eximiam venuſtatem quod hîc deſcribatur:

ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται
οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
ψυχὰς χαράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται,
καὶ τὸν δ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεὺς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

v. 422. πυρόεντας ὀϊστούς. Recte. τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται amoris ὅπλα, ut ait Moſchus Idyll. 1. v. 29. Muſæus de Heron. & Leand. v 41.

ἀλλ' οὐδ' ὧς ἀλέεινε πυριπνείοντας ὀϊστούς.

Simili ſenſu Theocritus Idyll. 2. verſ. 133.

ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίου
πολλάκις Ἀφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει.

& Flaccus Od. 8. Lib. 2.

ferus & Cupido
ſemper ardentes acuens ſagittas.

v. 425. ἀνεπτοίησας. Eadam in re eodem verbo utitur Ariſto-

T 5

teles Hiſt. An. Lib. 6. cap. 18. initio: πάντων δὲ τῶν ζώων κοινὸν τὸ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἡδονὴν ἐπτοῆσθαι τὴν ἀπὸ τῆς ὀχείας μάλιστα. *Cunctis animantibus commune eſt ad deſiderium & voluptatem, ad eam præſertim, quæ ex coitu naſcitur, æſtro agitari.* Hinc ἀνεπτοίησας *in furorem conjicis, æſtro ſtimulas.* Quæ vero ſequuntur apud noſtrum ἀζεύκτοισι πόθοισι, non aliter explicanda mihi videntur, quam *deſideriis quæ coitu expleri nequeunt.* Alludit ad amores, qui inter animalia, ſpecie omnino diverſa, naſcuntur, ut inter Equum & Biſtardam, Attagenes & Cervos.

v. 426. Ἀχαιΐνέην. Nomen eſt Ἀχαιΐνέη a venatoribus antiquis cervo juvenili unius tantum anni, qui maculata pelle veſtitur, quemque noſtrates hodie vocant *le Daguet*, e ſpiculis, quæ a ſummo ejus capite oriuntur. Illud innuunt Apollonii Rhodii verſus Lib. 4. Argon. verſ. 174. ubi velleris aurei ita definit amplitudinem:

ὅσση δὲ ῥινὸς βοὸς ἤνιος ἢ ἐλάφοιο
γίγνεται ἥν τ' ἀγρωσταὶ Ἀχαιΐνέην καλέουσι.

Cum autem quandam ineſſe convenientiam oporteat inter bovem unius anni & cervum Ἀχαιΐνέη a venatoribus dictum, ſequitur de cervo unius anni agi apud Apollonium; nec audienda eſt ridicula Scholiaſtis expoſitio verbi Ἀχαιΐνέην. ἀχαία ἐστὶ τῆς κρήτης πόλις ἐν ῇ γίνονται Ἀχαιΐνέαι λεγόμεναι ἔλαφοι, αἳ καὶ σπαθιναῖαι καλοῦνται. Hæc ultima tamen verba ſatis ad rem faciunt, & cum noſtri *Daguet* nomine haud male conveniunt. Plura vide apud *Salmaſium* Exercit. Plin. p. 221. qui tam docte & feliciter hanc abſolvit quæſtionem, ut nullum hodie dubium remaneat, quin Ἀχαιΐνὴς idem ſit ac *le faon Daguet*. Nota, quod per νώτοισι στιχόεσσι Oppianus graphice deſignat maculatam pellem, qua hinnulus cervi induitur, gallice dictam *la livrée*. Eodem ſenſu Homerus ἔλλον *hinnulum* ποικίλον vocat Odyſſ. T. v. 228.

v. 428. Πέρδικες. Semper media ſyllaba producitur attice. Archilochus vero, ut eſt apud Athenæum, ſemper corripit. *Bodin.*

v. 430. λατυσσόμενοι πτερύγ. Sic in Ἁλιευτ. Lib. I. v. 628. Mirandus ſane eſt hujus vocis, quæ raro occurrit, idem uſus in utroque poëmate, ſi a diverſa manu ſcripta eſſent.

v. 432. ἱμερόεσσα. Epithetum, quod Biſtardæ tribuit Oppianus, nobis minime placet, nec huic avi congruens videtur; haud enim mira eſt Biſtardæ pulchritudo, colorem refert ὀρτυγος, mores habet avium immanſuetarum, & conſpectus hominum fugit, unde

nullus video, cur a Poëta *amabilis* dicatur. At in MSt. Veneto legitur ἠμερόεσσα, quæ vox, etſi græca non ſit, in viam genuinæ, ut opinor, lectionis nos adducit; legendum enim videtur ἠνεμόεσσα, ſententiæ plane accommodata:

ἢ ὅποτε
Ὦτις ὀλισθαίνουσα δι' ἠέρος ἠνεμόεσσα.

v. 443. ἐπαρτυνέουσι. Forma eſt jonici futuri verborum in εω & ιω deſinentium, de qua vide *Villoiſonii* Animadv. ad Longum pag. 248.

v. 445. ἔστι δέ τις δρυμοῖσι. Ita idem Oppianus in Ἁλιευτ. Lib. 2. v. 141. de bove marino, ἔστι δέ τις πηλοῖσιν ἐφέστιος. Quid ſimilius? quid eandem manum melius referre poteſt?

v. 446. ἀγριόθυμος Ορυξ. Omnes fere veteres, qui de Oryge ante Oppianum ſcripſerunt, tam incerte, tam jejune dixerunt, ut nihil aliud ex eorum verbis colligi poſſit, niſi quod omnino ignotum illis fuerit animal iſtud. Ariſtoteles de Part. Anim. Lib. 3. cap. 2. pag. 1001. B. Orygem recenſet inter animalia μονοκέρατα ſimul & διχηλά. ἔστι δέ, inquit, μονοκέρατα οἷον ὅ τε Ορυξ, καὶ ὁ Ινδικὸς καλούμενος ὄνος, ἔστι δὲ ὁ μὲν Ορυξ διχηλὸν, ὁ δ' ὄνος μώνυχον. Fere eadem repetit in H. A. Lib. 2. c. 1. p. 780. B. deinde nullibi apud Philoſophum de Oryge fit mentio, unde ſatis conſtat, minime illi notum fuiſſe animal, de quo ex auditu tantum loquitur. Hæc ex Ariſtotele Plinius deſcripſit Lib. 11. cap. 44. putidiſſimasque, ut ſolet, fabulas de Oryge congerens, quas indicare ſat eſt. Vid. Lib. 8. cap. 53. ad finem, Lib. 10. cap. 73. Alii tamen ſunt autores & vetuſtiſſimi & fide digniſſimi, qui innuunt, non unum tantum cornu, ſed duo cornua ineſſe Orygi, ut Herodotus Melpom. cap. 192. ubi Oryges ex Africa oriundos apud Nomadas declarat. κατὰ τοὺς Νομάδας δέ ἐστι τουτέων οὐδὲν, ἀλλ' ἄλλα τοιάδε, Πύγαργοι, *les Paſans* vel *Gazelles d'Égypte*, autore Buffonio H. N. Quadrup. Tom. 5. pag. 352. καὶ ζορκάδες *les Gazelles*, καὶ βουβάλιες *les Bubales*, καὶ Ορυες τῶν τὰ κέρεα τοῖς Φοίνιξι οἱ πήχεες ποιεῦνται, μέγαθος δὲ τὸ θήριον τοῦτο κατὰ βοῦν ἐστι. Hinc videre licet Herodoto non unicornu animal eſſe Orygem, (nam quod Ορυες ionice pro Ορυγες ſit ſcriptum, monere prorſus inutile videtur) ſi enim pro unicornu ab Herodoto haberetur, de hac re certe monuiſſet hiſtoricus, præſertim cum de aſinis dixiſſet paulo ſuperius, non eorum eſſe, qui cornua habeant. Deinde numerum immo & formam cornuum Orygis indicat perſpicue, dicens ex illis confici Phœnicæ Lyræ brachia. Denique ad Orygis magnitudinem definiendam, quare cum bove

comparaſſet, ſi in cæteris hæc duo animalia differrent adeo diverſo & pugnanti charactere. Herodoti teſtimonio calculum ſuum addit Diodor. Sicul. qui Lib. 3. pag. 194. edit. Weſſeling. narrat Æthiopos Simos appellatos pro armis uti cornibus Orygum. *ταῦτα δὲ*, inquit, *μεγάλα καὶ τμητικὰ καθεστῶτα μεγάλην παρέχεται χρείαν, δαψιλείας οὔσης κατὰ τὴν χώραν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐχόντων αὐτὰ ζώων*. Ex iſtis verbis, quæ ex Agatharchide Cnidio expreſſit, vides plurali numero ſemper de cornibus iſtis Diodorum loqui, quod certe non feciſſet, ſi unicum cuique feræ cornu fuiſſet; aut ſaltem lectorem de hac re monuiſſet. Sed quid moror? tantum abeſt, quin Orygem unicornu cenſeant cuncti veteres, ut Ælianus de quadricornibus Orygibus loquatur de Nat. Anim. Lib. 15. cap. 14. Columella Oryges annumerat capreolis & cervorum generibus in Lib. 9. cap. 1. *Feræ pecudes, ut capreoli damæque, nec minus Origum cervorumque genera.* . . . & Juvenalis Scholiaſtes ad Satir. Lib. 4. undecimam v. 140. Orygem bubalo ſimillimum declarat, unde Satirici verba *& Getulus Oryx*, rectiſſime vertit *& la chevre de Gétulie*, Juvenalis gallicus interpres perelegans, clariſſ. *Du Saulx*. Nihil enim aliud eſt Oryx, quam capra ſylveſtris. In hanc ſententiam jam deſcendiſſe video ſummum virum *Bochart.* in Hieroz. Part. 1. pag. 945. & ſeqq. ubi capream bicornem agnoſcit in Oryge, quem eundem eſſe contendit ac Hebræorum *Rem.*. Recte an perperam, alii viderint.

At ſi inter ſylveſtres capreas Oryx cenſendus eſt, nunc videamus, cujus potiſſimum ſimilitudinem referat. Nova fortaſſe dicam, dicam tamen. Idem eſſe mihi videtur Oryx & caprea dicta *le Chamois*, & a Geſnero *Rupicapra*. Iidem utrique ſunt characteres; pellis colore rupicapra pingitur eodem, quem ſuo Orygi tribuit Oppianus. Hæc enim Poëtæ verba *χροιὴ μὲν ἅτ' εἰαρινοῖο γάλακτος*, omnino intelligenda ſunt de colore luteo ſubpallido, qui eſt rupicapræ (*). Sed hoc ſignum animadverte, quæſo; *ſolis in facie nigricantibus genis*. Ita nigricant ſolæ genæ in rupicapris, ſolaque eſt quadrupedum rupicapra, quæ iſto charactere notetur. Lumborum obeſitas ſufficit, ut ſpina duplex videatur, ambiguum eſt illud indicium & pro nihilo ducendum. Sed aliter omnino ſe habet, quod de cornuum Orygis nigro co-

---

(*) Notandum tamen eſt hoc lacteo colore rupicapram non veſtiri niſi per æſtatem, verno autem tempore muſino eſt colore, &, ut gallice diceremus, *d'un gris cendré*. Fulveſcit autumnalibus diebus, hieme vero ſubnigreſcit. Sed nunquam caput & venter colorem mutant.

lore & acie penetrabili & tremenda, addit Oppianus; hæc omnia in rupicapram cadunt. Nec mihi temperare ullo modo poſſum, quin referam brevem rupicapræ deſcriptionem gallicam a viro clariſſ. *Perroud* cum illuſtriſſ. *Buffonio* communicatam & ab eo relatam in Hiſt. Nat. Quadrup. tom. 5. pag. 315. not. *On admire en cet animal deux beaux grands yeux, ronds, qui ont du feu, repréſentant la vivacité de ſon naturel, la tête eſt couronnée de deux petites cornes de la longueur de demi pied juſqu'à 9. pouces, d'un beau noir, poſée dans le front preſqu'entre les yeux, au contraire de celles des autres animaux, celles-ci ſortent en avant ſur les yeux & ſe recourbent à leurs extremités très-rondement, & finiſſent en pointe fort aigue.* Quod ad rupicapræ mores attinet minime cum Orygis moribus repugnat Uterque feroci vita gaudent in excelſiſſimis rupibus & opacis ſylvis degentes. Unum tamen, fatendum eſt, unum obſtat, quin facile pro rupicapra Oryx habeatur; nempe magnitudo ejus, quæ juxta Herodotum ad bovis corpulentiam accedit, & rhinoceroti, teſte ipſo Oppiano v. 551. paulo eſt inferior. Sed reſponderi poteſt ex Herodoti verbis, ſi ab eo non male definitam Orygis magnitudinem concedimus, nihil aliud ſequi, niſi quod ab Africanis Orygibus corporis magnitudine noſtri vincantur; in Oppiani vero Orygis cum rhinocerote comparatione emphaſin ineſſe poëticam, quæ nulli lectori moram præſtabit.

v. 453. ὀκριόεντος. Eſt in cod. Reg. A. de quo tacuit clar. *Schneiderus.*

v. 454. ἰοφόρον κείνοις. Perridiculum erat, quod ante legebatur de cavitate cornuum Orygis, κενεὴν δὲ φύσιν. Cuncta enim cornua, proprie dicta, cava ſunt, nec erat, cur hoc peculiariter a Poëta obſervaretur; quod vero dicit de illorum veneno, popularem eſſe traditionem ſatis innuit per verbum λέγουσιν. Ob acutiſſimam eorum aciem, & inſanabilia quæ inferunt vulnera, venenata fortaſſe dicuntur. Hunc locum jam obſcuritatis arguerat *Geſnerus* de Quadrup. pag. 769. ſed aliquid deeſſe ſuſpicabatur: *Etenim*, inquit ille, *videtur poëta dicere voluiſſe, cætera cornua quadrupedum cava & inania, Orygis plena & ſolida eſſe, ut cervi etiam, unicornium & rhinocerotis, quæ ſimiliter eandem ob cauſam æque duriſſima validaque ſunt.* Nulla nunc, ut ſpero, remanet ambiguitas, & ipſam Oppiani manum revocaſſe confido.

v. 462. πολλάκι δ' ἐν κρημνοῖσι. Illud firmat quod jam diximus, Orygem idem eſſe animal ac rupicapram, in cujus venatione

imprudentibus ſæpiſſime accidit venatoribus, ut a fera percuſſi in præcipitiis deturbentur. De hac re audiamus illuſtr. *Buffonium* Tom. 5. pag. 310. *La chaſſe de ces animaux* (le Bouquetin & le Chamois) *eſt très pénible, les chiens y ſont preſqu'inutiles, elle eſt auſſi quelques fois dangereuſe, car lorſque l'animal ſe trouve preſſé, il frappe le chaſſeur d'un violent coup de tête, & le renverſe ſouvent dans le précipice voiſin.* Huc referendum eſt quod legimus apud Themiſtium Orat. 3. pag. 66.

v. 469. πρῶτος ἐναίρων. Vulgatum ſollicitare noluimus, quia ſenſum præbet ſatis commodum.

v. 473. ὀξέσι πεφρ. Libentiſſime clar. *Schneidero* aſſentiremur legenti:

ὀξέα πεφρικῶσιν ἐρειδόμενος σκολόπεσσι.

niſi linguæ ratio omnino poſtularet πεφρίκοσι. Solis enim verbis in εω vel αω deſinentibus, & illis quæ vocalem ante ω finale habent, licet, ionico more, longam brevis loco reponere ad perfectum. Ut a θνέω, τεθνηώς, τεθνηότος & ionice τεθνηῶτος, a κμάω, κεκμηώς, κεκμηότος & κεκμηῶτος, a φύω, πεφυώς, πεφυότος & πεφυῶτος, in πεφρικώς vero vetant omnes analogiæ leges. Dicendum enim foret πεφρικηώς —ηότος & —ηῶτος, quaſi a φρικάω vel φρικέω. Sed neutrum a Græcis, ni fallor, agnoſcitur. Unde in verſu 245. dedimus πεφρίκοντας, eadem forma, qua apud Homerum κεκλήγοντας legitur, & Pindari autoritate ducti, qui in Pyth. 4. v. 325. Zeten & Calain vocat:

ἄνδρας πτεροῖσι νῶτα πε-
φρίκοντας ἄμφω πορφυρέοις.

v. 477. εὖ διαβὰς μίμνῃ, *divaricatis cruribus*, ut firmius ſtet, *feram expectat.* Ex Homero eſt Iliad. Lib. 12. verſ. 458.

σῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰὼν καὶ ἐρεισάμενος βάλε μέσσας
εὖ διαβάς.

ubi vide annotationem Erneſti, & cf. Weſſelingium ad Diodor. Sic. Tom. 1. pag. 111. Ita Xenophon in Cyneg. cap. 17. de Apri venatione: προσιόντα δὲ προβάλλεσθαι τὸ προβόλιον, μὴ πολλῷ μεῖζω διαβάντα ἢ ἐν πάλῃ. *Accedenti apro venabulum objicere cruribus non multo plus divaricatis, quam in lucta.*

v. 482. αἷμα κελαινόν. Homericum eſt in Iliad. 1. v. 303.

αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί.

& in 4. verſ. 140.

αὐτίκα δ' ἔῤῥεεν αἷμα κελαινεφὲς ἐξ ὠτειλῆς.

v. 485. ἀλλήλους δ' ἐλέκουσι. Integer hic verſus reperitur in Ἀλιευτ. Lib. 2. v. 255.

v. 493. ἀλλ' οἱ μέν. Hanc iterum firmat lectionem cod. Reg. B.

v. 494. νῶϊν δὲ κεράατα. In Oppiani ſententiam non pauci deſcendunt autores, ut rex Juba, qui de Mauritania ſcripſerat apud Plinium H. N. Lib. 8. cap. 3. & Philoſtratum de Vita Apollonii Thyan. Lib. 2. cap. 6. Jubam ſecuti ſunt Ælianus de Nat. Anim. Lib. 14. cap. 5. & Achilles Tatius de Leucippe & Clitoph. L. 4. cap. 4. ubi vide cl. *Bodeni* animadverſionem; ſed primum inter eos locum obtinet Pauſanias in Eliacis Lib. 1. cap. 12. pag. 159. ex quo præcipua argumenta, quæ ad ſuam faciunt opinionem, noſter deduxiſſe videtur, quorumque ſingula cum ſingulis Oppiani conferam, ad veritatis examen, quantum in me erit, revocans. Sed huic doctrinæ de cornibus elephanti adverſantur Ariſtoteles, qui ubique dentes non cornua nominat, præſertim H. A. Lib. 9. cap. 1. pag. 924. D. Plinius ſupra laudatus & Philoſtratus, qui Jubæ ſententiam diverſis adoritur argumentis, quæ videat lector, ſi lubet.

v. 500. κεινοῖσι δὲ διπλοῖς. Simili uſus eſt argumento Pauſanias qui cornua non dentes eſſe elephantis contendit ex eo, quod radices hæc cornua habeant in capite & per tempora deſcendant. ἐλέφαντι οὖν, inquit, τὰ κέρατα ἴδω τις διὰ κροτάφων κατερχόμενα ἄνωθεν, καὶ οὕτως ἐς τὸ ἐκτὸς ἐπιστρέφοντα. τοῦτο οὐκ ἀκοὴν γράφω θεασάμενος δὲ ἐλέφαντος ἐν γῇ τῇ καμπανῶν κρανίον ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ. Sed omnino falſum eſt illud; non in capite ſummo, ſed in maxilla ſuperiori ſunt defixi, falcati dentes elephantorum, & parum diligenter a Pauſania obſervatum fuerat τὸ κράνιον elephantinum, quod in Campania viderat. Rectius Man. Phile in carm. 8. verſ. 90. non e capite, ſed ex ore productos affirmat:

οὐ γὰρ ἐφύη κρόταφος, ἀλλὰ τὸ στόμα.

v. 506. ἀριφραδὲς ἔπλετο σῆμα.. Hic, ut ſæpe ſolet, ὁμηρίζει Oppianus, nedum, ut volunt, βαρβαρίζῃ. Sic enim in Odyſſ. Lib. 23. verſ. 273.

σῆμα δέ μοι τόδ' ἔειπεν ἀριφραδές.

v. 507. πάντες γὰρ θήρεσσι. Ita quoque Pauſanias: οὐ μὴν οὐδὲ ἴκειν πυρὶ ἔχουσιν ὀδόντες φύσιν, κέρατα δὲ καὶ βοῶν καὶ ἐλεφάντων ἐς ὁμαλές τε καὶ ἐκ περιφεροῦς καὶ ἐς ἄλλα ὑπὸ πυρὸς ἄγεται σχήματα. Sed nihil vero eſt pugnantius, minimé enim ebur mallei patiens eſt, nec igne emollitur; & multum abeſt, quin, ut docet Oppianus, ſe curvandum dilatandumque docile præbeat ἐλεφαντοτόμοις; contra vero χαυληδὸν, ut dentes ipſi ſub malleo rumpitur. In igne non liqueſcit, ſed ἀπανθρακίζεται, & ex ejus car-

bone color fit, qui vocatur nigrum eburneum. Operarii vero ex ebore varia inſtrumenta & κλήματα non alio modo conficiunt, quam ebur ſerra deſecantes & ſcalpro radentes. Facile admodum hunc errorem in naturam eboris vitare poterant Pauſanias & Oppianus, niſi ex eorum teſtimonio quis contendat, veteribus olim innotuiſſe nunc deperditam artem eboris igne coquendi & malleo ducendi, ut de vitro quidam narrant.

Differunt tamen inter ſe dentes cæterorum χαυλιοδόντων & elephantorum inſigni quodam charactere; nam ſi forte rumpantur dentes elephantini, iterum creſcunt & reparantur additione laminarum longitudinalium, quod nullius quadrupedis dentibus accidit; iſtis enim neceſſe eſt, ut ſublato eorum nitore, quem vulgo vocamus *l'émail*, putreſcant & decidant.

v. 509. ἢν ἐθέλῃσι. Cod. Reg. B. ἐθελήσῃ.

v. 511. καυληδόν. Hoc verbum ſic explicat Fœſius in Œconomia Hippocrat. hoc eſt caulis in morem fractura facta dicitur, cum os per transverſum fractum eſt, ejusque partes a ſe invicem recedunt, ut ſcribit Galenus cap. 5. Lib. 6. Meth. Med. Idem Comm. 2. in Lib. de Art. p. 603. 37. ὅταν τοῦ καθαγέντος ὀστοῦ μηθὲν ἀπαθὲς ὑπολείπηται, διαλυθέντων ἀπ' ἀλλήλων τῶν μερῶν, ὡς κατὰ μηδὲν τοῦτο συνέχεσθαι· τὸ εἶδος τοῦ κατάγματος οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσι καυληδὸν ἐπειδὴ καὶ ὁ Ἱπποκράτης εἶπε, ἐὰν γένυς μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασι. Unde non *in fruſta* vertendum erat, ſed *transverſa*. Hinc intellige Lucianum a *Mat. Geſnero* non recte expoſitum *de Mercede conduct.* pag. 652. πηδαλίων ἀποκαυλίσεις, quod non *gubernacula revulſa* ſignificat, ſed *transverſas gubernaculorum fracturas*, ut jam monuerat *J. Brodæus*.

v. 517. ἢ κορυφὴν ὄρεος. Eandem habes elephantis cum excelſo monte comparationem apud D. Baſil. Homel. 9. Hexamer.

v. 519. ἐπ' οὔασι βαιοτέροισι. Viri docti in Tomo 3. *Miſcellan. Obſervat.* p. 54. hæc Oppiani verba οὔασι βαιοτέροισι improbant, quia elephantus animal δολιχούατον eſt & a multis dicitur, præſertim ab Aretæo, cujus verba, a DD. VV. laudata, ſunt ὦτα μεγάλα πλατέα, πτερυγώδεα, μέσφι κληΐδων τε καὶ στέρνων ὡς ἐκρύψε τὸν αὐχένα τοῖς ὠσὶ ὅπως νῆες λαῖφεσι Inde legendum volunt ἐπ' οὔασιν ἀμφοτέροισι, Sed ipſimet VV. DD. in nota pag. 55. hanc emendationem paulo audaciorem judicant, aures enim elephanti breves videntur tantæ molis habita ratione. Eodem ſenſu apud Manuelem Philam de Elephante verſ. 67.

τὰ δ' ὦτα λεπτὰ καὶ παρατεταμένα
καὶ καθάπερ θώρακες ἐσφαιρωμένα.

ubi

ubi lego *θύλακες* pro *θώρηκες* cum ſagaciſſimo *Wensdorfio.* Aures perpetuo motu elephantum agitare ad depellendos culices, qui aures ejus ſi ingrederentur, eum necarent, autor eſt Achilles Tatius Lib. 2. cap. 21. ubi vide Annot. clar *Bodeni.* Vide quoque in eodem Tatio Lib. 4. cap. 4. elephanti formæ & morum deſcriptionem.

v. 522. *μεγάλη ῥὶς* &c. Vulgo vocant *προβοσκίδα* & *προνομαίαν.* quia ejus ope elephas *προνομεύει αὐτῷ τὰς τροφάς*, ut verbis utar Achillis Tatii Lib. 4. cap. 4. pag. 330. De proboſcide ut Oppianus ita & Ariſtoteles H. An. Lib. 1. cap. undecimo, *τοῖς δὲ ἐλέφασι ὁ μυκτὴρ γίνεται μακρὸς καὶ ἰσχυρὸς καὶ χρῆται αὐτῷ ὥσπερ χειρὶ προσάγεταί τε γὰρ καὶ λαμβάνει τούτῳ καὶ εἰς στόμα* (rectius & verius *εἰς τὸν στόμαχον* dixiſſet) *προσφέρεται τὴν τροφὴν καὶ τὴν ὑγρὰν καὶ τὴν ξηρὰν μόνον τῶν ζώων.* Vid. & Lib. 2. cap. 1. pag. 778. A.

v. 526. *ὑψόθι γὰρ οἱ πρόσθε.* In cod. Reg. B. *ὑψόθι δ' οἱ πρ.* Vulgo *γὰρ δή.* Eadem de cruribus elephanti docet Ariſtoteles H. An Lib. 2. cap. 1. p. 777. E. *οὗτος δὲ (ἐλέφας) τά τε περὶ τοὺς δακτύλους ἀδιαρθρότερα ἔχει τῶν ποδῶν καὶ τὰ πρόσθια σκέλη πολλῷ μείζω.* His tamen contradicit Ælianus de Nat. An. Lib. 4. cap. 31. *σκέλη δὲ τὰ πρόσθια τῶν κατόπιν βραχύτερά ἐστι*, quod ex Ariſtotele & Oppiano Geſnerus emendabat legens: *τὰ κατόπιν τῶν προσθίων.* Sed inutilis eſt hæc emendatio. Neuter enim prave ſcripſit, etiamſi inter ſe utriusque verba pugnent, & eorum litem componere licet ex magni viri ſententia, illuſtr. Buffonii Tom. 4. Quadrup. Hiſt. pag. 279. *La conformation des pieds & des jambes eſt encore ſinguliere & différente dans l'élephant de ce qu'elle eſt dans la plupart des autres animaux. Les jambes de devant paroiſſent avoir plus de hauteur, cependant celles-ci ſont un peu plus longues.* Ariſtoteli & Oppiano, ut vides, ſuffragatur rei ſpecies, Æliano vero veritas. Attamen cl. Campero aliter viſum fuiſſe Geſneri emendationem probanti in Anat. Eleph. teſtatur cl. Schneiderus ad hunc Æliani locum. Genuum flexuram elephanti poſſibilem plurimi veterum negaverunt, ut Diodor. Sic. Lib. 3. pag. 193. edit. Weſſelingianæ, Plinius. Nonnus in Dionyſ. Lib. 26 pag. 694. ſed ab Ariſtotele haud immerito impugnatur hæc opinio loc. ſup. laud. Attamen juniores tantum elephantes genua flectere poſſunt. Cum vero ætate ſunt provecti, nunquam cubare ſolent, & ob nimiam molem & nervorum rigiditatem nullo modo exſurgere poſſunt. Stantes dormiunt, unde veriſimilis videtur venationis elephantinæ quædam ſpecies a Diodoro narrata loco ſupra cit.

v. 527. *ῥινὸς δ᾽ αὖτε δέμας.* Recte ab Oppiano deſcribitur elephantina cutis, rugis referta & ſciſſuris, unde *σχιςτὸς τε* pro vulgo *αἴσχιστος*, ex ipſius rei autoritate magis etiam quam codd. dari voluimus. Aſperrima eſt tactu æque ac conſpectu, pilis omnino denudata, plerumque nigricans vel muſino colore, *d'un gris ſale & foncé.* Sunt tamen quidam candidi elephantes, qui immenſi ſunt pretii apud Indos. Cutem elephantis, duce Oppiano, ſatis graphice deſcripſit, Sidon. Apollinaris, carmine 22. v. 58.

Ultima nigrantes incedunt præda elephanti
informis cui forma gregi; riget hiſpida dorſo
vix ferrum paſſura cutis, quippe improba cratem
nativam nec tela forant, contracta viciſſim
tenſaque terga feris crepitant, uſuque cavendi
pellunt excuſſis impactum miſſile rugis.

His ſimilia habet Caſſiodorus Lib. 10. var. 30. *Cutis hujus ulceroſis vallibus exaratur, quæ in tantam duritiem ſolidatur ut putes eſſe oſſeam cutem. Hæc nulla vi transmittitur, nullo ferri acumine penetratur.*

Attamen Oppianus hyperbole poëtica utitur cum dicit ferro cutem elephantis præcidi non poſſe.

v. 530. *θυμὸς ἀπειρέσιος.* Hunc & ſequentem verſum imitatus eſt Manuel Phile in Carmine 8. de elephante verſu 20. ex editione Wensdorfii.

ἰταμὸν ἀπρόσιτον δ᾽ ἐξ ἐρημίας,
ἱλαρὸν εὐάγωγον ἐκ παροικίας.

v. 534. *Φοινίκων πρόῤῥιζα.* In arbores præcipue ſæviunt & iram exercent elephantes cum œſtro venereo incitantur, aut cum eos venatores inſequuntur, teſte Æliano de Nat. Anim. Lib. 8. cap. 6. Ariſtoteles eorum roboris ſpecimen tradit in H. A. Lib. 9. cap. 1. pag. 924. E. *τοὺς δὲ τοίχους καταβάλλει ὁ Ἐλέφας τοὺς ὀδόντας τοὺς μεγάλους προσβάλλων, τοὺς δὲ φοίνικας τῷ μετώπῳ ἕως ἂν κατακλίνῃ, ἔπειτα τοῖς ποσὶ ἐπιβαίνων κατατείνει ἐπὶ τῆς γῆς.* Quod Plutarchus narrat *de ſolertia animal.* pag. 966. c. Elephantes uno tantum & ſemper eodem dente arbores aggredi, alterum ad ſui defenſionem caute ſervantes acutum, meræ ſunt nugæ, a multis repetitæ a Plinio viro *φιλοψευδεῖ* Lib. 8. c. 3. Æliano de N. an. Lib. 6. cap. 56. & Man. Phile Carm. 8. verſ. 83.

v. 535. *ἐσχρίψας.* Ad noſtram de ſcriptura hujus verbi animadverſionem in variantibus lect. adde hunc Sophoclis locum in Electra v. 904. *καὶ περισκοπῶ μήπου τις ἡμῖν ἐγγὺς ἐσχρίπτῃ βροτῶν.* Cf. & Orphei Argon. verſ. 243.

v. 540. φήμη δ' ὡς ἐλέφαντες. Non dubito quin poëta ſcripſerit forma jonica, ἐπ' ἀλλήλοισι λαλεῦσι. Fabulam quam ornandi poëmatis cauſa narrat Oppianus, ſerio docet Porphyrius περὶ ἀποχῆς Lib. 3. §. 3. ubi beſtias mutuo inter ſe uti colloquio contendit, ab hominibus non intellecto eadem ratione qua Atticæ incolæ Scytharum, Perſarum vel Indorum linguam non intelligunt. Quid vero de Lactantio dicemus & Baſilio Magno hanc opinionem de beſtiarum colloquio ſequentibus, hic *de ira Dei* cap. 7. ille Orat. 8. in Hexameron? de fabula ſatis ſit.

v. 541. μεροπηΐδα. Cave ne *humanam* cum interpretibus hoc verbum reddas, hic *articulatam* & variis ſonis diſtinctam ut hominum vocem ſignificat. Nam ex articulata voce homines μέροπες dicuntur. τονθορίζοντες ex typogr. ut opinor, errore legitur in Animadv. *Schneideri*, nam τονθορύζοντες, ut dedimus, perſpicue præbet cod. Reg. A.

v. 542. κείνης. κεῖνοι habent codd. Reg.

v. 546. γινώσκειν σφετέροιο. Eadem noſter de Delphinis narrat in ἁλιευτ. Lib. 2. v. 630. ἀλλ' ἐδάησαν τέρμα βίου. Hic obiter dicam, non multum a veritate recedere veteres cum duorum vel trium ſæculorum vitam elephantibus tribuunt, ut Nonnus in Dionyſiacis Lib. 26. p. 694.

οἷς φύσις ὤπασε κύκλα διηκοσίων ἐνιαυτῶν
ζώειν ἀενάοιο χρόνου πολυκάμπεϊ νύσσῃ
ἠὲ τριηκοσίων.

Cui adſtipulatur Ariſtoteles H. A. Lib. 8. cap. 9. Sed veritatem ipſam ex Philoſopho Geographo viro φιλαληθεῖ habes, qui multa ad hiſtoriam elephantum pertinentia paucis exponit verbis. In Lib. 15. pag. 485. κύουσι δὲ τοὺς μὲν πλείστους ὀκτωκαίδεκα μῆνας (non vero decem annos ut a quibuſdam perridicule narratur) ἐλαχίστους δ' ἑκκαίδεκα· τρέφει δ' ἡ μήτηρ ἐξ ἔτη· ζῶσι δ' ὅσον μακροβιώτατοι ἄνθρωποι οἱ πολλοί· τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ διακόσια διατείνουσιν ἔτη.

v. 548. Κύκνοι μαντιπόλοι. Nihil frequentius apud ſcriptores Græcos & Romanos occurrit, quam hæc alluſio ad cygniorum cantum, de quo libellum conſcripſit Jac. Thomaſius. Inter aniles fabuloſæ antiquitatis μύθους hanc melodiam a tot tantiſque poëtis celebratam annumerandam eſſe exiſtimaverunt recentiores, at re vera cygnos quoſdam μουσικοὺς exiſtere nemo nunc eſt, qui dubitet, ex quo doctiſſimam diſſertationem de cygnis peregrinis qui in Cantillianos hortos paucis ab hinc annis devolarunt in publi-

cam] lucem emiſit clariſſ. & reverend. Abbas *de Mongez*. Verum tamen multum abeſt quin ita ſuavis ſit eorum melodia, ut poëtarum laudes adæquet. Sed melodia certe eſt quæ ſufficiat, ut a mendacio veteres liberentur.

v. 550. φραςςάμενοι. Ita dari voluimus cum primariis editionibus, tum quia facile ſubintelligi poteſt ἐλέφαντες, tum quod nihil obſtat quominus φρασσάμενοι cum γένος, etſi neutrum ſit & ſingulare, jungi poſſit σχήματι Εὐβοϊκῷ, quod Eubœæ inſulæ incolis fuit familiare, qui ſubſtantivum neutrius generis cum adjectivo maſculo jungebant, hoc modo: ἡδὺς παιδίον βαδίζων. Nam ut docet Lesbonax περὶ σχημάτων pag. 178. οὐδετέροις γὰρ ὀνόματι συντάσσουσιν ἀῤῥενικὸν καὶ θηλυκὸν ἐπίθετον καὶ μετοχάς. Nec Euboenſes ſoli hoc genere συντάξεως uſi ſunt, ſed etiam nobiliſſimi quique & Attici ſcriptores poëtæ & πεζογράφοι, nam & Homerus ita locutus eſt δῶρόν τοι ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι. Hæc ſane, apud Salmaſium uſque ad verbum ſcripta in libro *de Helleniſtica* p. 146. ignorabat cl. *Schneiderus*, qui φρασσάμενον γένος dedit in ſua editione, vulgatum fortaſſe barbarum judicans. Sed metum omnem deponat bonus ille vir, & videat Vigerum de Idiotiſmis cap. 3. ſect. 2. pag. 58. ex editione tertia Henr. Hoogeveen.

ἰήλεμον. ἰάλεμος eſt cantio funeralis, ſeu nænia. Leſſum vocat Plautus in Truculento, & Cicero Lib. 2. Tuſc. Quæſt. & de Leg. Suidas de hac voce iſta habet ἰάλεμος ᾠδὴ θρηνητικὴ, ὁ ἐπὶ τοῖς ἀπολωλόσιν ἀνίαν· φέρων. καὶ παροιμία, ἰαλέμου ψυχρότερος. ἰάλεμον τὸν θρῆνον φασί. λέγουσιν δὲ αὐτὸν υἱὸν Καλλιόπης κακοδαίμονα καὶ ὑστερούμενον καὶ ὀρφανόν. Et idem in proverbio γυμνότερος ἰαλέμου, ait, ὁ ἰάλεμος ἐπίῤῥημα θρήνου. Ritterſhuſius.

Vide Kirchmann *de Funere Romanorum* ubi iſti Oppiani verſus laudantur pag. 156.

Nunc eſt dicendum de venatione elephantum. Hujus feræ immenſum robur, indoles mitis admodum & obediens inſigni cum virtute bellica conjuncta utiliſſimam pollicetur dominis poſſeſſionem, Indiæ (*) populis, & cum vidiſſent elephantes ſervitutis jugo

(*) Soli videntur fuiſſe Indiæ populi qui elephantes dominii cauſa venarentur, Africæ vero elephantomachi Æthiopes ad cibum tantum. Dicitur tamen Ptolemæus, qui poſt Lagi filium in Ægypto regnavit, primus fuiſſe, qui elephantum & hujuſmodi belluarum venationem inſtituerit. Hæc docet Agatharchides in Lib. 1. apud Photium p. 1321. ſed ab excerptore merito refellitur. Africanos elephantes veteribus innotuiſſe ex cæteris patet autoribus, præcipue e Strabone qui Lib. 15.

ſubditos feminarum commercium renuere, prolem ſervam creare nolentes, ad elephantinam venationem acriter ſe accinxerunt, diverſiſque eam exercebant modis. Primo quidem cicures & animoſos elephantes conſcendentes, ſylvaticos curſu petebant & inſequebantur. Aliquem ſi attigiſſent eum ferire cicuribus præcipiebant. Ubi vero illum defatigatum vidiſſent celeriter ſolerterque in ejus dorſum tranſilientes falce ducebant. Si tamen iram & ferocitatem remittere nolebat, crura ejus poſteriora vinculis arcebant. Talis venationis teſtis eſt Ariſtoteles H. A. Lib. 9. cap. 1. pag. 925. A.

Secundo modo, locum quemdam quatuor vel quinque ſtadiorum, omni materia purgatum, profunda foſſa circumdabant, tum ingreſſum ejus ponte anguſtiſſimo jungebant, deinde tres quatuorve elephantes feminas de manſuetis immittebant, ipſi in tuguriis occulti inſidiabantur. Per diem ſylveſtres non accedunt, nocte autem ſingulatim introeunt, quibus ingreſſis venatores clam aditum occludunt. Poſtea nonnullos e cicuribus ceſtatoribus fortiſſimos inducentes cum illis pugnant, ſimul etiam fame eos defatigant. Quibus jam defeſſis, aurigarum audaciſſimi clam deſcendentes, quiſque ſui elephantis uterum ſubeunt atque hinc ſubito ſylveſtrium uterum ſubeuntes compedes illis injiciunt, quo facto cicures inſtigant ut vinctos verberent quouſque in terram cadant. Poſtquam ceciderint bubulis loris eorum colla ad domitorum colla adſtringunt, & ne aſcenſores excutere poſſint, colla circumcidentes in cæſuris vincula imponunt ut præ dolore vinculis cedant & quietem agant. Hæc e Strabone habes Lib. 15. p. 484. cui confer omnino Arrianum de Hiſtoria Indica, p. 326. ex edit. Gronovii.

Tertiam narrat venationem Diodorus Siculus Lib. 3. p. 192. n. 26, quam ex Agatharchide Cnidio deſumpſit; Agatharchidis vero fragmentum etiamnum extat apud Photium in *Myriobiblio*, p. 1354. Hæc igitur venatio ab Æthiopibus quibuſdam erat uſitata, elephantomachis ob eam cognominatis. Ex arborum faſtigio elephantum greges obſervabant, quorum ſi quem forte ad arborem accedere ſpeculator videbat, apprehenſa belluæ cauda, pedibus ſiniſtro femore innitebatur & in dorſum elephantis celeriter conſcendebat; deinde ſecurim ex humeris pendentem dextra manu corripiens belluæ ſuffraginis nervos crebris ictibus incidebat. Sed maximis erat iſta venatio obnoxia periculis, ſæpiſſime enim cadente elephante ejus mole venator opprimebatur.

---

p. 485. recte animadvertit eos Indicis inferiores eſſe magnitudine.

Alia quoque ratione, abſque vitæ diſcrimine elephantes iidem populi capiebant. Solet enim hoc animal, (verba Diodori ex Rhodomani interpretatione, ut & ſupra Strabonis ex Xylandri verſione deſcribo) cum ſaturum a paſtu redit, alio quam cætera quadrupeda modo dormitum ſe componere. Totam enim corporis molem curvatis genubus terræ applicare nequit (quod de ſenioribus verum eſt.) ſed ad arborem, quam facile ex ſordibus & aliis indiciis agnoſcunt venatores, ſeſe acclinans ſomni quietem capit. Illi ſerra paulo ſupra humum arborem incidunt dum paulum ad ruinam momenti reſtet. Tum deletis acceſſus ſui indiciis abſcedunt priuſquam bellua illuc redeat. Elephas ad veſperam bene paſtus cubile adſuetum repetit; cum primum vero tota mole incumbit una cum arboris ruina ad terram devolvitur, & ſupinus per noctem ibi jacet, quia natura ejus ad ſurgendum inepta eſt. At cum prima luce arboris inciſores occurrunt & bellua citra periculum occiſa tabernacula ibidem extruunt quibus donec prædam conſumpſerint immorantur. Haſce venationes elephantinas memorat quoque Strabo Lib. 16. p. 531.

v. 551. Ῥινόκερως δ' ὄρυγος. Juniorem fortaſſe Rhinocerotem, non alium, viderat Oppianus; etenim hæc bellua ad ſeptimum uſque annum, bovis non ſuperat magnitudinem, poſtea vero in duplum creſcit. Eadem dicenda ſunt de illo quem viderat, & ex viſu deſcripſit Strabo Lib. 16. p. 533. cuique tauri magnitudinem tribuit. Rhinocerotis Ariſtoteles nuſquam meminit; unde ſatis conſtat Græcis incognitum Philoſophi temporibus fuiſſe illud animal, quod primum Romæ prodiiſſe in ludis Pompeii Magni apud Plinium legimus. Ante vero Pompeii ætatem veteribus innotuit, & Græcorum antiquiſſimus eſt autor qui de rhinocerote loquatur Agatharchides Cnidius qui regnante Ptolemæo ſexto Philometore, id eſt CL Olympiade, floruit, juxta calculum Voſſii de Hiſt. Græc. Lib. 1. cap. 20. ejus deſcriptionem rhinocerotis ex injuria temporum, ſeu potius hominum, vindicavit Photius apud quem etiamnum extat in Myriobiblio cod. p. 1362. illam excerpſit Diodorus, Hiſt. Lib. 3. p. 200. edit. Weſſeling. quæ huc adducta lectori fortaſſe non erit ingrata ἔστι γὰρ ζῶον ὃ καλεῖται ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Ῥινόκερως, ἀλκῇ δὲ καὶ βίᾳ παραπλήσιον Ἐλέφαντι, τῷ δ' ὕψει ταπεινότερον. τὴν μὲν δορὰν ἰσχυροτάτην ἔχει, τὴν δὲ χρόαν πυξοειδῆ. ἐπὶ δ' ἄκρων τῶν μυκτήρων φέρει κέρας τῷ τύπῳ σιμὸν, τῇ δὲ στερεότητι σιδήρῳ παρεμφερές. Fere ſimilia de rhinocerote apud Strabonem loc. cit. qui tamen aliter de colore, quem non buxeum, ſed elephantinum ex viſu & veritate contendit, addens quod aliis excidit, & feram graphice deſcribit.

Nempe, ἔχει δὲ καὶ δύο σῖόλους, (ſic enim pro τύλους, quo omnes Strabonis inquinantur editiones, legendum cenſeo.) ὡς ἂν σπεῖρας δρακόντων ἀπὸ τῆς ῥάχεως μέχρι τῆς γασῖρὸς περικειμένας, τὴν μὲν πρὸς τῷ λόφῳ τὴν δὲ πρὸς τῇ ὀσφυϊ. *Habet enim duo cingula* (ita recte vocat ſinus profundos pelle rhinocerotis formatos) *tanquam draconum volumina a dorſo uſque ad uterum circumeuntia, alterum collum verſus, alterum ad lumbum.* Alius eſt rhinoceroti character peculiaris, quem a veteribus animadverſum non fuiſſe miror, nempe quod pedes tripartitos habeat, quorum quævis diviſio ſolida continetur ungula, bovis ungulæ ſimili. Ad deſcriptionem rhinocerotis confer omnino Ælianum de Nat. An. Lib. 17. cap. 44.

v. 553. ἀντέλλει κέρας. De illa tantum rhinocerotum ſpecie loqui videtur Oppianus, quæ unicum cornu in naſo gerit. Duplex enim eſt harum belluarum ſpecies; una unicornis, altera bicornis, quæ magnum cornu in extremo, exiguum in medio naſo habet. Alteram hanc ſpeciem non neſciverunt veteres, ut patet ex Martialis Epigrammate 22. Lib. ſpectacul. & eam diſerte deſcribit Pauſanias in Bœotic. p. 297. ſub nomine taurorum Æthiopicorum, εἶδον, inquit, καὶ ταύρους τούς τε Αἰθιοπικοὺς, οὓς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι ὀνομάζουσι Ρινόκερως, ὅτι σφίσιν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ἐν ἑκάσῖῳ κέρας καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδὲ ἀρχὴν κέρατα ἐσῖι. Cornu rhinocerotis majus raro duos vel tres pedes regios ſuperat, unde ὀλίγον non male ab Oppiano dicitur. Si tamen ὀλίγον non ad κέρας referre volueris, & non de cornu quantitate ſed diſtantia ab extremitate naſi intelligas, hoc ſenſu, *paulo ſupra extremum naſum* &c. per me nihil obſtat, & uterque ſenſus placuit Conr. Geſnero de Quadr. p. 843.

v. 554. χαλκόν τε διατρήνειεν. Noſtram lectionem firmat cod. Reg. B. & ita legendum eſt ut illud τε alteri ſequentis verſus reſpondeat. Sed reſcribe cum cod. Vat. διατρήσειεν, non enim dicitur διατραίνω ſed διατιτραίνω.

v. 556. ἐφορμηθεὶς Ελέφαντι. Primus fuiſſe veterum qui de pugna rhinocerotis & elephantis, dixerit, videtur Agatharchides, ex quo Diodor. Sicul. Lib. 3. n. 35. unde facile emendatur error illuſtr. *Buffonii* qui de Plinio ita cenſebat. Hiſt. quad. Tom. 4. p. 345. ante vero p. 344. obſervat ſummus ille vir, nullas ineſſe inter rhinocerotem & elephantem inimicitiarum cauſas; immo ſæpe viſæ ſunt iſtæ belluæ ſimul in captivitate ſub eodem tecto placide viventes nullumque præbebant odii ſignum. *Chardin* Voyag. Tom. 3. p. 45. unde colligit illuſtr. *Buffonius*;

fabuloſas eſſe pugnas iſtas a veteribus tantopere celebratas, & nullibi niſi in circo Romano actas. Attamen inimicitiarum cauſam afferunt pabulum, Agatharchides & Diodorus, qui loc. ſupra cit. τοῦτο (id eſt rhinoceros) περὶ τῆς νομῆς ἀεὶ διαφερόμενον ἐλέφαντι, τὸ κέρας πρός τινας τῶν μειζόνων πετρῶν θήγει, συμπεσὸν δ' εἰς μάχην τῷ προειρημένῳ θηρίῳ, καὶ ὑποδῦνον ὑπὸ τὴν κοιλίαν ἀναῤῥήττει τῷ κέρατι, καθάπερ ξίφει, τὴν σάρκα. Audi quoque Strabonem l. c. qui de pugnis elephantis & rhinocerotis Artemidori teſtimonio innixus, ita loquitur. ἐκεῖνος, Artemidorus, προσδιαστασεῖ διότι καὶ ἐλεφαντόμαχον ἰδίως ἐστὶ τὸ ζῶον περὶ τῆς νομῆς. Ex verbo προσδιαστασεῖ *explanat*, quod non recte *addit* Xylander eſt interpretatus, patet iſta certamina a veteribus quoque in dubium fuiſſe vocata.

v. 558. καλλικόμοισι μετώποις. Quis illud καλλικόμοισι non miretur? Modo ſciat nullam eſſe jubam rhinoceroti, & pilis omnino denudatum eſſe & caput, & cæterum corpus ejus, excepta extrema cauda. Itaque πουλυτόμοισι legendum eſſe non dubito, nam frons rhinocerotis rugis eſt referta, & πολυτόμος videtur.

v. 559. ῥαθάμιγγες. Maculæ ſunt, quibus rhinocerotis cruſtatur cutis & ſcabiei ſimiles de quibus ita ill. Buffonius Tom. 4. p. 332. *La peau du rhinoceros eſt partout plus ou moins couverte d'incruſtations, ou de tubéroſités qui ſont aſſez petites ſur le ſommet du col & du dos, & qui deviennent plus groſſes en deſcendant ſur les côtés; les plus larges de toutes ſont ſur les épaules & ſur la croupe; elles ſont encore aſſez groſſes ſur les cuiſſes & les jambes juſqu'aux pieds.* Sed cum in fronte tantum & in dorſo eas inſidere dicat Oppianus, hinc ſequitur juniorem, ut jam diximus, rhinocerotem ab eo fuiſſe viſum.

v. 560. πάντες δ' ἄῤῥενες. Abſurdam hanc fabulam refellere me puderet.

v. 561. φράζω δ' οὐχ. Etſi multum nobis rideat Illuſtr. Brunckii conjectura, vulgatam tamen lectionem immutare noluimus, quia ex ea ſenſus erui poteſt, ſi οὐχ ad δεδάηκα refertur. φράζω δ' ὡς ἐὺ δεδάηκα *fateor me ignorare*, vel nullo verborum turbato ordine, *non dico quod ſciam, ſi* &c. nihil tamen obſtat quin legas φράζω δ' ὡς εὖ δεδάηκα. ὡς pro ὅτι.

v. 567. αὐτόῤῥεκτα φύει. Hanc doctrinam de ſpontaneis nativi-[illegible]s noſter ex Ariſtotele deſumpſit in H. A. Lib. 6. cap. 15. p[illegible]1. eamdem iterum exponit ſed uberius in Ἁλιευτ. Lib. 1. v. 762. Ubi eodem verbo αὐτόῤῥεκτα utitur, & ut hic ἀφύας

vocat παιδαναὶς unde & ex aliis locis ſimillimis certiſſimum manet argumentum ab uno & eodem Oppiano hæc duo poëmata conſcripta fuiſſe. Ad materiam quod attinet, hodie inter fabulas ablegantur ſpontaneæ generationes ab iis qui effectus ſine cauſis non admittunt. Ariſtotelis doctrinam docte confutavit clariſſ. vir *Camus* in præſtantiſſimis animadverſionibus quibus elegantem ſuam hiſtoriæ animal. gallicam interpretationem illuſtravit p. 345.

v. 572. Πάνθηρας. Duo tantum in tota ſunt antiquitate ſcriptores qui de pantheris iſtis loquantur, noſter & Ariſtoteles H. A. Lib. 6. cap. 35. καὶ ὁ Πάνθηρ δὲ τίκτει τυφλὰ ὡς λύκος τίκτει δὲ πλεῖστα, τέτταρα τὸν ἀριθμόν. Deinde nullibi apud philoſophum pantheri nomen occurrit. Sed quæcumque fuerint tenebræ quibus obvolutus jacebat veterum ὁ Πάνθηρ, nihil fuit impedimenti illuſtriſſ. Buffonio quin ex Oppiani verbis ſagaciſſime judicaverit hunc panthera thoum ſpeciem eſſe minorem quam gallice vocamus *Adive* ex Arabico nomine, quod idem ac *Lupus* valet. Ejus deſcriptionem in Hiſt. Natur. Buffoniana invenies Tomo 6. p. 200. & ſeqq.

v. 574. Μυοξούς. Iſti ſunt glires, quos gallice vocamus *Loirs*. Hortorum incolæ teterrimi, & perſicorum malorum voraciſſimi epulones. Eorum ſomnum celebre apud antiquos. Unde ſomniculoſos vocat Martialis Epigram. 58. Lib. 3.

Somniculoſos ille porrigit Glires.

Vide & Ariſtotelem H. A. Lib. 8. c. 17. C. ſi tamen per ἐλειὸν quem vocat, *Glirem* intelligit.

v. 575. ἐπιμύουσι. Verte *oculos connivent.*

v. 579. ὡς νέκυες. Dedimus ex autoritate cod. R. pro ἢ quod nullum præbebat ſenſum, nunc vero ᾗ reponendum video cujus ὡς eſt interpretatio: haud enim revera mortui ſunt, ſed quaſi mortui dormiunt.

v. 589. ἑὸν δόμον. Non dubito quin ἑὸν δέμας cum *Gujeto* legendum ſit, ſed defuit, qua fultus hanc lectionem reciperem, autoritas.

v. 598. μείονος. Sic certe reponendum erat nam de majore hyſtrice agit Oppianus in Lib. III.

v. 602. προβλῆσιν. Iterum habet cod. R. B. & Oppianus ipſe eodem utitur verbo in ſimili deſcriptione. Ἁλιευτ. Lib. II. v. 3.

φραξάμενος πυκινῇσιν ὑπὸ προβλῆσιν ἀκάνθαις.

v. 610. χόλοισι. Vulgatum λέχοιο tuetur Barthius Adverſ. Lib. 47. p. 2217. J. Rutgerſius in Var. Lect. Lib. 5. cap. 2. ex varietate Turnebi πόθοισι, legebat πόθος μιν. Heinſius apud eumdem Rutgerſium pro φιλέουσι volebat σΊυγέουσι & Cannegieter ad Avienum p. 191. malebat τὸ δ' ἐχθαίρουσι· πόθησις αὐταῖς δ' αἶκ. hanc excogitavit lectionem Cannegieter ut Oppianus congrueret cum Plinio, qui de ſimiis ſcripſit nimio amore filios ſuos interimere & in ulnis ſuffocare. Sed non facile crediderim Oppianum πόθησις reſcripſiſſe cum jam in verſu præcedenti dederit ποθηθύν.

v. 611. αὐτός. Audacior, nunc video, fui, in reponendo αὐτὸς pro vulgato αὐταῖς & parum felix fortaſſe videbitur interpretatio *mas*, cujus fruſtra uſque in hunc diem exempla quæſivi. Attamen non tentandum eſt ἔκΊεινε, quod in τέθνηκε mutavit *Paw* ad Horapoll. p. 28. unde ſumpſit cl. *Schneider.* Locus vitio laborat, nec facile ſanabitur niſi codicis alicujus ope qui genuinam præbeat lectionem.

v. 618. μαν7ιπόλου Φοίβοιο. Spurius fortaſſe & delendus hic verſus videbitur illis qui Titana & Phœbum unum & eumdem eſſe deum contendunt. Adeant tamen Lucianum, Dialog. Deor. 17. ex quo diſcent Apollona ſeu Phœbum a Titane ſeu Sole aliquoties in veterum mente differre, etſi negaverit Huetius in diſſertatione de Sole & Apolline. *Recueil de Tilladet* p. 514. Tom. 1.

περὶ νίκης. Alia de cauſa, ſi audiamus Apollon. Rhod. Lib. 2. v. 182. nempe quia lucidiora fundebat oracula hominibus Jupiter eum excæcavit & perpetua affecit ſenectute.

χρείων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισι
τῷ καί οἱ γῆρας μὲν ἐπὶ δηναιὸν ἴαλλεν
ἐκ δ' ἕλετ' ὀφθαλμῶν γλυκερὸν φάος.

Vide & Apollonii Scholiaſt. qui ad hunc locum alias adducit Phinæi cæcitatis cauſas.

v. 623. παῖδε Βορειόνεω. Corruptam hanc ultimam vocem recte judicaverunt *Guietus* & *Schneiderus*, ſed quid ejus loco reſcribendum non acute viderunt. βορειάο enim *Guieti* nimium a ſcriptura recedit; repone, leviſſima mutatione βορηϊάδα, ita Κάλαϊς βορηϊάδης vocatur a Phanocle in elegantiſſimo poëmate, apud Stobæum, Serm. 70.

ἢ ὡς Οἰάγροιο πάϊς θρηΐκιος Ορφεὺς
ἐκ θυμοῦ Κάλαϊν σΊέρξε βορηϊάδην

vel a βορηΐας, βορηΐκδε. Sed dulcior nunc in mentem venit

medicina, quæ genuinam Oppiani ſcripturam dabit. Nemo neſcit quod Jones ſæpiſſime Patronymica in Ιδης, quæ a tertia declinatione veniunt, formant in ιων, ut a Κρόνος, ου, Κρονίδης, Κρονίων, Πηλείδης, Πηλείων Πηλείωνος & ſyſtole Πηλείόνος. Ita & a Βορηΐος Βορηΐδης formatur Ionice Βορηΐων Βορηΐωνος & Βορηΐονος cujus dualis eſt Βορηΐονε. Exempla tamen deſunt, quibus fulciatur hæc lectio, ſed analogia firmatur.

v. 624. κατέκλειναν. Aliter apud Apollonium Rh. Lib. 2. v. 282.

ὡς Ζήτης Κάλαΐς τε μάλα σχεδὸν ἀΐσσοντες
τάων ἀκροτάτῃσιν ἐπέχραον ἤλιθα χερσί·
καί νύ κε δὴ σφ' ἀέκητι θεῶν διεδηλήσαντο
πολλὸν ἑκὰς νήσοισιν ἔπι Πλωτῇσι κιχόντες,
εἰ μὴ ἄρ' ὠκέα Ιρις ἴδεν, κατὰ δ' αἰθέρος ἆλτο
οὐρανόθεν καὶ τοῖα παραιφαμένη κατέρυκεν
οὐ θέμις, ὦ υἱεῖς Βορέου ξιφέεσσιν ἐλάσσαι
Αρπυίας μεγάλοιο Διὸς κύνας.

Itaque jurejurando ex Iride accepto, quod amplius ad Phineum harpyæ non reverterentur, eis pepercerunt Zetes & Calais. Illæ vero in Cretam ſe receperunt & ſpeluncam ſubierunt. Aliquid ex fabula excidiſſe apud Oppianum exiſtimabat Bodinus. Nobis vero abſoluta videtur.

ANIMADVERSIONES
IN
OPPIANI
ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΩΝ
LIBRUM TERTIUM.

Verſ. 4. καρήατα τευχήεντα. Id eſt κεφαλαὶ καθωπλισμέναι. Sæpiſſime enim τεῦχος pro ὅπλον ſumitur, ut apud Homerum paſſim σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε. Unde nihil eſt ſane infelicius *Georgii d'Arnaud* conjectura κεράατα, quam tamen in textum receptam voluit cl. *Schneider.*

v. 5. καρχαρόδοντα. τὸ καρχαρόδουν καὶ τὸ χαυλιόδουν in eo differunt, quod primum ſit animalium, quæ inhianti ore prædam appetunt, & dentibus armantur caninis & acutis in modum ſerræ, vulgoque dictis *des crocs.* καρχαρόδοντες ſunt leo, urſus, tigris, lupus, canis & alii hujus generis. τὸ χαυλιόδουν vero de feris dicitur, quarum extra os prominent curvati dentes, quod docet Suidas. χαυλιόδους, κεκλασμένους ἔχων τοὺς ὀδόντας ἐξέχοντας, καὶ ζῶα χαυλιόδοντα τὰ φαίνοντα ἔξω τοὺς ὀδόντας, οἷον ἀσπάλαξ, ἐλέφας, σῦς, καὶ εἴτι ἄλλο. Plenius vero de animalium dentibus Ælianus de Nat. Anim. Lib. 11. cap. 37. quem lector adeat; & mirabitur cum cl. *Schneidero*, talpam inter animalia χαυλιόδοντα ab Æliano, ut & a Suida, recenſeri.

v. 8. Ζηνὸς ἔσαν θρεπτῆρες. Nota eſt hiſtoria. Curetes circa Iovem ſaltationem ducebant Pyrrhicam, arma concutientes, ne infantis vagitus a Saturno audirentur, de qua re ſic Callimachus in Hymno 1. v. 52.

οὖλα δὲ Κούρητές γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
τεύχεα πεπλήγοντες ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὴν
ἀσπίδος εἰσαΐοι, καὶ μὴ σέο κουρίζοντος.

Similia de Curetibus narrat Lucianus *de Saltatione* p. 272. confer Strabonem Lib. 7. p. 223. & Mythologos qui de Curetum muneribus apud Jovem ſatis conſentiunt; non item de ejus nutrice; alii enim Adraſteiam Curetum ſororem & nymphas Melias Jovem in cunis agitaſſe, alii capram Amalthеam Jovi mammas præbuiſſe volunt, & eum ſuo melle impleviſſe apem πανακρῶν montium Cretæ incolam, & idcirco πανακρίδα a Callimacho v. 50. dictam; non vero, ut abſurde nonnulli docent, Panacrida, proprio nomine vocatam. Alii denique nec apem, nec capram agnoſcunt, ſed Jovem nutritum fuiſſe contendunt in monte Dyctæo a ſue quæ grunnitu impediebat, quo minus infantis vagitus audirentur; unde ſuem ſacrum fuiſſe animal apud Cretenſes, docet Agathocles Babylonius ἐν πρώτῳ περὶ κυζίκου, ab Athenæo laudatus Lib. 9. Deipnoſoph. p 275. F. Sunt etiam qui non in monte Dyctæo, Jovem educatum fuiſſe dicunt, ſed in monte Αργαίῳ ut Heſiodus Theog. v. 484. vel potius αἰγαίῳ juxta certiſſimam emendationem Salmaſii, exercitat. Plin. p. 891.

v. 14. ἀμειψάμενος Κούρητας. Perperam vertunt *mutatos Curetas*, ignari quod ἀμείβεσθαι ſignificat *par pari referre*, vel τίσασθαι *punire*; ut apud Sophoclem ex fragmentis a Stobæo ſervatis, p. 125. editione Grotiana:

> τὸ χρύσεον δὲ τᾶς δίκας
> δέδορκεν ὄμμα τὸν δ' ἄδικον ἀμείβεται.

& Euripides, Phœniſſ. v. 1718.

> οὐχ ὁρᾷ δίκα κακοὺς,
> οὐ δ' ἀμείβεται βροτῶν ἀσυνεσίας.

v. 16. ἀμφιβάλοντο. Cod. R. B. ἀμφιβάλοντο exhibet, quod propius accedit ad noſtram emendationem ἀφιματοῦντο. Non enim ἠφιματοῦντο legendum eſt ex errore typographorum natum. Neminem fugit quot & quantas pepererit errores ſcribarum incuria circa litteras μ & β, quæ ſæpiſſime in codd. præſertim ſæculi XII. eadem fere forma delineantur. Unde loco τοῦ ἀφιμα — lectum fuit ἀφιβα — unde ἀμφιβα — natum eſt, & principium fuit ſequentis erroris. Alioquin rara vox eſt ἀφιματῶσαι, nec apud ullum poëtam hucuſque legiſſe memini, Græca tamen eſt, eamque agnoſcit Suidas & interpretatur ἀποδῦσαι, quod, ni fallor, ſententiæ plane congruit.

v. 22. ἴστρῳ. Gravem geographicum errorem certatim emendaverunt VV. DD. *Brodæo* aſſentientes legenti Τίγρι. At *Bodinus* ἴστρῳ retinet, & vult eum pro *Tigri* nominatum fuiſſe, vel pro *Euphrate*, ut apud Pindarum, Æſchylum, & Apollon,

ὅπερ ἀπίθανον, οὐ γὰρ ἂν ἀεὶ ὁ λέων ἐγρηγόρει ἀλλὰ καθεύδων ἀνεῳγότας ἔχει τοὺς ὀφθαλμοὺς, *Bodinus.*

v. 51. θυμὸν ἑλίσσων. Non eſt, ut vertunt, *animi præſtantia fretus.* Rectius vertes, *audacem verſans animum* Imitationem Virgilianæ locutionis, *ingentes animos tenui ſub pectore verſant*, nemo eſt qui in Oppiani verbis non agnoſcat.

v. 55. νάρκα θοήν. Hunc locum explanavit *Bochartus* in Hierozoïco part. I. Lib. 3. p. 734. Cujus verba ab editoribus Oppiani hucuſque neglecta omnino deſcribenda mihi videntur: „ Hæc non alia de cauſa conficta ſunt, quam propter leonis ro„ bur immenſum, quo reliquas feras tam facile obruit quam ſi „ vis ναρκωτικὴ illarum artus ſtupefaceret. Pro νάρκα *Brodæus* „ legi voluit σπάρκα quia νάρξ unde accuſativus νάρκα alibi nus„ quam legitur. Torpedo enim non dicitur νάρξ, ſed νάρκα vel „ νάρκη. Proinde *Rittershuſii* editio, atque aliæ recentiores" (nullæ tamen recentiores erant tempore *Bocharti*) « contra ve„ terum fidem habent σάρκα non νάρκα Sed præferenda videtur „ lectio vetus quia ſenſus ita poſtulat. νάρκα θοὴν, id eſt *Torpe*„ *dinem*, quæ ſtatim obſtupefacit. At per σάρκα θοὴν, quid in„ telligi poſſit nullus video; at per metaplaſmum cujus exempla „ non deſunt, νάρκα pro νάρκαν, aut νάρκην poëta ſcripſit."

v. 56. πεντάκι — ἐλύσατο ζώνην. Elegantiſſima utitur ad partum ſignificandum metaphora, qua ante Callimachus Hymn. in Jovem v. 21.

Ῥέη ὅτ' ἐλύσατο μίτρην.

Hinc εἰλείθυιαν Theocritus vocat λυσίζωνον in Ptolemæi laud. verſu 60. dicebant quoque Græci ζώνην vel μίτραν λύειν pro διαπαρθενεύειν, διακορεῖν *virginitatem eripere.* Ut Moſchus in Idyl. raptus Europæ, v. 160.

λῦσε δέ οἱ μίτρην, καὶ οἱ λέχος ἔντυνον ὧραι.

De quino leænæ partu, cum Oppiano conſentiunt Ariſtoteles, qui tamen leonibus Syriacis peculiarem eſſe hanc genituram affirmat, H. A. Lib. 6. cap. 31. Ælianus de Nat. Anim. Lib. 4. c. 34. & Manuel Phile, in Jambis de Propriet. Anim. p. 136. ubi Oppianum imitatum eſſe ex ipſis Philes verſibus manifeſtum eſt,

λέαινα δὲ, Κρατίστε, πεντάκις κύει,
καὶ πέντε μὲν τὸ πρῶτον, εἶτα δὶς δύο,
καὶ τρεῖς ἐφεξῆς, τῷ τετάρτῳ δ' αὖ δύο,
καὶ σκύμνον ἁπλοῦν εἰς τὸ πέμπτον ἐξάγει.

Cujus rei duplicem cauſam affert Ariſtoteles, de Gener. Anim. Lib. 3. cap. 1. p. 1096. nimiam excrementi, vel potius ſeminis ſeceſſionem,

ſeceſſionem, & ætatem provectam τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ πάθος, ὑπερβολὴ περιττώματος ἐκκρίσεως· αἴτιον δὲ τὸ τοιοῦτο πάθος καὶ τῷ λέοντι τῆς ἀγονίας τῆς ὕστερον. τὸ μὲν γὰρ πρότερον τίκτει πέντε ἢ ἕξ· εἶτα τῷ ὑστέρῳ τέτταρα, πάλιν δὲ τρεῖς σκύμνους· εἶτα τὸν ἐχόμενον ἀριθμὸν, ἕως ἑνός· εἶτ' οὐδὲν, ὡς ἐξαναλισκομένου τοῦ περιττώματος, καὶ ἅμα τῆς ἡλικίας ληγούσης, φθίνοντος τοῦ σπέρματος.

Semel tantum per annum leones pariunt, verno tempore. Ariſtot. H. A. Lib. 6. c. 31. Ælianus vero l. c. omni anni tempore leones coire docet, ſed errat pro more ſuo. In utero geſtant leænæ ſex menſes Philoſtrato autore, in vita Apoll. Tyan. Lib. 1. c. 16. cui adſtipulatur *Geſnerus* de Quadr. p. 579. Non audiendi ſunt nec Ælianus, nec Phile, qui duos tantum menſes dicunt leænas geſtare. Quod vero de coitu averſo leonum tradit Ariſtoteles eodem quo ſupra loco, omnino a veritate recedit, & a viro ſummo *Linnæo* in Syſtem. Nat. repetitum fuiſſe merito miratur ill. *Buffonius*.

v. 57. βάξις δ' ἀτρεκέως. Hujus opinionis autor eſt Herodotus, eam in Thalia docens p. 251. L. 66. edit. Weſſelingianæ. ἡ δὲ δὴ λέαινα, inquit, ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν· τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας· τὸ δὲ αἴτιον τοῦτ' ἐστί. ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινεόμενος, ὁ δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας· αὐξανόμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐπικνέεται καταγράφων· πέλας τε δὴ ὁ τόκος ἐστὶ, καὶ τὸ παράπαν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς οὐδὲ ἕν. Herodotum propenſius ſecutus eſt Antigonus Caryſtius cap. 25. dubitat vero Aulus Gellius N. A. XIII. 7. Sed fabulam eſſe ridiculam ante Oppianum Ariſtoteles declaravit, H. A. VIII. 31. & ea de cauſa confictam, quod rarum genus leonum eſt, nec rationem cur ita eſſet autor fabulæ comperire poterat. Deliram fabulam narrat quoque Plinius Lib. 8. 16. ſed a vulgo tantum receptam & ab Ariſtotele impugnatam monet. Fabulam refellit quoque Philoſtratus Lib. 1. c. 16. de vita Apoll. Plura ſi cupias pete ex *Bocharti* Hieroz. P. 1. Lib. 3. c. 2.

v 63. πορδάλιες δ' ὁλοαί. Duplex quoque agnoſcimus pantherarum genus magnum & parvum. Iſtud apud nos hodie *uncia*, gallice *l'once*, nominatur; a pantheris differt non ſolum, ut Oppianus animadvertit, corporis magnitudine, & caudæ longitudine, ſed etiam pellis colore & forma macularum, quibus pellis diſtinguitur. Primum pantherarum genus fulva veſtitur pelle variegata maculis orbiculatis, oculatis, nigris, magnis, annulorum vel roſarum formam referentibus, & quarum medium notis ejuſdem coloris pingitur. Unciæ vero ſupra pellem dealbicantem maculas

habent ſine ordine adſperſas, virgatas. Cæterum multo minus unciæ pantherarum ſunt feroces, & ab Orientalibus populis, apud quos rari ſunt canes, ad venationem informantur & una cum venatore eidem equo inſident. Cum vero ad currendum haud ſint celeres, prædam invadunt ſaltu promptiſſimo. Patriam pantherarum Aſiam eſſe, nec in Europa hanc feram inveniri docet Ariſtoteles H. A. L. 8. c. 28. p. 919. E. Fuiſſe tamen & in Africa veteribus cognitas teſtatur Plinius H. N. L. 8. c. 17. De nomine pantherarum jam annotavimus, in Var. Lect. ad verſ. 69. Lib. 1. Græcos per πόρδαλιν marem per πάρδαλιν feminam intelligere, & hoc firmat Salmaſius ad Solin. p. 212. ubi de pantheris nonnulla leguntur digna quæ conſulas. Romani vero feminam *Variam* & *Pantheram* vocitabant & marem *Pardum*. Plinius l. c. *nunc Varias & Pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere creberrimo in Africa Syriaque.* Unde detegitur error Harduini ad hunc Plinii locum, aſſerentis Pardos eſſe, quos gallice vocamus *Léopards*. Diverſum enim eſt animal leopardus recentiorum, nec veteribus cognitum, de quo vide illuſtriſſ. Buffonium Hiſt. Quadr. T. 3. p. 262. Eundem in ſe errorem admiſit Bochartus in Hierozoïco p. 1. L. 3. c. 8.

v. 69. εὐπαγέες μηροί. Eadem Ariſtoteles in libro de *Phyſiognomia*, p. 1176. ubi pantheram ſic deſcribit. ἔστι γὰρ ἔχων πρόσωπον μικρὸν, στόμα μέγα, ὀφθαλμοὺς μικροὺς, ἐκλεύκους, ἐγκοίλους, αὐτοὺς δὲ περιπολαιοτέρους, (lege πυριλαμπεστέρους vel ἐπιπολαιοτέρους & ſupp. τῶν τοῦ λέοντος) μέτωπον προμηκέστερον, πρὸς τὰ ὦτα περιφερέστερον ἢ ἐπιπεδώτερον, τράχηλον μακρὸν ἄγαν καὶ λεπτόν· στῆθος ἄπλευρον, καὶ μακρὸν νῶτον· ἰσχία σαρκώδη καὶ μηρούς· τὰ δὲ περὶ τὰς λαγόνας καὶ γαστέρα ὁμαλὰ μᾶλλον· τὸ δὲ χρῶμα ποικίλον καὶ ὅλον ἄναρθρόν τε καὶ ἀσύμμετρον. Veteres fabulas de panthera quaſdam narrant; εὐωδίαν ei tribuunt, qua alliciuntur cætera animalia, & a panthera capiuntur. Vide Ariſtotelem in Problemat. p. 748. & in H. A. Lib. 9. c. 6. Antigonum Caryſt. c. 37. Ælianum de N. A. L. 5. c. 40. & Plinium L. 8. c. 17. Pantheras venandi modum exponam ad Lib. 4. ſuo loco.

v. 85. Λύγκας ἀριζήλους. Minorem lyncum ſpeciem hodie agnoſcimus ſub nomine *Caracal*, & nonnulli eam vocant, *Leonis ducem*, vel *Leonis annonæ curatorem*. Major nomen *Lyncis* retinet, vel *Lupi cervarii*, cujus deſcriptionem accuratiſſimam vide in *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire des animaux* part. 1. p. 127. & ſeqq. Utrique inſignis eſt character de quo tacuiſſe Oppianum miror, nempe ad extremum auris pilorum penicillum gerunt nigrum. Hunc non omiſit characterem Ælianus de Nat. An.

qui de lynce ita: φασὶ δὲ (οἱ Μαυρούσιοι λόγοι, id eſt, ni fallor, Jubæ, regis Mauritaniæ deſcriptio) αὐτὰς παρδάλεως μὲν ἔτι καὶ πλέον σιμὰς, ἄκρα γε μὴν τὰ ὦτα λασίους· θηρίον τοῦτο ἀλκιμὸν δεινῶς, καὶ κατασχεῖν βιαιότατα τε καὶ ἐγκρατέστατα καρτερόν. De acerrima lyncum oculorum acie, ut de fabula, taceo, nec loquar de miraculoſo lyncurio lapide, cujus virtutes portentoſas nequidem Plinius credere voluit.

v. 99. ἀγάσαντο. *Amant* vulgo vertunt, non ſatis accurate meo quidem judicio. ἀγάσαι eſt *admirari*, *in magno habere pretio* & *invidere*. Ut apud Tryphiodorum v. 264.

ἔκτειναν δὲ καὶ αὐτὸν ἀγασσάμενοι Παλαμήδην.

Hic itaque ἀγάσαντο denotat belluarum erga catulos amorem invidia & furore comitatum eſſe. Quo ſenſu eleganter gallice diceremus *elles ſont jalouſes de leurs petits*.

v. 99. σκύμνους. Quod recte vocantur σκύμνοι lyncum, leonum, pantherarum leonumque catuli, teſtis eſt Ælianus de N. A. Lib. 7. c. 47.

v. 103. μύροντο λιγέως. Homerum ſapit hæc locutio. Sed quam recte ad commiſerationem movendam hæc dicta ſint, quis non ſentit? O nimium felices quicumque hanc Oppiani *Barbariem* adæquare poſſent, & oculos lectorum lacrymis implere ſuaviſſimis!

v. 108. ἐνὶ κραδίῃ στάξεν θεός. Sic in ἁλιευτ. L. I. v. 275.

στάξεν ἐνὶ κραδίῃ γλυκερὸν γάνος· οὐδ' ἄρα μοῦνοις &c.

Quis hæc duo poëmata ab eadem manu conſcripta negabit?

v. 109. οἳ πάντα νοήμασι μητίσαντο. Hoc voluit poëta, animalium erga catulos ſingularem amorem, non inſtitutionis fructum eſſe, ut de hominibus dici poſſet; ſed ab ipſa natura afflatum.

In eandem ſententiam diſputat Apollonius Thyanenſis apud Philoſtratum Lib. II. c. 7. cujus locum apponere non pigebit. τί οὖν βούλεται τὸ εὐηθὲς ἐκεῖνο φρόντισμα τοῖς ἐρετχελοῦσι, φυσικὴν ἢ μὴ, τὴν πρὸς τὰ τέκνα εὔνοιαν εἶναι; τουτὶ γὰρ καὶ ἐλέφαντες ἤδη βοῶσιν ὡς παρὰ τῆς φύσεως αὐτοῖς ἥκει, οὐ γὰρ δὴ περὶ (lege παρὰ) ἀνθρώπων γε μεμαθήκασιν αὐτὸ ὥσπερ τὰ ἄλλα, οἵ γε μηδὲ ξυμβεβιώκασί πω ἀνθρώποις ἀλλὰ φύσει κεκλημένοι τὸ φιλεῖν ἃ ἔτεκον προκήδονταί τε αὐτῶν καὶ παιδοτροφοῦσι.

v. 114. Χάροψ. Quid ſit Oppiani *Charops* ignoro. Sed reſcribendum puto Γλαυκός τε χάροψ, adjective non proprie. Glaucus enim piſcis notus eſt ex Ariſtotele H. A. Lib. 8. c. 13. Glauci erga catulos amorem narrat Oppianus in Halieut. Lib. I.

v. 749. Phoca amphibium eſt animal vulgo nominatum *vitulus marinus*, cujus δυσωδία in proverbium abierat. Vide *Suidam*. Phocæ ſuos erga catulos amorem ita extollit Philoſtratus, ut narret in vita Apoll. Thy. Lib. II. c. 8. Phocam, quod mortuum peperiſſet catulum, triduo a cibo præ dolore abſtinuiſſe.

v. 115. πῶς. Admirandi non interrogandi vim habet, ut præcedens οἵην.

v. 116. Φῆναι. Avis eſt aquilarum genere Φήνη, gallice vocata *l'orfraie* vel *le grand aigle de mer*, latine *oſſifraga*.

v. 125. πρυλέες. Male *teneri* vertunt. Redde *conferti*. πρυλέες enim ſunt pedites milites in aciem inſtructi. Hom. Iliad. Lib. II. v. 49.

αὐτοὶ δὲ πρυλέες σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες.
ῥώοντ'·

τρίζουσι. Recte ſic pro vulgato τρύζουσι emendavit cl. *Schneider*. Vox eſt propria avium pullorum cibum appetentium, ut ex Luciano patet in Timone p. 132. ἐμὲ δὲ, inquit Plutus, οἱ ἐπελπίσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες, ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσπετομένην τετριγότες οἱ νεοττοί. Ubi non bene latinus interpres ſignificationem τοῦ, τετριγότες omiſit; *ut hirundinem advolantem pulli expectant*. Verte potius *ut hirundinem advolantem pulli pipientes expectant*. Hinc per anticipationem Oppianum emenda in Ἁλιευτ. Lib. 3. v. 245. ubi vulgo de hirundinis pullis οἱ δ' ἀπαλὸν τρύζοντες. Lege τρίζοντες.

v. 128. λυσιτόκων θαλάμων. Hunc verſum ſe intelligere negat cl. *Schneider*. Nec mirum eſt, ſi λυσικόμων, ut antea, legitur. λυσιτόκων, quod dedimus non tamen veram, ut opinor, præbet Oppiani ſcripturam, ſed veræ proximam. Nam legendum omnino videtur ῥυσιτόκων, & plena fit ſententia. *Servans caros pullos, quos adhuc teneros alit, implumes, & liberatos vinculo thalamorum fœtus tuentium, qui fœtus erant propugnaculum.* Nec lectori moram præſtabit, quod a lexicis hæc vox abſit. Eadem enim ratione formatur, qua ῥυσίπονος, ῥυσίδιφρος, & ſexcenta ejuſdem generis.

v. 145. χεῖρες χερσὶ βροτῶν. Eadem de Phoca & Urſo obſervat Ariſtoteles H. A. Lib. 2. c. 1. Nota quod hæc verba χεῖρες χερσὶ græci amant conjungere. Sic Orpheus *de lapidibus* v. 95.

καί μιν ἑλὼν χειρὶ χεῖρα προσηύδον ὧδ' ἐπέεσσι.

v. 146. καὶ πολλὴ κυθέρεια. Urſæ impudentiſſima libido in

venerem ruens in cauſa fortaſſe fuit, quod ab antiquis crederetur hoc animal non ἀναβηδὸν ut cætera, ſed ſupinum ὀχεύεσθαι. Illud tradit Ariſtoteles H. A. Lib. 8. c. 30. αἱ ἄρκτοι τὴν ὀχείαν ποιοῦνται — οὐκ ἀναβηδὸν, ἀλλὰ κατακεκλιμέναι ἐπὶ τῆς γῆς. Conf. Plinium Lib. 8. c. 36. Sed rem in dubium vocat, vel potius ex experientia negat ill. Buffonius Hiſt. Quadr. T. 3. p. 29.

v. 159. τίκτει δ' ἡμιτέλεστα. Non unius eſt vel paucorum error, ſed omnium fere antiquitatis ſcriptorum. Ipſe docet Ariſtoteles H. A. Lib. 6. cap. 30. non tamen tam aperte, quam alii; ἔλαττον μὲν γὰρ, inquit, γαλῆς τίκτει, μεῖζον δὲ μυὸς, καὶ ψιλὸν καὶ τυφλὸν καὶ σχεδὸν ἀδιάρθρωτα τὰ σκέλη καὶ τὰ πλεῖστα τῶν μορίων. De urſa vero catulos ſuos lambendo perficiente prudenter tacet philoſophus. Plinius vero, omnem pudorem exuens de more ſuo τερατολογεῖ. *Hi ſunt candida informiſque caro, paulo muribus major, ſine oculis, ſine pilo, ungues tantum prominent. Hanc lambendo paulatim figurant.* Lib. 8. c. 36. Nihil dico de cæteris, qui eamdem narrant fabulam. Eorum loca indicare ſatis erit. Vid. J. Pollucem Onom. Lib. 5. c. 12. ſegm. 80. Ælianum de N. A. Lib. 11. c. 19. Philen in Jambis de Propr. Anim. p. 184. Plutarchum de prolis amore p. 494. C. & alios quos enumerare me tædet. Vide, ſi lubet, quæ ad hunc locum congeſſit Ritterſhuſius.

v. 161. γάμῳ παιδοτροφίῃ τε μέμηλεν. Ex hoc loco, præ cæteris, patet quantam autoribus noxam, quantum & detrimentum afferunt, qui leviſſima mendi ſuſpicione adducti textum pro arbitrio mutant & propriis inquinant conjecturis. Sanus eſt undique hic verſus, nec mirari debes ſi μέμηλεν cum tertio rei caſu junctum videas: rara quidem ſatis eſt loquendi forma, ſed recta, & quæ non uno firmetur exemplo, nam ita ipſe Oppianus in Piſcatione Lib. I. v. 155.

ἔστι δέ τις πέτρῃσιν ἁλικλύστοισι μεμηλὼς,

& in Lib. 3. v. 340.

Κάνθαρος ὃς πέτρῃσιν ἀεὶ λεπρῇσι μέμηλε.

Attamen hanc locutionem barbaram exiſtimavit cl. *Schneider*, qui ex ingenio reſcripſit γάμος παιδοτροφίη τε μέμηλεν. Non male, ſed parum eleganter, ut opinor; melius enim repoſuiſſet γάμου παιδοτροφίης τε μέμηλε, ſubaudito αὐτῇ. Hæc ſane forma eſt, quæ ab Atticis & optimis uſurpatur ſcriptoribus: ſic & Ariſtophanes *Lyſiſtr.* v. 895. ubi Myrrhine ad Cineſiam

ὀλίγον αὐτῶν μοι μέλει

cui Cineſias

ὀλίγου μέλει σοι τῆς κρόκης φθορουμένης
ὑπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων;

v. 162. ἰαύει. Sic apud Homerum de matrimonii voluptate intelligendum eſt in Iliad. Lib. 14. v. 213.

Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύεις.

v. 170. δείδιεν. Veteres tamen obſervaverunt calidis in regionibus urſos non inveniri; quod de nigris urſis tantum verum eſt. Unde colligere liceret veteribus iſtos innotuiſſe, etſi id nolunt plerique hiſtoriæ naturalis ſcriptores hodierni. Vid. Plinium Lib. 8. cap. 36. ubi negat urſos in Africa gigni. Plinio multi repugnant, Herodotus in *Melpomene* c. 191., Solinus c. 29. & Martialis Epigram. 105. Lib. 1. nec mira amplius videbitur hæc repugnantia, ſi ille de urſis nigris agit, cæteri de fuſcis.

v. 171. χιὼν ὅτε πάντα παλύνει. Sic Homerus Iliad. K. v. 7.

ὅτε πέρ τε χιὼν ἐπάλυνεν ἀρούρας.

Tryphiodorus v. 186.

ἤερα παχνώσασα χιὼν ἐπάλυνεν ἀρούρας.

& Apollon. Rhod. L. 3. v. 69.

νιφετῷ δ' ἐπαλύνετο πάντα
οὔρεα.

v. 173. κεύθετ' ἐνὶ σπήλ. Dubitat Ariſtoteles H. A. Lib. 8. c. 17. initio, an propter frigus vel alia de cauſa urſi lateant, nec hodie res eſt in liquido. Videtur tamen urſa, quæ diutius quam urſus latet, (nam ille quadraginta tantum dies φωλεύει) præcipue tutius pariendi cauſa latere. In antro enim parturit nec exit, quin ſecum catulos in apertum educat jam ad matrem ſequendam non impares. Non ſe abſcondit urſus, niſi monitus torpedine quadam a Græcis φωλία vocata, & nimia ſane obeſitate, qua appropinquante hieme hoc animal laborat, creata: tunc receptaculum quærit, & inventum ſingulari cum providentia præparat. Plutarchum de hac re diſſerentem in libello *de Solertia anim.* p. 971. E. audire forſitan non erit injucundum nec ab Oppiano illuſtrando alienum. ἡ δὲ ἄρκτος ὑπὸ τοῦ πάθους ὃ καλοῦσι φωλίαν καταλαμβανομένη, πρὶν ἢ παντάπασι ναρκῆσαι καὶ γενέσθαι βαρεῖα καὶ δυσκίνητος, τόν τε τόπον ἀνακαθαίρει, καὶ μέλλουσα καταδύεσθαι τὴν μὲν ἄλλην πορείαν ὡς ἐνδέχεται μάλιστα ποιεῖται μετέωρον καὶ ἐλαφρὰν ἄκροις ἐπιτυγχάνουσα τοῖς ἴχνεσι, τῷ νώτῳ δὲ τὸ σῶμα προσάγει, καὶ παρακομίζει πρὸς τὸ φωλεόν.

v. 176. & 177. τοῖά νυ που — πουλύποδες σκολ. Novum huc accedit argumentum ab eodem Oppiano ſcripta fuiſſe cynegetica

& halieutica. Etenim ſi urſum pedes lingentem comparat in hocce poëmate cum polypis capillos ſuos edentibus, in piſcatione polypos cirros ſuos edentes cum urſo pedes ſuos lingenti comparat Lib. 2. v. 241. & ſeqq. iiſdemque quibus hic verbis aut ſententiis utitur. Quis enim eumdem non agnoſcat ſtylum in verſu 174. hujuſce poëmatis:

πόδας χείλεσσι λιχμαίνει.

& Piſcationis 250.

ὃν πόδα λιχμάζουσι.

Nec obeſſe poteſt, quod in venatione λιχμαίνει primam corripiat, in Piſcat. vero producat λιχμάζει, nec ex differentia proſodiæ temporum differentia colligi poteſt. Nam prima producitur quoque in venatione ejuſdem libri verſu 203. Cæterum ſæpiſſime κ, χ, σ, liqueſcunt ante liquidam μ. ut exemplo jam oſtendimus ad verſ. 208. Lib. 1. De vocali ante σμ. correpta vide *Toupium* τὸν πάνυ, cujus obitum diu lugebit litterarum orbis, Emendation. in Suidam parte 2. pag. 8. præfat. Eamdem quoque manum referunt hujus libri verſus 178.

χείματος ἐκ μεσάτου κρυερὴν τρείοντες ἐνιπὴν,

& Piſcationis 248.

χειμερίην γὰρ ἀλυσκάζουσαι ὁμοκλήν.

Sed rem tam apertam pluribus argumentis demonſtrare me puderet & æquo lectori ſupervacaneum videbitur. Qua vero ratione polypi dicantur σκολιοὶ ab Oppiano, non eſt obſcurum. Ex pedum multitudine & forma flexuoſa unde ſæpe implicantur, merito tortuoſi polypi nominantur, & propter hanc implicationem πλεκτάναι & πλεκταὶ a veteribus Græcis dicebantur, imo & ipſum polypum ſub nomine πολύποδος πλεκτῆς intelligebant poëtica periphraſi, ut Plato Comicus apud Athenæum laudatus L. 1. p. 5.

πουλύποδος πλεκτὴν δ' ἂν ἐπεὶ λήψῃ κατὰ καιρόν.

Polypi cirrum (i. e. polypum) *ſi colligis ſecundum tempus &c.*

v. 179. ἑὰς πλοκαμῖδας ἔδοντες. Negat, ut commentum, Ariſtoteles H. A. Lib. 8. c. 2. p. 900. D. docens polypos conchyliis potiſſimum veſci, & ſi brachiis carent ea congri devoraſſe, quibuscum polypi ſæpiſſime decertant. Cum Ariſtotele ſentit Plutarchus in Lib. πότερα τῶν ζώων φρονιμότερα. Oppianum vero ſecutus eſt Ælianus de N. A. L. 1. c. 27. & imitatur Phile in Jambis de *propr. anim.* p. 303. Antiquiſſimam in Græcia hanc fabulam docet Heſiodi locus *opera* & *dies* v. 524.

ἤματι χειμερίῳ ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει.

Vel potius τέμνει, ut legit Antigonus Caryſtius Mirab. Synagoge cap. 25. & eo duce Grævius in Lection. Heſiodeis p. 58.

v. 181. *αἴπυν Ὄναγρον.* Onagrum cum aſino pulchro vulgò *Zebra* nominato parum docte confundit cl. *Schneider*, etſi de eorum differentia jam monuerit ill. Buffonius T. 5. H. Quadr. p. 177. his verbis: *le Zébre n'eſt point l'animal indiqué par les anciens ſous le nom d'Onagre.* Onager vero non alius eſt quam aſinus noſter villaticus, ut jam oſtendimus in Animadv. noſtr. Lib. 1. pulchrior tamen & altior utpote ſervitutis jugo non dedecoratus, & ſub cælo vivens feliciori.

v. 185. *ὄσσε πέλει φαιδρός.* Corrupta ſcribarum incuria mihi videtur vox *ὄσσε*, cujus loco legerem, *ὄσσε πέλει φαιδρὸς*, *oculis eſt hilaris*, quod ni fallor, cum ſequenti *δέμας ἄρκιος* rectius quadrat; hæc ultima verba non bene vertunt *amplus corpore.* Significant enim *corporis ejus, vel membrorum apta eſt compoſitio*, quod gallice diceremus *il a la taille belle & bien proportionnée.*

v. 186. *ἀργύρεος χροιήν.* Aſininus ille color a veteribus Græcis *κίλλιον* dicebatur a verbo dorico *κίλλος*, quo Dores aſinum vocabant teſte Polluce Onom. Lib. 7. ſegm. 56. *ἔστι δὲ καὶ κίλλιον ἐσθῆτος χρῶμα τὸ νῦν ὀνάγρινον καλούμενον· καὶ κίλλον γὰρ τὸν Ὄνον οἱ Δωριεῖς, καὶ κιλλακτῆρα τὸν ὀνηλάτην.*

ὀξύτατος θεῖν. De onagri velocitate audiamus Xenophontem in *Κύρου ἀναβάσεως* Libro 1. pag. 151. ubi cum permultos eſſe onagros in Arabiæ campis dixiſſet illud de onagris peculiariter addit. *καὶ οἱ μὲν Ὄνοι ἐπεί τις διώκοι προδραμόντες ἀνειστήκεσαν· (πολὺ γὰρ τοῦ ἵππου θᾶττον ἔτρεχον) καὶ πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοι ὁ ἵππος, ταυτὰ ἐποίουν, ὥστε οὐκ ἦν λαβεῖν εἰ μὴ διαστάντες οἱ ἱππεῖς θηρῷεν διαδεχομένοι τοῖς ἵπποις.* i. e. *aſini vero, cum eos aliquis inſequeretur procurrebant, deinde ſtabant in veſtigio (nam multo citius equo currunt) & rurſus cum equus adpropinquaret eadem faciebant, ita ut minime capi potuiſſent, niſi, interjectis inter ſe intervallis, equites venarentur, viciſſim cum equis perſequentes.* Hinc colligere eſt timidos & vecordes eſſe onagros nec aſinorum bellicoſiores inde poëta

& timidos agitabis onagros.

v. 190. *ἀγαθὴ βόσις.* Non feris ſolis jucundus eſt cibus aſini ſylvatici caro, hominibus etiam exquiſitiſſimæ dapes & inter rei coquinariæ veterum cupediaria annumerabatur: proximus eſt cervinæ carnis ſapor aſini, ſed delicatior, teſte Xenophonte loco ſupra laudato. *τὰ δὲ κρέα τῶν ἁλισκομένων ἦν παραπλήσια τοῖς ἐλαφείοις, ἁπαλώτερα δέ.* Cum Xenophonte conſentit Plinius H. N. Lib. 8. cap. 44. *Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui: Pullis*

eorum ceu præſtantibus ſapore Africa gloriatur quos Laliſiones appellant. Nec adverſatur Ælianus, ut exiſtimabat Bodinus ad hunc Oppiani locum: non enim de onagris agit Ælianus neque dicit eis amaram eſſe carnem; illud tribuit aſinis feris Indiæ qui ſi exiſtunt non alii eſſe videntur quam rhinocerotes, ut jam recte obſervavit cl. Schneider ad Ælianum Lib. 4. c. 52.

v. 195. *θηρῶν μέθυ.* Ex parte alludit ad Virgilianum illud Georg. 3. v. 529.

pocula ſunt fontes liquidi.

v. 204. *ποθέει τέκος.* *Amat fœtum* vertunt, non ſatis plene. *ποθέει* enim indicat, ni fallor, aſinum jam ſui fœtus amore flagrare, ejus coïtum appetere & ſibi in poſterum ſponſam deſtinare. Unde in gallica verſione dedimus, *& qui déja deſire ſa jouiſſance.*

v. 208. *μὴ μετόπισθεν ἑὸν γένος ἡβήσειεν.* *Ne poſtea ſuum genus pubeſcat.* Id eſt juveniliter & *ἀφροδισίως* agat. *ἥβη* enim ab Heſychio *ἀκολασία* interpretatur, quæ vox non ſolum de vini intemperantia, propter deam Heben, quæ deis erat a poculis, intelligenda eſt, ut docent Caſaubonus & alii DD. VV. ſed etiam de re venerea: nam Suidas *ἡβᾷ*, per *σφριγᾷ* explicat. Quid ſit vero *σφριγᾷν* bene norunt omnes *ἡβῶντες*. Ad noſtrum ſenſum facere idem videtur Suidas cum vocem *ἡβηδὸν* interpretatur *σὺν πάσῃ ἡλικίᾳ παρ' Ηροδότῳ δὲ ἀντὶ τοῦ μετὰ αἰσχύνης, μετὰ ἀκολασίας.* Sed corrupta ſunt apud Suidam hæc verba *μετὰ αἰσχύνης* quorum loco legendum eſt *μετ' ἰσχύος*; nullum enim eſt dubium, quin Suidas ante oculos habuerit locum Herodoti, quem legimus in *Clione* cap. 172. *ἐνδύντες τὰ ὅπλα ἅπαντες Καύνιοι ἡβηδὸν τύπτοντες δούρασι τὸν ἠέρα. κ. τ. λ.* Ubi Lexicon *τῶν ἡροδοτείων Φράσεων* ad calcem editionis Weſſelingianæ repoſitum *ἡβηδὸν* interpretatur *μετὰ ἰσχύος καὶ μετὰ ἀκολασίας.* Hæc ſane e Suidæ codice ſed emendatiori deſumpſit autor Lexici Herodotei, & ad mentem hiſtorici magis accedunt, quam Suidæ explicatio. Hinc oblata occaſione juvat voci *ἡβηδὸν* genuinam ſignificationem ab omnibus fere eruditis adulteratam reſtituere. Primo quidem apud Lucianum in Timone p. 149. ubi hæc verba *ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν, ἢν πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν οἰμώζειν ποιήσῃ*, ut recte legit Doct. *Hemſterhuſius*, qui tamen non bene *Tan. Fabro* ſuffragatur *τὸ ἡβηδὸν* exponenti *omnino.* Verti enim debuerat *fortiter*, vel *juveniliter*, vel *puerorum more.* *Satis eſt mihi*, inquit Timon, *ſi Jupiter omnes homines, infantium more, plorare jubeat*, id eſt in extremam miſeriam & deſperationem adducat. Nullo enim

modo, nulla ratione, ἡϐηδὸν ſignificare poteſt, ut Faber voluit ἀπαξάπαντας. Fabri error natus videtur ex loco Herodoti ab eo allegato, ſed minime intellecto. Verba ſunt Herodoti in Lib. 6. c. 21. Συϐάριες γὰρ ἁλούσης ὑπὸ τῶν Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡϐηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς, καὶ πένθος μέγα προσεθήκαντο. Ubi *Faber* τὸ, Μιλήσιοι πάντες ἡϐηδὸν *vertit omnes omnino Mileſii*, quaſi ἡϐηδὸν *a pueritia* ſignificaret. Cui ne credas, quæſo, nam ἡϐηθεν, non ἡϐηδὸν legendum eſſet. Oblitus erat ſane doctiſſ. *Faber* hæc omnia adverbia in δὸν deſinentia, nequidem uno excepto, ſignificare *in modum & rationem*. φορηδὸν *in modum ſarcinæ*. κοσκινηδὸν *eadem ratione, qua cribrum, inſtar cribri*. στοιχηδὸν *in ordine, inſtar verſuum*. σωρηδὸν *inſtar cumuli*, & ſexcenta ejuſdem generis. Itaque ut propria remaneat apud Herodotum adverbio ἡϐηδὸν ſignificatio, verte, *omnes Mileſii capita abraſerunt eodem modo, quo abraduntur puberes*. Mos enim erat, unde fluxit hoc loquendi genus, Athenienſibus ſolemnis, puberes qui decimum ſextum annum attigiſſent, quod a Græcis dicebatur ἐπιδιετὲς ἡϐᾷν, ad δοκιμασίαν quotannis vocare, ut inter cives adſcriberentur, & peculiaris erat hujus δοκιμασίας ritus puerorum capita capillis omnino denudare, hinc feſti ἀπατουρίων dies tertius, quo hæc raſura fiebat, κουρεῶτις vocabatur, ut docet Suidas, verbo κουρεώτης. In luctu capillos detondebant Græci veteres, in maximo ſtrictim & ad cutem, puberum more, ἡϐηδόν; in minore ſummitatem tantum capillorum amputabant. Cujus rei fides penes eſt Euripidem in Oreſte v. 128. ubi Electra Helenæ exprobrat, quod ad ſervandam pulchritudinem ſummos tantum præciderit capillos, id eſt quod minorem tantum luctum egerit, dum maximum ob ſororis obitum debebat agere. Ubi recte ſcholiaſtes εἰ γὰρ κατὰ ἀλήθειαν ἐθρήνει, πάντα τὸν πλόκαμον ἔδει τέμνειν. Hinc perſpicua eſt Herodoti ſententia, in qua erraſſe interpretes eo mirabilius eſt, quod mentem ſuam ſatis explicaſſe videbatur hiſtoricus addens, quaſi ad interpretationem τοῦ ἡϐηδὸν, καὶ μέγα πένθος προσεθήκαντο.

v. 218. ἐὸν παΐν. Genuinam Jonum formam habes a παῖς παΐν. Sic dicunt δάφνιν, κάλπιν, ἄμιν pro δαφνίδα, καλπίδα, ἀμίδα. Apollon. Rh. L. 4. v. 697. ὥσπερ τ' Αἰήταο παῖν ἤλασεν.

v. 220. Ανερ, ἄνερ. Prima producitur incipiente verſu, ut apud Homerum ἄρες βροτόλοιγε. Vide Heathium ad Phœniſſas Euripidis p. 31. Hanc τῆς ὀνάγρου ad ſuum ſponſum προσφώνησιν ut paradigma generis inepti & ridiculi exhibet *Cauſſinus* de Eloquentia Lib. 11. p. 85. Nec injuria quidem; minime tamen vellem eum totam orationem vituperaſſe. Multa ſunt in ea ad

πάθος pertinentia & eleganter ſcripta: ſed facile concedo ridiculum eſſe hunc verſum

οὐχὶ μέτωπον ἀθρεῖς λιθοεργέος ἄγχι Μεδούσης.

nec aſinam decet fabulæ doctrina. Oppiani juventutem & judicium non adeo exquiſitum nec adhuc formatum prodit hæc culpa, quæ fortaſſe tribuenda eſt nimio nec cauto ſatis veteres imitandi deſiderio. Eadem enim comparatio occurrit apud Euripidem Phœniſſ. v. 458. ubi Jocaſta ad Polynicem, fratrem Eteoclem torve intuentem,

σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα, καὶ θυμοῦ πνοάς·
οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον εἰσορᾷς κάρα
γοργόνος, ἀδελφὸν δ' εἰσορᾷς ἥκοντα σόν.

Quin etiam & hæc verba Oppiani ὄμματα φοινίχθη, adumbrantur ex Euripideis, Iphig. in Aul. v. 381. αἱμάτηρον ὄμμ' ἔχων.

v. 228. τὸ μηδὲν ἔθηκας. *Ad nihilum redegiſti.* Notanda hæc locutio, cui ſimillima eſt in Hecuba Euripidis v. 622.

εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν.

Sic τὸ μηδὲν εἶναι dicebant. Vid. Lucianum *de Mercede Cond.* p. 671. 30.

v. 232. οὐχὶ σἰονύχεσσι. Heſychius σἰόνυχες. τὰ εἰς ὀξὺ λήγοντα, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ὀνύχων. Apollon. Rhod. L. 4. v. 1679.

πετραίῳ σἰόνυχι χρίμψε σφυρόν.

Lycophron. v. 795.

κἰείνει δὲ τύψας πλευρὰ λοίγιος σἰόνυξ.

v. 241. οὐ παῖδας τήρησε. Nullus nunc dubito quin reſcribendum ſit,

ᾧ παῖδας τείρησε φίλους γλυκεροῖσι τοκεῦσι.

Dextra ferendum adamantinum enſem præbuiſti *quo trucidat caros natos a dulcis parentibus.* τείρω cum tertio caſu paſſim occurrit. Homerus eodem ſenſu Iliad. p. 376. τείροντο δὲ νηλέϊ χαλκῷ. Vulgatum τήρησε ortum videtur ex depravata Græculorum pronuntiatione, quæ innumera menda procreavit, quorum unum corrigendum nobis ſe offert apud Euripidem in Medea v. 156. Medea in Thalamo mortem in ſe ipſam imprecatur; vox ejus ad Chorum pervenit, qui eam abſentem ſic alloquitur:

τίς σοι ποτὲ τᾶς ἀπλήσἰου
κοίτας ἔρως, ὦ ματαία
σπεύσει θανάτοιο τελευτάν;
μηδὲν τόδε λίσσου·
εἰ δὲ σὸς πόσις
καινὰ λέχη σεβίζει
κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου.

Ecquid? ſi novum lectum colit Jaſon non illi imputabit Medea? Delirant Corinthiacæ, nec femineum eſt quod dicunt, ſed non dicunt, nam legendum eſt κείνῳ τάδε ΜΟΙ χαράσσου. *Illi* non vero tibi, *hoc adſcribe.* μοι hic eleganter παρέλκει. & ſententia recte ſe habet & cum ſequenti plane congruit Ζεύς σοι τάδε συνδικάσει & *Jupiter te in vindicta adjuvabit*, *tecum perjurium ulciſcetur.* Hoc enim ſignificat συνδικάσει non vero *pro te ulciſcetur*, ut dedit interpres Euripidis. Deinde τάδε vindictæ conſilia deſignat, quæ a Medea excogitata eſſe poſſunt.

v. 246. Αἰγείδην Θησῆα. In Hippolytum. Notiſſima eſt hiſtoria. Ἀθάμαντα. Athamas Æoli filius uxorem ſecundam habuit Themiſto (cujus in verſu ab hinc ſecundo fit mentio) ſecundum alios Ino, quæ ſuis apud maritum delationibus effecit, ut Phryxum & Hellen ex priori conjuge Nephele natos a ſe ablegaret. Tum Helle quidem in mari ſubmerſa Helleſponto nomen dedit. Phryxus autem in Colchidem delatus regis Colchorum filiam duxit, quæ prima extitit profectionis Argonauticæ (cujus ſupra in finem Lib. 2. mentionem habuit) occaſio. Vid. Ovid. Metamorph. Statii Papinii Lib. 1. Thebaid. *Rittershuſius.*

Uberiorem in Athamantis hiſtoriam fontem adeas Ariſtophanis Scholiaſten ad Nubes v. 258. Athamas autem in venatione per inſaniam Learchum natu majorem filium ſuum interfecit. Hyginus Fab. 4. & 5.

v. 248. ἀρίζηλόν τε Θεμιστώ. Verte & *Zelotypia laborantem Themiſto*, cujus hiſtoria ſic ab Hygino narratur Fab. 1. Erat Hypſei filia ſecunda Athamantis uxor, ex quo filios duos habuit Sphincium & Orchomenum. Themiſto quod ſe Ino conjugio privaſſet filios ejus interficere voluit. Itaque in regia latuit clam, & occaſione nacta, cum putaret ſe inimicæ natos interfeciſſe, ſuos imprudens occidit, a nutrice decepta, quæ eis veſtem perperam (f. purpuream) injecerat. Themiſto, cognita re, ipſa ſe interfecit. Vide & Fab. 4. verſu ſuperiori ἀτθὶς Progne dicitur ut Pandionis Athenarum regis filia; de ejus & Philomeles Hiſt. vid. Hyginum Fab. 45.

v. 249. μετὰ φῦλον. Lege potius κατὰ φῦλον. *Eodem modo, quo apud genus mortalium.*

v. 251. Ἱππάγρων. Quinam ſunt iſti *Hippagri*, vel *Equi feri?* tacent interpretes: nam pro nihilo ducendum eſt, quod *Bodinus* ait & eo duce *Rittershuſius* de equis feris Scythicis, quorum mentio fit apud Plinium Lib. 8. Herodotum *Melpomene* cap. 52. Non de Scythiæ equis, ſed Æthiopiæ hic agitur. Immo ſi meam

ſententiam in medium proferre non verear, dicam hanc deſcriptionem ad equos non omnino pertinere, quos ſub hoc nomine cognoſcimus, ſed ad eos tantum, quos equos fluvii, equos Niliacos, Græci vero ἵππους ποταμίους & ἱπποποτάμους nuncuparunt. Verumenimvero nonne mirum eſſet celebrem iſtam apud antiquos feram alto Oppianum obruiſſe ſilentio. Quid vero ſi patria, characteres & omnia indicia, quibus Hippagrum ſuum deſignavit Oppianus, optime conveniunt cum indiciis a veteribus hippopotamo tributis, nullum ſane dubium ſupererit, quin hanc feram ſub alio nomine poëta deſcripſerit. Videamus igitur. Primum animadvertam parum accurate a veteribus deſcriptum hippopotamum fuiſſe & eorum veſtigiis inſiſtentem Oppianum non in paucis erraſſe; at cum in iiſdem a noſtro, in quibus a cæteris, erratum fuerit, hinc firmatur haud diverſum animal eum exprimere voluiſſe. Patriam Hippagris Æthiopiæ confinia aſſignat Oppianus, id eſt inter Ægyptum & Æthiopiam. Non aliter apud Herodotum Lib. 2. c. 71. res ſe habet & apud Diodorum ſic. Lib. I. p. 42. uterque in Ægypto ſuperiori hippopotamos habitare tradunt. Ita quoque Nicander in Theriacis v. 566.

ἢ ἵππου τὸν νεῖλος ὑπὲρ Σαΐ αἰθαλόεσσαν,

& Nonnus Dionyſiac. Lib. 26. p. 690, & recentiorum plerique; deinde duobus exertis dentibus noſter armatos dicit Hippagros ita & χαυλιόδοντας hippopotamos vocant Herodotus, Diodorus Sicul. l. c. & Ariſtoteles ipſe H. A. Lib. 2. cap. 7. Quæ vero addit Oppianus de ſuis Hippagris

ποδῶν γε μὲν οὐ μίαν ὁπλὴν,
χηλὴν δ' αὖ φορέουσι διπλὴν ἰκέλην ἐλάφοισι,

Hæc omnia leguntur de Hippopotamo apud autores ſupra laudatos, nec minus quam ea de juba equina, Hippagris a noſtro tributa, niſi quod eam per mediam dorſi ſpinam uſque ad imam caudam perductam non dicant: de moribus feris Hippagri & Hippopotami convenit etiam inter Oppianum & Diodorum, & alios quorum verba non adſcribam. Facile enim deſcriptionem Hippopotami ex autoribus jam laudatis ſtudioſi conferre poſſunt cum Oppiani Hippagro, ſed eam, quæ in manus omnium non occurrit, cum lectoribus communicatam volo, eoque libentius, quo ad veram equi fluviatilis notitiam propius accedat. Inveni in diſſertatione *Jul. Cæſ. Bulengeri* non mediocri doctrina viri, *de Circo Romano & Ludis Circenſibus*, antiquitatum Gr. & Rom. Grævii & Gron. Tom. 9. p. 730. ex editione Florentina. Bulengerus ex autore manuſcripto & Anonymo deſcripſerat: Ἱπποπόταμος ἵππου μὲν τοὺς πόδας ἔχει καὶ τὴν γαστέρα, τὴν ὁπλὴν σχιστὴν ἢ διθηλήν· (lege διχηλήν·) οὐρὰν παχεῖαν καὶ ψιλὴν τριχῶν

ὅτι καὶ πᾶν τοῦ σώματος οὕτως ἔχει· κεφαλὴν περιφερῆ, μικρὸν (lege μικροτέραν) τῆς ἵππου παρείας, ἔχει κοιλότατον μυκτῆρα πυρώδη καπνὸν ὡς ἐκ καμίνου τροχέοντα· (lege προχέοντα·) γένυν πλατεῖαν, μέχρι γὰρ τῶν κροταφῶν, ἔχων πρὸς τούτοις δύο ὀδόντας ἐπικαμπεῖς ὡς Συός· ἐστὶν ἀδηφαγώτατον, ὅλον λήϊον ποιεῖται τροφήν· βοὸς ἔχει τὸ μέγεθος· ἐπιτηροῦσιν αὐτοῦ τὰς διατριβὰς καὶ ὄρυγμα ποιοῦσι, καὶ καλάμην αὐτῷ στεγάζουσι, καὶ ἐπιχωννύουσι ψάμμον, καὶ ξυλὸν ἱστῶσι. In hac deſcriptione nonnulla a veritate recedunt. Non enim pedes equinos habet hippopotamus neque biſulcos, ſed quatuor digitis diſtinctos: & hyperbole dicitur ejus maxillas uſque ad tempora apertas eſſe, deinde bovis ſuperat magnitudinem hippopotamus ad virilem ætatem provectus. Quod ad venationem hujus feræ pertinet vide Diodorum Sic. ſupra laudatum.

v. 257. ὑπερφίαλον γένος. Forte σθένος ut in Halieut. Lib. 3. Crudelitatem Hippopotami nonnulli memorant, inter quos Porphyrius περὶ ἀποχῆς Lib. 3. §. 23. p. 273. qui docet mares patres ſuos occidere, ut matres ineant. καὶ δῆλόν ἐστι παραβαλλομένων ἵππων μὲν χερσαίων τοῖς ποταμίοις, οἱ μὲν γὰρ τρέφουσι τοὺς πατέρας, οἱ δὲ κτείνουσι, ἵνα τὰς μητέρας ὀχεύωσι. Vide Plutarchum de Iſide & Oſir. T. 2. p. 364. A. & Damaſcium in vita Iſidori Philoſophi, apud Photium in Myriobibl. p. 1047. cujus verba ſunt: ὁ ἱπποπόταμος ἄδικον ζῶον, ὅθεν καὶ ἐν τοῖς ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν ἀδικίαν δηλοῖ· τὸν γὰρ πατέρα ἀποκτείνας, βιάζεται τὴν μητέρα.

v. 259. μελανόχροες Ἰνδοί. Id eſt *Æthiopes*. Æthiopia enim India a veteribus nonnunquam dicitur ex eo, quod originem ex India deducunt Æthiopes, ut docet Philoſtratus, in vita Apollon. Thyan. Lib. 3. c. 6. p. 125. Ita, & vice verſa, duæ dicuntur Æthiopiæ, orientalis & occidentalis, teſte Servio, in 4tum Æneidos v. 481. *Duæ ſunt Æthiopiæ, una circa ortum ſolis; altera circa occaſum, id eſt Mauritania, quam nunc dicit. Dicta eſt Æthiopia a colore populorum, quos ſolis vicinitas torret.*

v. 260. βορήν. Melius fortaſſe βορῆς cum verbo πάσασθαι jungeretur. Genitivum enim regit cum *guſtare* ſignificat, accuſativum vero cum pro *acquirere* ponitur.

v. 262. δυσδερκέα τ' αὖθις Ὕαιναν. Quo ſenſu hîc accipiendum cenſemus jam declaravimus ad verſ. 102. Lib. 1. Non ingratum quibuſdam lectoribus duxi, ſi hîc adſcribam omnia, aut ſaltem pleraque Hyænæ quæ occurrunt diverſa nomina. πολυώνυμος enim eſt fera, quæ modo Γλάνος dicitur, ut ab Ariſtotele H. A. Lib. 8. c. 5. modo Κροκόττα Indico nomine apud Cteſiam, & Porphy-

rium *de Abſt.* L. 3. §. 4. p. 223. modo Κυνόλυκος; nam ut docet Strabo Lib. 16. pag. 533. μίγμά ἐστι κυνὸς καὶ λύκου. modo etiam *Belbus* apud Capitolinum pag. 677. ex editione varior.

v. 267. πολύπλοκον. Antiquam lectionem *Schneideri* cl. commento πολύκλοπον prætulimus non ſolum ex codicum autoritate, ſed ex ipſo ſenſu. πολύπλοκον enim lupi aſtutiam deſignat mille in modos ſe verſantis, ut prædam rapiat, πολύκλοπον vero friget, ni fallor, & feræ tantum rapacitatem denotat.

v. 269. οὕνεκά οἱ διὰ νύκτα φάος. Hoc πάθος, veteres Græci ἡμεραλωπίαν vocabant, contrarium vero νυκταλωπίαν ut patet ex Ariſtotelis expoſitione in Gener. Anim. Lib. 5. cap. 1. unde emendandus eſt Hippocrates, qui in Lib. 2. προῤῥητικῶν ſectio 2. p. 91. editionis Fœſianæ, οἱ δὲ τῆς νυκτὸς ὁρῶντες οὓς δὴ νυκτάλωπας καλέομεν. Ubi lego cum clariſſ. & eruditiſſimo Medico *de Chanſeru*, οἱ δὲ τῆς νυκτὸς οὐχ ὁρῶντες, quæ lectio confirmatur autoritate MS. Regii 2254.

v. 273. ἡ δέ τε κυρτοῦται. Hoc ſignum inter alia hyænæ præcipuum Ariſtotelem fugiſſe miror; ſic enim hyænam deſcribit Philoſophus in H. A. Lib. 6. cap. 32. ex quo nonnulla noſteri deſumpſiſſe videtur. ἡ δὲ Ὕαινα, τῷ μὲν χρώματι λυκώδης ἐστὶ, δασυτέρα δὲ, καὶ λοφίαν ἔχει δι' ὅλης τῆς ῥάχεος. & Lib. 8. cap. 5. ὃν δὲ καλοῦσιν οἱ μὲν Γλάνον, οἱ δὲ Ὕαιναν, ἐστὶ τὸ μέγεθος οὐκ ἔλαττον λύκου, χαίτην δ' ἔχει ὥσπερ ἵππος, καὶ ἔτι σκληροτέρας καὶ βαθυτέρας τὰς τρίχας καὶ δι' ὅλης τῆς ῥάχεος.

v, 277. ῥινὸν τ' ἀμφοτέροισιν ἐπικλείουσιν ἀοιδοί. Ita dedimus ex præclara illuſtr. Brunckii conjectura codd. Vat. & Reg. B. firmata pro vulgato ἐπικλείουσιν ὁδοῦσι, cujus loco neſcio quid θανοῦσι ſomniabat *Schneiderus*. Ego vero ante codicum inſpectionem cum Aldina editione legebam ὁδοῖσι, & vertebam *utrique celebrant pellem in viis terribilem*; & alludere mihi poëta videbatur ad illud quod præſtigiatores facere dicuntur, cum viatorem aliquem ſiſtere volunt, in via ſubſternunt pellem lupinam vel omaſum, cujus odor equo teterrimus nunquam ſinit ut transeat. Etiam nunc, lector, ſi verum fatear, ab iſta lectione non recedo. Tu vero judica.

v. 278. τοῖς μέν τε — περὶ ποσσίν. Vaticani codicis lectionem τοῖς loco vulgatæ τῆς, non ut veram tibi damus, ſed ut veræ proximam. Nullus vero mecum dubito quin σοῖς legendum ſit. Attamen τῆς fortaſſe tentandum non erat & ſenſui obeſt minime, ſi ad Ὕαιναν referatur, non ad ῥινὸν, ut voluerunt interpretes.

Quidquid portentoſum de hyæna fuit a veteribus narratum deſcribere non vacat: loca tantum præcipua indicabimus. Vide Ælian. de Nat. An. L. 3. c. 7. & 6. 14. Porphyr. de Abſtin. Lib. 3. §. 4. Ariſtotelem vel potius autorem de mirabilibus auſcultationibus, ad finem. Plinium H. N. L. 8. cap. 30. & Zoroaſtrum, neſcio quem, in Geopónicis Lib. 15. c. 1. & Neſtorem in Panaceia in Geopon. p. 1041. Arabum de hyæna fabulas diligentiſſime excerpſit ex hiſtoria animalium *Eldemiri* clariſſ. amicus noſter *Sylveſtre de Sacy* in notis verſioni gallicæ noſtræ ſubjectis.

v. 283. τύμπανον Διδυμήϊον. Quaſi Δινδυμήϊον a Cybele, Dindymene vocata, dictum putant *Bodinus* & *Rittershuſius*, quibus præiverat *Brodæus*. Cybeles enim ſacra fiebant buxea tibia & tympanis cum maximo ululatu. Quod conſtat cum ex verſibus antiquis apud Euſebium *Præp. Evang.* pag. 114. editionis Stephani, tum ex Apollonii Argon. v. 1139. Lib. 1.

ἔνθεν ἐς αἰεὶ
ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται.

Exemplum τοῦ ν ἐκθλίψεως in Διυδυμήϊα affert idem *Brodæus* hunc Statii verſum:

nec Clarias hac luce fores Didimæaque quiſquam
limina.

ὠλεσίκαρπον. Hunc tympanum dictum putant καθ' ὑπαλλαγὴν, quia caſtrati erant Galli Cybeles, qui tympanum pulſabant: ſed contorta explicatio mihi videtur, mallem interpretari ὠλεσίκαρπον de ſonitu terribili, fructibus & animalium fœtibus abortum afferenti: unde in verſione gallica dedimus *& dont le ſon fait avorter tous les fruits.*

v. 289. Ἄρσενα καὶ θήλειαν. Quam ridiculum ſit commentum illud prudentem monere lectorem prorſus inutile eſt. Permulti tamen narrare non erubuerunt fabulam poëtis tantum condonandam, ſed eam refellit Ariſtoteles erroriſque cauſam affert lineam, quam ſub cauda gerunt femineæ vulvæ ſimillimam, de Gener. Anim. Lib. 3. cap. 6. pag. 1103. B. φασὶ γὰρ τὴν μὲν ὕαιναν πολλοὶ, τὸν δὲ Τρόχον Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης, δύο αἰδοῖα ἔχειν ἄῤῥενος καὶ θήλεος, καὶ τὸν μὲν Τρόχον αὐτὸν αὑτὸν ὀχεύειν, τὴν δ' ὕαιναν ὀχεύειν καὶ ὀχεύεσθαι παρ' ἔτος· ὦπται γὰρ ἡ ὕαινα ἔχουσα αἰδοῖον, ἐν ἐνίοις γὰρ τόποις οὐ σπάνις τῆς θεωρίας· ἀλλ' ἔχουσιν αἱ ὕαιναι ὑπὸ τὴν κέρκον ὁμοίαν γραμμὴν τῷ τῆς θήλεος αἰδοίῳ· ἔχουσι μὲν οὖν καὶ ἄῤῥενες μᾶλλον· διὸ τοῖς ἐκ παρόδου θεωροῦσι ταύτην ἐποίησε τὴν δόξαν. — λυκάβαντι. Annum vetuſtiſſimi Græcorum λυκάβαντα appellant, teſte Macrobio Saturnal. 1. cap. 27. p. 279.

Solem

Solem enim λύκον, & primam lucem, quæ præcedit ſolis exortum, λύκην dicebant ἀπὸ τοῦ, λευκαίνεσθαι πάντα φωτίζοντος ἡλίου. Immo Porphyrius περὶ ἀποχῆς Lib. 4. ſcribit Magos Perſarum appellare Lunam vel Dianam λύκαιναν, & Solem λύκον, λέοντα, δράκοντα, ἱέρακα.

v. 297. ξουθός. Non *flavus*, ſed *rufus* verti debuerat.

v. 301. πυρόεν τι δεδορκώς. Perelegans eſt illud τι, Aldina editio habet πυρόεντα. Sic locutus eſt Lucianus Tom. I. pag. 477. in *Necyomant.* φοβερόν τι, καὶ διάκενον δεδορκότα. Quis ſit ille lupus τοξευτὴρ Oppiani prorſus ignoro: attamen nuperrime vidi feram a quibuſdam circulatoribus in deambulatione Pariſienſi, vulgo dicta *le Boulevard du temple*, commonſtratam, cujus deſcriptionem & nomen apud ſcriptores rei naturalis invenire non potui, quæ Oppiani τοξευτῆρα mirum in modum referebat, niſi quod non rufum, ſed muſino colore dorſum habebat, caput Hyænæ capiti ſimillimum, aures erectas & rotundas; ejus ululatum audire non potui, etſi in iram convertere eam aliquoties tentaverim.

Neque eum, de quo deinde agit Oppianus ſub nomine κίρκου, ſatis notum habemus, ut aliquid de eo pronuntiare liceat.

v. 306. πρώτῃ ὑπ' ἀμφιλύκῃ. Ita primam lucem ab Homero dici vult Ælianus de Nat. Anim. Lib. 5. quod tunc cernens lupus venatum proficiſcitur. *Bodin.*

ἐπιδευέτ' ἐδωδῆς. ex Homero adumbratur, apud quem paſſim δαιτὸς μὲν ἐίσης οὐκ ἐπιδευεῖς.

v. 311. ἀναιδείην ἐπιειμένος. Phraſis eſt Homerica Iliad. Lib. 9. v. 372. Sic βαρβαρίζει Oppianus.

v. 312. λάθρῃ τ' ἐμπελάει. Totidem ſunt verba initio verſus 176. Libri 2. Αλιευτ. & in 175. χήλεσσι μεμαρπώς, ut hic ὀνύχεσσι ἔμαρψεν. Et hæc demonſtrant, quales ſitis judices, vos, qui a diverſis autoribus hæc poëmata ſcripta fuiſſe contenditis.

v. 315. πρῶνας Αμανοῦ. Amanus mons, qui Ciliciam & Syriam dividit. πρῶνες ſunt ὀρῶν ἔξοχαι, βουνοὶ, ut ait Suidas. Eodem ſenſu apud Æſchylum *Perſ.* V. 130.

v. 317. χρύσεον. Ille lupus auratus non alius eſſe videtur ill. Buffonio, quam Thos Ariſtotelis, hodie *Chacal* vel *Schiagal* dictus. Ejus deſcriptionem vide in Hiſtoria Nat. Buffonii Tom. 6. p. 188. & in Kæmpferi Amœnitatib. exot. p. 407.

v. 318. προφερέστατος. Invitus tibi dico lector, ſed falſum eſt omnino, quod ſcripſit in hoc verbum clar. Schneider, nempe

προφερέστερος ill. Brunckii conjecturam a codice Reg. firmatam eſſe: falſum eſt, inquam; perſpicue & luculenter ſcriptum habet προφερέστατος, quod bonum eſt, ſæpe enim ſuperlativos cum genitivo Græci conſtruunt; ita Theocritus in Encomio Ptolemæi v. 4.

ὁ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν.

Adde quod Atticorum eſt ſuperlativos interdum pro comparativis ponere, ut apud Ælianum Var. Hiſt. Lib. X. c. 13. καὶ τὸ ἔτι τούτων αἴσχιστον ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν. quod tamen non uſurpant, niſi maxima ſit differentia inter res, quæ comparantur. Nec alia mens eſt Oppiani; hic per προφερέστατος indicat, hunc lupum a cæteris corporis amplitudine differre & omnes ſuperare.

Quæ mens fuerit *Schneidero* commentitias lectiones ut genuinas incauto lectori præbenti, illud prorſus ignoro; hoc tantum ſcio veritatem amicitiæ anteponendam eſſe. Vide notam 336.

v. 320. χαλκὸν — ἀτειρέα. Ex Homero depromſit Oppianus. Ex Iliade Lib. 18. v. 474.

χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα.

v. 322. Κύνα Σείριον. Stellam, quam Sirium vocant & canem, noſtrates vero *la canicule*, quo tempore fervet ignibus æther, & idcirco φωλεύει ille lupus. Veteres ſolem ipſum Σείριον dicebant.

v. 336. Πορδαλίεσσι. Iterum errat cl. *Schneider*; (nolo enim acerbius loqui) non ſuam mutationem firmat codex Regius, fert enim ut alii πορδαλίδεσσι.

v. 338. Θῶες. Veterum Thoes, quos nonnulli recentiorum *Lupos cervarios*, ſed peſſime interpretantur, placuit illuſtr. *Buffonio*, ut jam diximus, non alios eſſe, quam ii qui vulgo ab Arabibus vocantur *Chacals* vel *Schiagals*. Hanc opinionem debet *Buffonius* Geſnero & Bocharto Hieroz. T. 1. p. 847. ſed timeo, ne propenſius in eorum ſententiam deſcenderit. Etenim conſtat ex Oppiano non eoſdem eſſe lupos auratos & thoes, quos tamen omnino confundit ill. Buffonius. Hi ſunt lupis toto corpore ſimiles, excepta aurata pelle, unde nomen obtinuerunt; illi vero nihil habent luporum, niſi faciem; pellis vero duplici fulget colore &, ut in pantheris, maculis variegatur. Hinc nata fabula eſt, matrem habere pantheram, patrem vero lupum, unde λυκοπάνθηρας veteres eos nominabant. Hinc quoque ſequitur diverſos omnino eſſe thoes & *Chacals*, qui aurati tantum ſunt, non variegati nec maculis diſtincti. Nec ſolus eſt Oppianus qui thoes variegatos dixerit. Arrianus, in Hiſtoria Indica p. 329. idem facit: ταύτας δὲ ἅς τινας καὶ ἡμεῖς ὁρέομεν καὶ τίγριας καλέομεν,

Θῶας εἶναι αἰόλους καὶ μείζονας ἤπερ τοὺς ἄλλους Θῶας. *Hos vero, quos ipſi vidimus & tigres vocamus, thoes eſſe variegatos & majores quam alii thoes.* Arriano adjunge Plinium H. N. Lib. 8. cap. 34. *Luporum id genus procerius longitudine, brevitate crurum diſſimile, velox ſaltu, venatu vivens, innocuum homini.* Et cap. 19. *Pompeii Magni primum ludi oſtenderunt thoem, quem Galli Rufium vocabant effigie lupi, pardorum maculis.* Quod Ariſtoteles de thoe dicit exiguum nimis eſt nec ſatis definitum, ut aliquid de ſignis hujus feræ conſtet, quibus facile agnoſci poſſit. Qui denique ſint thoes Oppiani inter animalia nunc cognita pronuntiare non audeo, hoc tamen affirmare poſſum, errare eos, qui ſub nomine *Chacal* veterum thoem intelligunt. *Chacal* eſt lupus aureus, qui ipſe alius eſt quam thos. Vide præterea Vlitium ad Gratii verſum 256.

v. 340. τίγριδος. Notiſſimum eſt animal, & cum facillimum ſit autores, qui de eo ſcripſerunt, inter ſe conferre nihil peculiare annotabimus, niſi quod aliquoties a quibuſdam erratum eſt in hoc animal, qui illi macularum varietatem tribuunt; ut Plinius Lib. 8. cap. 17. Peculiaris eſt tigridis character, vittis corpus pingi nigris ſupra pellem fulvam. Melius videtur ab Oppiano, quam a nullo veterum deſcriptum fuiſſe.

v. 343. τόσσον δ' ἐν θήρεσσι. Ad hunc verſum annotavit ſcholiaſtes quidam in cod. Reg. A. hos verſus jambicos neſcio cujus, quibus, etſi nulli videantur pretii, lectorem non fallere decrevi.

ἄγαλμα τὴν τρίγλιδα (τίγριδα voluit) πάντων θηρίων
ἡ φύσις ἀνέδειξε καὶ κλυτὴν μόνην,
ταὼς πετέηνων, χρυσόφρυς εἰναλίων.
καὶ τοίνυν ἄγαλμα τίγριδα θηρίων.

v. 352. σελαγεῦσιν ὀδόντες. Fortaſſe ab Oppiano ſcriptum fuerat σφαραγεῦσιν *crepitant.* Vox eſt rara ſatis & Græculis ſcribis incognita, elegans tamen & ab Homero uſurpata Odyſſ. Lib. 9. v. 390.

σφαραγεῦντο δὲ οἱ πυρὶ ῥίζαι.

& a Theocrito de Ptolemæi Laudib. v. 94.

πολλοὶ δὲ οἱ ἀσπιδιῶται
χαλκῷ μαρμαίροντι σεσαγμένοι ἀσφαραγεῦντι.

Quidquid ſit, noſtrum vulgato multo præſtantius eſt.

v. 353. ὠκυτέρη τελέθει. His dignus eſt qui conferatur Plinius H. N. Lib. 8. c. 18. *Tigrin Hyrcani & Indi ferunt, animal velocitatis tremendæ, & maxime cognitæ, dum capitur totus ejus*

fœtus, qui ſemper numeroſus eſt. Ab inſidiante rapitur, equo quam maxime pernici, atque in recentes ſubinde transfertur, at ubi vacuum cubile reperit fera (maribus enim cura non eſt ſobolis) fertur præceps odore veſtigans. Raptor, appropinquante fremitu, abjicit unum e catulis; tollit illa morſu, & pondere etiam ocyor, acta remeat, iterumque conſequitur, ac ſubinde; donec in navim regreſſo irrita feritas ſævit in littore. De tigridis velocitate confer Philoſtratum Lib. 2. c. 7. & Arrian. in Indica hiſtoria p. 329. Ob ejus velocitatem tigrin nominatum volunt ex verbo Armenico quod ſagittam ſignificat. Varro de Lingua Latina Lib. 4. n. 20.

De Tigridis venatione non omittenda ſunt, quæ a *Calliſthene* narrantur in tertio de venatione libro, cujus locum adducit Plutarchus de fluviis, in *Gange.* γεννᾶται δὲ παρ' αὐτῷ (Γάγγει) βοτάνη παραπλησία βουγλώσσῳ, ἣν λειοτριβοῦντες, τὸν χυλὸν αὐτῆς τηροῦσι, καὶ νυκτὸς βαθείας τοὺς φωλεοὺς τῶν τίγρεων περιῤῥαίνουσιν. αἱ δὲ, διὰ τὴν δύναμιν τῆς ἐκχυθείσης πρασίας, προχωρῆσαι μὴ δυνάμεναι, θνήσκουσι.

v. 355. οὔτι γε μήν. Ita cod. R. A. & Schneider. Alii οὔτε γε. τίς ἂν τάδε πισ7ώσαιτο. Recte reſpuit Oppianus ridiculam antiquitatis fabulam, tigres vento concipi & huic generi mares deeſſe. Non ſolum tigres a zephyro gravidas fieri, ſed aves quoque narrant; equum Hiſpaniæ & Luſitaniæ vento concipere teſtatur Varro de R. R. Lib. 2. quem multi ſecuti ſunt.

v. 359. ἀκοίτην. ἀκοίτης *ſponſus*, ἀκοίτις *ſponſa.*

v. 360. δὴ γάρ τε λιπών. Ita Plinius ſupra laud. maribus enim cura non eſt ſobolis.

v. 363. χάρμα μέγ'. Sic Homerus in Hymno in Æſculapium v. 4.

χάρμα μέγ' ἀνθρώποισι.

v. 364. Κάπροις ἐνυαλίοις. Si fides adhibetur Claudio Neapolitano apud Porphyrium περὶ ἀποχῆς Lib. I. §. 14. p. 26. nulli ſunt apri in Ægypto, in inſula Cypro, in Phœnicia, in Judæa, in Æthiopia, unde, inquit, illarum regionum incolæ ſuilla carne non veſcuntur, ſed hæc opinio a multis & doctiſſ. viris impugnata fuit, Petavio ad Julianum Orat. 5. p. 91. & Bocharto Hieroz. Tom. 2. cap. 57. p. 697. immo Ælianus docet Lib. 17. cap. 10. in Æthiopia quadricornes apros naſci.

v. 369. φρίσσουσι τρίχες. Pollux aprum deſcribit in Onomaſtico Lib. 5. cap. 12. ſegm. 79. & ejus verba cum Oppiani verſibus

conferendâ ſunt. εἴποις δ' ἂν περὶ πυρὸς, βαθύνει τῷ ῥύγχει τὴν γῆν, κείρει τὰ λήϊα, κόπτει τὰ δένδρα, θήγει τοὺς ὀδόντας, ἔφριξε τὴν λοφίαν, λεχρίοις παρέβλεψε τοῖς ὄμμασι, πυρῶδες ὑποβλέπει, τοῖς ὀδοῦσιν ἀντιπαταγεῖ, τῷ πρὸς ἀλλήλους κόμπῳ τῶν ὀδόντων ἀπειλεῖ — ἀφρὸς αὐτῷ τοῖς χαυλιόδουσι περιζεῖ. τραχὺς ἐστὶ πρὸς ὀργὴν —

v. 380. λάθριον ἐνθὸς ἔμεν. Una litterula evanuit in ultima voce ſcribarum incuria, unde frigide a Guieto emendabatur ἔχειν lege potius ἐμεῖν *evomere*. Aut λευκῷ ὀδόντι — ἔμεν Jonice pro εἶναι. Sed nihil fortaſſe mutandum, & ex imperitia interpretum, non e textu ſano orta eſt difficultas. Quid enim vetat, quominus κατὰ ſubintelligatur ante λευκὸν ὀδόντα? *eſſe in albo dente ignem latentem.* Hanc igneam vim apri fulminibus ineſſe ante Oppianum docuit Xenophon, in Cyneget. cap. 17. &, quod miraberis, fabulæ fidem non derogare videtur nobilis ille philoſophus, ſic loquens, οὕτω δὲ πολλὴ ἡ δύναμίς ἐστιν αὐτοῦ, ὥστε καὶ ἃ οὐκ ἂν οἴοιτό τις πρόσεστιν αὐτῷ. τεθνεῶτος γὰρ εὐθὺς, ἐάν τις ἐπὶ τὸν ὀδόντα ἐπιθῇ τρίχας συντρέχουσιν· οὕτως εἰσὶ θερμοί. ζῶντι δὲ διάπυροι, ὅταν ἐρεθίζηται, οὐ γὰρ ἂν τῶν κυνῶν ἁμαρτάνων τῇ πληγῇ τοῦ σώματος ἄκρα τὰ τριχώματα ἐπίμπρα. Hic eſt fons, ex quo ſua hauſit Oppianus, quem Xenophontis verba verſibus transtuliſſe merito diceres. Haud ſecus Pollux loco ſupra laudato, εἰ δὲ πλαγίως τοῖς ὀδοῦσι θίγοι, τῶν κυνῶν τὸ τρίχωμα ἐπέφλεξεν· εἰ δὲ ἀποθανόντι τῷ χαυλιόδοντι προσενέγκαις τρίχας, ὡς ἀπὸ πυρὸς αἱ τρίχες συντρέχουσιν. οὕτω καὶ πολὺ τὸ φλογῶδες ἔνεστι τῷ θηρίῳ.

v. 391. Ὑστρίγγων. Ὑστρίχων reſcribendum exiſtimabat *Rittershuſius* a recto Ὕστριξ, qui Ὑστρίχος non Ὑστρίγγος flectit, ſed dicitur quoque Ὕστριγξ, unde nihil mutavimus. Hyſtrix major, de quo hîc Oppianus, nomen gallicum habet *le Porc-Epic*; ab Echino vulgo *le Heriſſon*, tum corporis magnitudine, tum forma diſtinguendus. Nihil inter ſe habent commune, niſi quod utriusque corpus ſetis horreat, quibus demtis, diverſum omnino animal videbis. Nullam quoque cum ſue, cujus nomen obtinet, ſimilitudinem refert, etſi Claudianus *in Hyſtrice* dixerit, verſu 5. *os longius illi aſſimilat porcum.* Os enim rotundum, non longum habet, & pedes digitis quatuor diſtinctos, non vero, ut ſus, biſulcos. Hyſtrices lupis ſunt multo minores, quamvis eos magnitudine lupos adæquare dixerit Oppianus v. 393. ubi tamen legendum cenſeo τῶν δ' οὗτοι μέγεθος loco vulgati, τῶν δ' ἤτοι μέγεθος, quod pugnat cum ſequentibus βαιὸν, ὀλιζότερον. Attamen ſunt & hyſtrices quidam duobus dimidiatis pedibus alti, teſte illuſtr. *de Buffon* Tom. 6. pag. 9. nota, apud quem hujus feræ deſcriptionem invenies accuratiſſimam. Perpauca de hyſtrice

leguntur apud Ariſtotelem, qui illum quemadmodum urſum φωλεύειν quodam anni tempore docet; ſed res in dubium a recentioribus non immerito vocatur.

v. 400. ἰθὺς ἀκοντίζει. Mera fabula, quam ex Oppiano Ælianus narrat Lib. 1. de Anim. cap. 31. & ex utroque Claudianus, cujus locus adeo cum Oppiano congruit, ut non poſſum, quin deſcribam:

Stat corpore toto
ſylva minax, jaculisque rigens in prœlia creſcit
picturata ſeges, quorum cute fixa tenaci
altera ſuccreſcit alternantesque colorum
tincta vices, ſpatiis internigrantibus, exit
in ſolidæ ſpeciem pinnæ, tenuataque furtim
lævis in extremum ſeſe producit acumen.
Sed non hæc acies ritu ſylveſtris Echini
fixa manet. Crebris propugnat jactibus ultro,
& longe ſua membra regit, tortumque per auras
volat excuſſo nativum miſſile tergo.
Interdum fugiens, Parthorum more, ſequentem
vulnerat.

& verſu 40.

Ecce brevis propriis munitur beſtia telis,
externam nec quærit opem, fert omnia ſecum;
ſe pharetra, ſeſe jaculo, ſeſe utitur arcu.

Hanc facultatem longe tela jaculandi hyſtrici tribuunt Ariſtoteles Hiſt. An. Lib. 9. cap. 39. & Plinius Lib. 8. cap. 53. quod recentioribus nonnullis & viris ſcientiarum academicis fraudi fuit in Comment. ad Hiſt. Anim. part. 2. pag. 34. quo nomine ab illuſtr. Buffonio merito redarguuntur Tom. 6. *Quadr.* p. 4. Haud enim aliter Hyſtrices quam Echini ſe defendunt ſpiculorum ſylvam erigentes, & in hoſtes ſemetipſos impingentes; unde natum eſt proverbium: πόλλ' ἀλώπηξ οἶδεν, ἀλλ' Ἐχῖνος ἓν μέγα. Plutarchus de Solertia Anim. p. 971. F. & Ion Chius poëta apud Athenæum Lib. 3. pag. 91.

ἀλλ' ἔν τε χέρσῳ τὰς λέοντος ᾔνεσα
ἢ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας,
ὃς εὖτ' ἄλλων θηρίων ὀσμὴν μάθῃ,
στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας,
κεῖται δακνεῖν τε καὶ θίγειν ἀμήχανος.

v. 403. τόξον τοξεύεσθαι. Atticum eſt σχῆμα, ut jam obſervavit *Rittershuſius.*

v. 406. τὸν μετέπειτ' ἐρέω. In quinto fortaſſe libro dixerat nunc deperdito.

v. 407. Ἰχνεύμων. Hodie vocatur gallice *la Mangouſte*, & ab Ægyptiis *rat de Pharaon*, etſi nihil cum mure congruens habeat, & magis ad muſtelam accedat. Vide ejus deſcriptionem apud ill. *de Buffon* Tom. 6. Quadr. p. 133.

v. 412. ὁππότε γάρ. Ichneumonis cum crocodilo inimicitiæ eodem modo narrantur a Strabone Lib. 17. pag. 558. τοὺς δὲ κροκοδείλους (διαφθείρουσι) ἐνεδρεύσαντες, ἡνίκ' ἂν ἡλιάζονται κεχηνότες, ἐμπίπτουσιν εἰς τὰ χάσματα, καὶ διαφάγοντες τὰ σπλάγχνα καὶ τὰς γαστέρας ἐκδύνουσιν ἐκ νεκρῶν τῶν σωμάτων. Et Plinius Lib. 8. c. 25. *Crocodilum, ſomno preſſum, conſpicatus ichneumon per easdem fauces, ut telum aliquod immiſſus, erodit alvum.* Confer Ælianum de Nat. An. Lib. 8. cap. 25. ſed fabula eſt. Ichneumon ova crocodilorum, quacunque invenit, frangit & comedit. Juniores tantum crocodilos ab ovo nuperrime editos ſtrangulat; qua de ratione ab Ægyptiis Heraclopoleos honoribus divinis ichneumones afficiebantur. Hoſce crocodilos non immerito Νειλῴους vocat Oppianus, nam duplex eſt crocodilorum genus, Niliacum, quod ab Ægyptiis nominabatur χάμψαι, & Ionicum. Sic enim crocodilos diſtinxit Herodotus *Euterpe* cap. 69. καλέονται δὲ οὐ κροκόδειλοι, ἀλλὰ χάμψαι, κροκοδείλους δὲ Ἴωνες ὀνομάσαν εἰκάζοντες αὐτῶν τὰ εἴδεα τοῖσι παρὰ σφίσι γινομένοισι κροκοδείλοισι τοῖς ἐν τῇσι αἱμασιῇσι.

v. 413. τρίστοιχα πετάσσας χείλεα. Sic Homerus de Scylla Odyſſ. 12. v. 91. τρίστοιχοι ὀδόντες. Crocodilum ſæpiſſime hiare ad zephyrum, autor eſt Herodotus loco citato, ubi ſatis accuratam hujus belluæ deſcriptionem invenies; non tamen adeo definitam, quam ea, quam ex autore manuſcripto anonymo dedit J. Cæſ. *Bulengerus*, in diſſertatione de Venatione Circenſi pag. 782. Tom. 9. *Antiquitat. Roman. Grævii*, ex editione Veneta, quamque ob raritatem tecum, benevole lector, communicatam volo, etſi paulo longior videatur: ὁ κροκόδειλος θηρίον ὅμου καὶ ἰχθὺς, καὶ μέγα ἀπὸ κεφαλῆς μέχρις οὐρᾶς, οὐ μὴν ἔχει τὸ πλάτος τοῦ μεγέθους ἀνάλογον, ἡ δὲ δορὰ αὐτοῦ λεπτὴ τυγχάνει οὖσα. καὶ ἡ χρόα τοῦ νώτου αὐτοῦ πέτρῃ ἔοικεν· γαστὴρ λευκή· πόδες τέσσαρες εἰς τὸ πλάγιον ἠρέμα κυρτοῦνται, καθὼς τῆς χερσαίας χελώνης, οὐρὰ μακρὰ καὶ τραχεῖα· τῆς ῥάχιος ἐστὶν ἑνὸς ὀστέου τελευτή. ἐντέτμηται δὲ ἄνωθεν εἰς ἀκάνθας, καί εἰσιν ὡς αἱ τῶν πριόνων ἀκμαὶ, καὶ τύπτει αὐτῇ πρὸς οὓς ἂν παλαίει. κεφαλὴ τοῖς νώτοις συνυφαινομένη, καὶ εἰς μίαν ἰθυνομένη σταθμήν· ἐπὰν χαίνῃ ὅλη στόμα γίνεται, μέχρι τῶν ὤμων χάσμα ποιοῦσα. Quod ſic gallice verto: *Le crocodile eſt*

tout à la fois quadrupede & poiſſon; ſa longueur depuis la tête juſqu'à la queue eſt conſidérable, & ſa largeur ne répond point à cette longueur, ſa peau eſt mince & de couleur de pierre, il a le ventre blanc, & quatre pattes, qui ſont un peu courbées, comme celles de la tortue de terre; ſa queue eſt longue & rude, formée d'un ſeul os qui eſt la prolongation de l'épine dorſale; cette queue eſt garnie de pointes, ſemblables aux dents d'une ſcie; il en frappe les animaux avec lesquels il combat. La tête du crocodile ne fait avec ſon dos qu'une ſeule piece; elle eſt placée ſur la même ligne. Quand il baille, ſa gueule s'ouvre de toute la longueur de la tête, & ſe fend juſqu'aux épaules. Deinde Anonymus addit: ὁ κροκόδειλος μόνος ὑπτία πλησιάζει τῇ θηλεία, ἣν ἐν ταῖς ὄχθαις ἀνατρέπει, ἔχων δὲ ὀξυτάτην ὀδμὴν, εἰ γνώσῃ ὑφ' ἑτέρου μιανθεῖσαν τοῖς ὄνυξι διαῤῥήξας τὴν γαστέρα αὐτῆς πάντα τὰ ἔντερα κατεσθίει. περὶ γὰρ τὴν γαστέρα ἔστι τρυφερὸν τὸ ζῶον, τὸ γὰρ νῶτον αὐτοῦ στιβαραῖς λεπίσι ἐνδέδεται, ὥστε καὶ σίδηρον ἐπενεχθέντα ἀμύνεσθαι. μετὰ δὲ τὴν ὁμιλίαν πάλιν ταῖς χερσὶν αὐτὴν ἐπικουφίζων συνεπιστρέφει.

v. 421. ἐξ ὕπνου βαρυαέος. *e ſomno graviter ſonanti.* A lexicis abeſt vox βαρυαής.

v. 425. ἐν ψαμάθοισι κυλινδόμενος. Sic Lucianus *de Gymnaſiis* initio καὶ ἐν τῷ πηλῷ καλινδούμενοι. Ultimum hoc verbum ſine κ proferunt Jones poëtæ, ut apud Nicandrum videre eſt v. 204. Theriacῶν. πηλῷ ἀλινδηθεὶς ὀλίγον δέμας.

v. 433. ἀσπίδα δ' ἰοφόρον. Ichneumonis cum aſpide pugnam & aſtutias deſumpſit noſter ex Ariſtotele, Lib. 9. cap. 6. cujus verba, ſcholii vice, deſcribenda ſunt: ὁ δὲ ἰχνεύμων, ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, ὁπόταν ἴδῃ τὸν ὄφιν τὴν ἀσπίδα καλουμένην, οὐ πρότερον ἐπιτίθεται πρὶν συγκαλέσῃ βοηθοὺς ἄλλους. πρὸς δὲ τὰς πληγὰς καὶ τὰ δήγματα πηλῷ καταπλάττουσιν ἑαυτούς· βρέξαντες γὰρ ἐν ὕδατι πρῶτον, οὕτω καλινδοῦνται ἐν τῇ γῇ. Hic apprime convenirent, quæ Ælianus ſcripſit in Libr. 3. cap. 22. de Nat. Anim. ſed ea indicare ſatis ſit. Conf. & Nicandrum in Ther. v. 190. & ſeqq. Philen in Jambis pag. 144. Antigonum Caryſt. cap. 38. Strabonem L. 17. p. 558. Solinum pag. 60. & Salmaſium p. 466. item & Vitruvium Lib. 8. c. 11. quibus adde Plutarchum de Solertia Anim. pag. 966. D.

v. 438. ἄντα μελαινομένη. Verte τὸ, ἄντα *ex adverſo ſpectata, vue de face.* φολίδεσσιν. φολίδες ſunt ſquammæ leves ſerpentum & piſcium.

v. 447. ἀποφώλιον ἐκπλύουσαν πευκεδανὸν, ζαμενῆ χόλον. Se ipſum, de more ſuo, repetit Oppianus in Libro 1. Ἁλιευτ. v. 561. ubi

ἔπλυσε πευκεδανὸν ζαμενῆ χόλον.

Hic vero loco τοῦ ἀποφώλιον mallem ὁλοφώϊον, ut in Piſcat. Lib. 2. v. 362.

v. 450. Κερδώ. De vulpe ut notiſſima fera nihil dicemus.

v. 460. Οἰωνούς. Quomodo vulpes aves capiat, quoque dolo, fuſe narrat Oppianus in Ἁλιευτ. Lib. 1. verſ. 108. unde nihil mirum eſt, ſi rem leviter hic perſtringit, utpote jam ab ipſo alibi narratam; & novum exurgit argumentum, ab eodem poëta Ἁλιευτικὰ & Κυνηγετικὰ ſcripta fuiſſe.

v. 462. μικτὰ — φῦλα. Ita Nicander in Ther. v. 528.

νῦν δ' ἄγε τοι ἐπίμικτα νόσων ἀλκτήρια λέξω.

v. 463. Πόρδαλιν — Καμήλῳ ex hac conjunctione *Camelo pardalis* nominatur a Græcis. Hodie vero dicitur *la Giraffe*. Ab Oppiano veriſſimis coloribus delineatur, & huic poëtæ accuratiſſimam omnium fortaſſe debemus deſcriptionem Camelopardaleos. Veteres enim multo rectius, quam nos hanc feram cognoverunt, ſæpiſſime in amphitheatris videntes. Ex eorum igitur ſcriptis ſumenda eſt hujus quadrupedis notitia. Tempore Ariſtotelis nondum Græcis notam fuiſſe, philoſophi ſilentium argumentum eſt. Strabo poſt Artemidorum, cujus hiſtoria periit, antiquiſſimus videtur Græcorum eſſe, qui de Camelopardali ſcripſerit, in Libro 17. Geogr. p. 553. Eſt & apud Heliodorum in *Æthiopic.* Lib. 10. pag. 505. ex editione Schmidiana, ampliſſima feræ deſcriptio, quam hic nimiam ob prolixitatem non afferam. Hanc tantum deſcribam, quam dedit Philoſtorgius in Eccleſiaſt. Hiſtoriæ Lib. 3. ex edit. *Guillemi Reading*, Cantabrigiæ 1720. p. 493. (non ſunt propria Philoſtorgii verba, interiit enim opus ejus, ſed ea, quæ a Photio nobis in Myriobiblio ſervata ſunt.) καὶ δὴ καὶ Καμηλοπάρδαλις τῆς ἐκείνης γέννημα χώρας (Αἰγύπτου) ἣ τὰ μὲν ἄλλα, ἔλαφος ἐστι μεγίστη, καμήλου δὲ ὕψος ἐνέδωκε τὸ σῶμα μιμεῖσθαι· τὸν μὲν αὔχενα μήκιστον καὶ ὑπὲρ τὴν ἀναλογίαν τοῦ λοίπου σώματος φέρει εἰς ὕψος ἀνορθουμένον· ἀλλὰ καὶ τὴν δόραν ἅπασαν ἀπὸ κεφαλῆς ἄκρας ἕως ἐσχάτων ποδῶν παρδάλει μάλιστα τὴν ποικιλίαν προφερεστάτην ἔχει, καὶ τοὺς ἔμπροσθεν πόδας ὑψηλοτάτους τῶν ὀπίσων. Cf. Plinium Lib. 8. c. 18. & noſtras Animadverſiones gallicas ad hunc Oppiani verſum.

Vide quoque Giraffæ deſcriptionem, quam ex Gillio affert ill. de Buffon Tom. 6. p. 32.

v. 468. ἱμερόεν, τιθασὸν γένος. Adeo manſuetam ſuam Camelopardalim fuiſſe teſtatur Heliodorus, ὥστε ὑπὸ λεπτῆς μηρίνθου τῇ κορυφῇ περιειλιχθείσης ἄγεσθαι πρὸς τοῦ δηροκόμου (lege θηροκόμου) καθάπερ ἀφύκτῳ δεσμῷ τῷ ἐκείνου βουλήματι ὁδηγούμενον. Et Strabo non feram eſſe hanc beſtiam dicit, ſed pecus, nullam enim feritatem præ ſe fert. ἀλλ᾽ οὐδὲ θηρίον ἐστὶν ἀλλὰ βόσκημα μᾶλλον, οὐδεμίαν γὰρ ἀγριότητα ἐμφαίνει.

v. 469. δειρή οἱ ταναή. Heliodorus λεπτὸς ὁ αὐχὴν καὶ ἐκ μεγάλου τοῦ λοιποῦ σώματος εἰς κύκνειον φάρυγγα μηκυνόμενος. Et Strabo τράχηλος δ᾽ εἰς ὕψος ἐξηρτημένος ὀρθὸς, τὴν κορυφὴν δὲ πολὺ ὑπερτέραν ἔχει τῆς Καμήλου. Idem στικτὸν δέμας. Recte de maculis ῥαβδωτοῖς explicat Strabo dicens οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσαι παρδάλει· τὸ γὰρ ποικίλον τῆς χρόας νεβρίσι μᾶλλον ἔοικε ῥαβδωτοῖς, σπίλοις κατεστιγμέναι.

οὔατα βαιά. De auribus Camelopardaleos tacent Heliodorus & Strabo. *Belon* vero ab illuſtr. *de Buffon* laudatus pag. 31. Tom. 6. Quadr. aſſerit eas eſſe auribus vaccæ ſimiles, & eadem magnitudine.

v. 470. εὐρέα ταρσά. Errat Oppianus, non ſunt ταρσὰ Camelopardali. Biſulcum eſt iſtud animal & ungulas habet patulas. Niſi ταρσὰ poëtice πόδας generaliter interpretandum arbitreris.

v. 473. ὀκλάζουσιν ὁμοῖοι. *Claudicantibus ſimiles*. Hæc deſignant quo modo incedit Camelopardalis, ſed paulo obſcurius. Res ab Heliodoro illuſtratur. παρήλλακτο καὶ τὸ βάδισμα χερσαίου τε ζώου καὶ ἐνύδρου, πάντος ὑπεναντίως σαλευόμενον· τῶν σκελῶν οὐκ ἐναλλὰξ ἑκατέρου, καὶ παρὰ μέρος ἐπιβαίνοντος, ἀλλ᾽ ἰδίᾳ μὲν τοῖν δυοῖν καὶ ἅμα τῶν ἐν δεξιᾷ· χωρὶς δὲ καὶ ζυγηδὸν τῶν εὐωνύμων σὺν ἑκατέρᾳ τῇ ἐπαιωρουμένῃ πλευρᾷ μετατιθεμένων. Id eſt gallice: *Son allure n'avoit de rapport à la demarche d'aucun animal, ſoit terreſtre, ſoit aquatique, celui-ci bondit d'une manière toute différente. Il ne porte point ſes jambes l'une après l'autre & tour à tour, mais deux à la fois. Celles du côté droit marchent enſemble, enſuite celles du côté gauche comme attachées à un joug font un mouvement ſemblable, & à chaque mouvement il éleve & baiſſe les flancs alternativement.* Quod a Gillio firmatur in deſcriptione apud ill. de Buffon allata: *Lorſqu'il marche, il ſemble qu'il boite, non ſeulement des jambes, mais des flancs à droite & à gauche.* Georg. d'Arnaud *Lect. Græcis* L. 2. cap. 14. vertebat ὀκλάζουσιν ὁμοῖοι, *incurvatis ſimiles*. Minus recte meo judicio.

v. 475. οὔτι κέρας κερόεν. Recte Oppianus; haud enim cornua Camelopardalis eadem, qua cætera, natura ſunt. Os eſt e ſumma fronte ſurgens, ſex digitis altum, & pilis involutum, in ſpiram convolutis, unde multum dubitatum eſt an revera ſint cornua. Mirum eſt Oppianum omnino tacuiſſe duo præcipua Camelopardalis ſigna. Primum eſt eminentia triangularis, quæ e media fronte ſupra naſum ſurgit quamque eadem eſſe natura, qua cornua vel tertium cornu judicavit vir in Hiſt. Nat. doctiſſimus *Allamand* in addendis ad Hiſt. Quad. Ill. de Buffon. Secundum eſt juba pilis breviſſimis & rectis conſtans, quæ a ſummo capite uſque ad caudam hujus feræ deſcendit.

v. 476. ἀβληχραὶ male *parvi* vertunt. Melius *molles vel imbelles* intellige.

v. 477. ἄρκιον. Peſſime eſt in verſione latina *ſatis patulum*. Verte *mediocre ut cervo & tenerum os*.

v. 480. ἐλάχεια. Rittershuſius ἐλάφεια legiſſe videtur cum verterit *Cervina*.

v. 482. ἀμφίδυμον. Id eſt ex duplici genere conflatum, paſſere ſcilicet & camelo. Veterum *Struthio-Camelus* avis ea eſt, quam hodie vocamus *l'Autruche*, Ornithologis notiſſima & fideliter ab Oppiano deſcripta. Confer Aelianum de *Nat. An.* Lib. 14. cap. 7. & Philen in Jambis p. 24.

v. 483. μεταρίθμιον οἰωνοῖσι. Sic Homerus in *Bacchum* Hym. 2. μεταρίθμιος ἀθανάτοισι.

v. 489. ἀλλ' ἵπποι σκύλακές τε. Iſta venatio ſtruthiocameli breviter ab Aeliano l. c. deſcribitur cujus verba ſcholii vice apponam. ἁλίσκεται μὲν οὖν αὐτὴ ὑπὸ τῶν ἵππων ἀπειποῦσα τῷ δρόμῳ· θεῖ μὲν γὰρ εἰς κύκλον, ἀλλ' ἐξωτέρω περιθέουσα· οἱ δὲ ἱππεῖς τῷ ἐνδοτέρῳ ὑποτέμνονται κύκλῳ, καὶ ἔλαττον περιιόντες ἀπειποῦσαν τῷ δρόμῳ ἀγρεύουσιν αὐτὴν χρόνῳ. Sæpe autem illam venantur & capiunt, quando ad nidum ſuum revert t vehementi prolis amore adducta. Haud tamen ovis incubat, ſed ſub arena deponit. Illa ſolis ardor excludit. Cum vero pullos jam natos crediderit, ad eos expanſis alis accurrit; tunc a venatoribus latentibus ſubito telis confoditur, ut narrat eodem loco Aelianus. Hanc avem capite inter frutices abſcondito venatores latere ſtulte credere, autor eſt Oppianus in Ἁλιευτ. L. 4. v. 630.

v. 496. οὐ μὲν ὕπερθεν ἤερος. Expanſis alis, ut navis velo, utitur ad currendum promptiſſimoque fertur impetu, qui ab equis

aſſequi non poteſt, ut videre eſt apud Xenophontem Κύρου ἀναβ. Lib. 1. pag. 151. lin. 40. στρουθὸν δὲ οὐδεὶς ἔλαβεν· οἱ δὲ διώξαντες τῶν ἱππέων ταχὺ ἐπαύοντο· πολὺ γὰρ ἀπέσπα ἀποφεύγουσα, τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς δὲ πτέρυξι ἄρασα ὥσπερ ἱστίῳ χρωμένη.

v. 501. Βάκτριον οἷα δὲ φῦλον. Id eſt *Cameli*, quorum patria Bactriana celebratur: falſum eſt & antiquitatis commentum camelos averſa venere uti, quod a Plinio ſtulte memoratum video H. N. Lib. 10. cap. 63. etſi jam Ariſtoteles verius dixiſſet αἱ δὲ Κάμηλοι ὀχεύονται τῆς θηλείας καθημένης· περιβεβηκὼς δὲ ὁ ἄῤῥην ὀχεύει οὐκ ἀντίπυγος, ἀλλὰ καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα τετράποδα. H. A. Lib. 5. cap. 2.

v. 504. Πτῶκας. Cuniculos & lepores confudiſſe videtur Oppianus. At Xenophon major, ex cujus libello *de Venatione* noſter hæc cuncta de leporibus deſumpſit, rectius in duplicem ſpeciem eos diſtinguit. Vide pag. 573. lin. 14. & ſeqq. formam eorum deſcribit. Vide omnino Polybium Lib. 12.

v. 508. δυσφεροί τε. Ex Aldina editione, cæteræ δὲ habent.

v. 509. πεδίων μιλτοπαρήων. Sic Oppianus ipſe in Αλιευτ. Lib. 5. v. 273. λόφων ἄπο μιλτοκαρήνων. Homerus naves vocat μιλτοπάρῃας Iliad. L. 2. v. 637. De leporum varia colore vide omnino Pollucem Lib. 5. ſeq. 66. 67. 68.

v. 511. κανθόν. κανθὸς ὁ τοῦ ὀφθαλμοῦ κύκλος. Heſychius. οὔποτε γὰρ δή. De vigilia leporum vide Xenophontem *de Ven.* p. 572. L. 28. Eam continuam eſſe negat Pollux v. ſegm. 72.

v. 514. μόλοντα. μέλοντα habet Turnebi editio, de quo monere in variantibus oblitus ſum.

v. 515. νωλεμὲς ἱμείρουσι. A multis ſcriptoribus celebrata eſt leporum laſcivia & fœcunditas. Xenophon pag. 572. L. 33. J. Pollux Lib 5. ſegm. 73. Clemens Alexandrinus pædag. Lib. 2. pag. 290. D. Athenæus Lib. 9. pag. 399. & ſeqq.

v. 517. ὠκὺν οἰστόν. Supple εἰλειθυίης. Hoc dictum eſt ad imitationem Theocriti, qui in Oaryſti v. 28. χαλεπὸν βέλος εἰλειθυίης.

v. 519. πουλυγόνον. Hæc omnia ex Herodoti *Thalia* cap. 108. deſumpta ſunt, ut jam obſervavit ad hunc Herodoti locum *Weſſelingius*. De ſuperfœtatione leporum præter autores jam laudatos ad v. 515. vide Ariſtotelem H. A. Lib. 5. cap. 9. & 6. 33.

Cujus rei rationem reddit ex abundantia ſpermatis *de Gener. Anim.* Lib. 4. cap. 6. Hunc Oppiani locum preſſo pede ſecutus eſt Man. Phile in Jamb.

πόθεν τὸν αὐτὸν οἱ ταχεῖς πτῶκες χρόνον
ἄλλους μὲν ὠδίνουσιν εἰς φῶς ἐκγόνους,
ἄλλους δέ τε κατέχουσιν ὡς νοθεῖς ἔτι
πρὸς δευτέραν γέννησιν ὀργανουμένους,
καὶ πρὶν δ᾽ ἐπελθεῖν τὴν γονὴν τὴν ὑστέραν,
ἄλλους πάλιν κύουσιν ἐξ ἄλλου σπόρου.

Vide & Aelianum de N. A. Lib. 7. c. 35. & Eratoſthenem, in Cataſteriſm. 34.

ANIMADVERSIONES

IN

OPPIANI

ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΩΝ

LIBRUM QUARTUM.

Verſ. 1. εἴδεα μὲν τόσα. Simili modo, etſi diverſis verbis, incipit ἁλιευτικῶν liber ſecundus. Unde novum habes argumentum ab eodem Oppiano utrumque poëma ſcriptum fuiſſe.

v. 8. μένος ἠΰ. Homericum eſt, in Iliade Lib. 17. v. 457.

ὡς εἰπὼν ἵπποισιν ἐνέπνευσεν μένος ἠΰ.

v. 12. φρενὶ χωρήσειεν. Sic Manilius Aſtron. Lib. 1. verſu 108. *totumque animo comprehendere cœlum.*

v. 13. εἰπέμεναι κατὰ μοῖραν. Ex Homero ductum eſt. Vid. Iliad. Lib. 1. v. 286. & alibi paſſim.

v. 15. μοῦνοι δὲ θεοί. Eadem eſt ſententia iiſdem expreſſa verbis apud Dionyſium Periegetem v. 1169. qui de innumeris hominibus terrarum incolis:

οὓς οὐκ ἄν τις ἀριφραδέως ἀγορεύσοι
θνητὸς ἐών· μοῦνοι δὲ θεοὶ ῥέα πάντα δύνανται.

Confer & initium ſecundi libri ἁλιευτ.

v. 16. τά τ' ἐμοῖς εἶδον ὀφθαλμοῖσι. Alludit ad ſententiam Herodoti in *Clione* cap. 8.

ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν.

v. 23. ὀαρίσματα πάντα. Aliam lectionem præbet cod. Reg. B. ὁριστaίατο πάντα, unde legendum fortaſſe ὁρίσειεν ἅπαντα, deinde loco τοῦ, θηροφόνῃ, legerem θηροφονεῖ — παλάμῃ καὶ ἀοιδῇ, hoc ſenſu, *ut tuorum operum præcognoſcens omnia diſtinguere poſſit, felix manu ſimul & cantu ferarum victrici.*

v. 25. θηρῶν οἱ μέν. Non abſimilis eſt in ſecundo ἁλιευτ. v. 48. & ſeqq. piſcium diviſio: ex utriuſque loci collatione videbis quomodo ſe ipſum imitatur Oppianus.

v. 30. βουλὴν κερδαλέην. Totidem verba habes in 2. ἁλιευτ. v. 54.

v. 31. γιγνώσκουσι δ᾽ ἕκαστος. Nihil ad hunc locum appoſitius, quam quod Porphyrius dicit in tertio libro, περὶ ἀποχῆς. §. 9. p. 223. ζώων μὲν ἕκαστον οἶδεν εἴτε ἀσθενές ἐστιν εἴτε ἰσχυρόν· καὶ τὰ μὲν φυλάττεται, τοῖς δὲ χρῆται· ὡς πάρδαλις μὲν ὀδοῦσιν, ἵπποι δὲ ὁπλῇ, καὶ βοῦς κέρασι, ἀλεκτρυὼν μὲν πλήκτρῳ, σκορπίος δὲ κέντρῳ. In eadem ſententia eſt ſecunda Anacreontis ode, φύσις κέρατα ταύροις κ. τ. λ.

v. 50. πείθονται δὲ λύγοισι. De iſtis equis, & de modo, quo reguntur, vide quæ jam diximus ad verſum 170. Lib. 1.

v. 52. ἠδέ. Hujus verbi loco τῆλε conjecimus, nec conjecturæ pœnitet, immo ſimili mendo Euripidis nobilem tragœdiam Andromachen purga, verſu 651. Menelas Peleum impellere tentat, ut Andromachen ab Epiro longe arceat, nedum eum probris laceſſat propter mulierem barbaram:

ἣ χρῆν σ᾽ ἐλαύνειν τῇ δ᾽ ὑπὲρ Νείλου ῥοάς,
ὑπέρ τε Φᾶσιν.

Ubi neceſſe eſt omnino ut τῆλε legatur.

v. 53. ἠελίου τε βολῇ, *ſub ipſa aurora*, vel de primis ſolis radiis hoc intelligendum puto. Sic in tertio ἁλιευτ. v. 52. de tempore, quo piſcandum:

χείματι δ᾽ ἠελίοιο βολαῖς ἅμα κιδναμένῃσι.

v. 56. οἰήϊα. Orpheus in *Argonaut.* v. 531.

ἀφθεγγος δὲ προῆκε χερῶν οἰήϊα νηὸς
Ἀργῴης.

Hæc metaphora ſignificat, in retibus ponendis maximum eſſe venationis ſucceſſum.

v. 60. ἠέρα παπταίνουσι. In ἁλιευτ. tertio dicitur εἰς ἄνεμον παπταίνεμεν, & eleganter, omiſſa præpoſitione apud Apollon. Rhod. Lib. 2. v. 610.

οἱ δέ που ὀκρυόεντες ἀνέπνεον ἄρτι φόβοιο
ἠέρα παπταίνοντες ὁμοῦ, πέλαγός τε θαλάσσης.

& Coluthus de raptu Helenæ v. 231.

ἄρτι μὲν αἰπύδμητα Φιλοξείνων ναετήρων
δώματα παπταίνων καὶ γείτονας ἐγγύθι νηούς.

v. 64. βοηλατέωσι, *ad vocem currunt* ſeſe mutuo auxiliandi cauſa, vel *feras cum clamore inſequuntur.* Sed hac ſignificatione mediæ eſt Græcitatis verbum; nam apud veteres ſcriptores βοηλάτης eſt *Boum conductor* & βοηλατέω, *boves ducere* & *abducere.* Unde apud Oppianum libenter reponerem βοηδρομέωσί τε πάντη.

v. 68. ἰθύνουσι. Voluit ill. *Brunckius* ἰθύουσι, quod facilius forſan recepimus, nam ἰθύνω pro ἰθύω, eodem ſenſu ponitur. Vide H. Steph. Theſ. Tom. 1. col. 1917. cujus rei teſtis eſt idoneus Apollonii Rhod. verſus 323. Lib. 1.

ἐθάμβησαν δ᾽ ἐσιδόντες.
πασσυδίη Πελίαο πὰρ ἐκ νέον ἰθύνοντας.

v. 69. πόνον δ᾽ ἅλιον θέσαν. Ita omnino Homerus in quarto Iliad. v. 26.

πῶς ἐθέλεις ἅλιον θεῖναι πόνον;

inquit ad Jovem Juno. Oppianus igitur non βαρβαρίζει ſed ὁμηρίζει.

v. 73. ἐς Νότον. Quatuor iſti verſus imitationis ſui ipſius, quæ apud Oppianum tam frequens occurrit, pulchrum exhibet exemplum, & novum præbet argumentum utriuſque poëmatis patrem eum eſſe, qui alterum fecit. Quid enim huic loco ſimilius, quam quæ inveniuntur in Libro 3. ἁλιευτ. v. 67.

ἐς βορέην μὲν, ἐπὴν Νότος ὑγρὸς ἀήσιν,
ἐς νοτίην δὲ θάλασσαν, ἐπειγομένου βορέαο,
εὔρου δ᾽ ἱσταμένοιο, ποτὶ ζεφύροιο κέλευθα.

v. 78. ἐν θυμῷ βάλλοιο. Homericum eſt; paſſim in Iliade τὰ δ᾽ ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. Præterea, non Dianam, ut *Brodæus* volebat, ſed Antoninum alloquitur poëta.

v. 85. ἔνθ᾽ ἤτοι βόθρον. Similis eſt harum fovearum deſcriptio apud Xenophontem, de Venatione p. 581. ἔστι δ᾽ οἷς αὐτῶν καὶ ὀρύγματα ποιοῦσι περιφερῆ, μεγάλα, βαθεῖαν ἐν μέσῳ λείποντες κίονα τῆς γῆς. ἐπὶ δὲ τούτου (lege τούτῳ) εἰς νύκτα ἐπέθεσαν δήσαντες αἶγα καὶ ἔφραξαν κύκλῳ τὸ ὄρυγμα ὕλῃ, ὥστε μὴ περιορᾶν, εἴσοδον οὐ λείποντες. τὰ δὲ ἀκούοντα τῆς φωνῆς ἐν τῇ νυκτὶ, κύκλῳ τὸν φραγμὸν περιθέουσι, καὶ ἐπειδὰν μὴ εὑρίσκῃ δίοδον, ὑπερπηδᾷ καὶ ἁλίσκεται. Eodem σοφίσματι lupos capiebant, ſcrobe virgultis cooperta fragilibus & terra adjectitia, ut videre eſt apud Longum de Daphn. & Cloës Amorib. Lib. 1. p. 10. Manifeſte ad hanc venandi rationem alludit Claudianus *de Conſ. Stilic.* Lib. 3. verſ. 339. de leonibus.

Non

Non illos tædæ ardentes, non ſtrata ſuperne
lapſuro virgulta ſolo, non vocibus hœdi
pendentis ſtimulata fames, non foſſa fefellit.

v. 87. κίονα, terræ columnam, ut e Xenophonte ſupra laudato patet, vel etiam ex lapide, ut ex verſu hujuſce libri 215. colligitur.

v. 89. ἀρνειόν. Non agnum ſolum, ſed hœdum etiam, vel porcellum, vel clamitoſum aliquod animal imponebant.

v. 91. αἱμασιήν. αἱμασιὰ exponitur ab Heſychio τὸ ἐκ πολλῶν λίθων λογάδων ἄθροισμα. *Rittershuſius* e Suida hanc interpretationem laudat, αἱμασιὰ, φραγμὸς, κυρίως ὁ ἠκανθωμένος, ἢ τὸ ἐκ χαλίκων τουτ' ἔστι μικρῶν λιθιδίων ᾠκοδομημένον τειχίον ἄνευ πηλοῦ. Φαύλως δὲ οἱ πολλοὶ τὸ ὑπὸ αἱμασιῶν περιεχόμενον αἱμασιὰν καλοῦσι. Hujuſmodi ſepis deſcriptionem vide Halieut. IV. 600.

v. 97. παπταίνων πυρόεν. Nihil eſt elegantius. Sic Attici dicunt ἀμυδρὸν βλέπειν, ut Lucianus in Dial. mort. 27. τιτανῶδες βλέπειν in Timone p. 170. ſæpe etiam cum ſubſtantivis. κάρδαμα βλέπειν apud Ariſtoph. in Σφηξὶ v. 455. θυμβροφάγον in Achar. v. 254.

v. 99. γαστρὶ πιθήσας. Sic in quinto Halieut. v. 163. ἀναιδεῖ γαστρὶ πιθήσας.

v. 101. ἀνωΐστοιο. Qua ratione hoc verbum in ἀνοστήτοιο mutaverit *Schneider* non video. At certo vulgata melior eſt, ſenſum pulchriorem præbet & Leonis imprudentiam denotat. Alioqui Homericam imitationem continet; Homerus enim in XXI. Iliados v. 39.

τῷ δ' ἄρ' ἀνώϊστον κακὸν ἤλυθε.

Sic ipſe Oppianus in tertio ἁλιευτ. v. 43.

ἰχθύες ἐσκύρτησαν ἀνωΐστοισι δόλοισι.

v. 119. ὣς ἐφάμην. In Lib. 1. v. 304.

v. 123. ἐπιμύει. Ita producitur ſecunda ſyllaba in Piſcatione Lib. 2. v. 110.

v. 128. φρυκτούς. Suidas φρυκτὸς, ἡ διὰ τῶν δάδων γενομένη ἐν πολέμοις λαμπάς. Et rurſum φρυκτοὶ, λαμπάδές τινες ἀπὸ ξύλων γενόμεναι.

v. 131. ἀσπίδος ἐν πατάγῳ. Sic omnino diſtinguendum eſt, ut fecimus. Quis enim hunc & ſuperiorem verſum intelligere poſſit in editione Schneideriana, in qua ſic uterque legitur:

ἀνδρῶν δ' αὐτὸς ἕκαστος ἔχει σάκος ἐν χερὶ λαιῇ
ἀσπίδος ἐμπατάγων,

Numquid dicitur σάκος ἀσπίδος? non aliter enim iſte genitivus conſtrui poteſt. Perridicula eſt hæc locutio & minime græca: vulgata vero plana, ἐν πατάγῳ ἀσπίδος ἐστὶ μέγα δεῖμα θηρσί. *Clypei in fragore feris eſt maximus timor.* In verbo πατάγῳ, quod cl. Schneidero tantopere diſplicet, nihil video, quod græcum non ſapiat. Homerus in Iliad. L. 21. v. 9.

ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ.

v. 133. ἔξοχα γὰρ δείδοικε. Quantum leonibus timorem ignis incutiat animadvertit Ariſtoteles H. A. Lib. 9. c. 44. ἀληθῆ δὲ καὶ τὰ λεγόμενα, τό τε φοβεῖσθαι μάλιστα τὸ πῦρ, ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε (in Iliad. Lib. 17. v. 663)

καιόμεναί τε δεταί, τάς τε τρεῖ ἐσσύμενός περ.

Iterum in eodem poëmate Lib. 11. v. 547. inde Ælianus in 12. Lib. de N. A. c. 7. τὸ δ' ἔξωθεν πῦρ δυσωπεῖται καὶ φεύγει, πλήθει τοῦ ἔνδοθεν, φασί.

v. 135. Λεόντων ἄλκιμον ἦτορ. Poëtice pro Λέοντας ἀλκίμους. Sic apud Homerum βίη Ἡρακλείη pro Ἡρακλῆς. μένος Πολυδευκέος pro Πολυδεύκης. ἲς ἀνέμοιο pro ἄνεμος.

v. 136. ἐπεσσύθεν. Bæoticorum dialecto pro ἐπεσσύθησαν. Paſſim hac forma utitur Homerus.

v. 137. αὐτὴ δ' αἰθέρ' ἵκανε. Ex Homero verbatim deſumptum.

v. 138. ἐπιστροφάδην δὲ νέονται. Recte ab Oppiano νέονται uſurpatur ut placidam receſſionem denotans. Haud enim in fugam ſe convertunt leones, ſed βάδην, *pedetentim* recedunt, quod ab Ariſtotele ſic exponitur H. A. Lib. 9. c 44. ἐν δὲ ταῖς θήραις ὁρώμενος μὲν (ὁ Λέων) οὐδέ ποτε φεύγει, οὐδὲ πτήσσει ἀλλ' ἐὰν καὶ διὰ πλῆθος ἀναγκασθῇ τῶν θηρευόντων ὑπαγαγεῖν, βάδην ὑποχωρεῖ καὶ κατὰ σκέλος καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν μέν τι ἐπιλάβηται δασέος, φεύγει ταχέως, ἕως ἂν καταστῇ εἰς φανερὸν, τότε δὲ πάλιν ὑπάγει βάδην.

v. 139. θυμὸν ὀδὰξ πρίοντες. Non invenuſta eſt imitatio Homeri, qui de Sarpedone, Bellerophontis f. ὃν κατὰ θυμὸν ἔδων.

v. 140. ὡς δ' ἰχθῦς. Hujus piſcationis ratio paulo uberius exponitur in 4. Halieut. v. 640.

v. 151. πλευρῇσι περίδομαι. Variæ erant apud Græcos clypeorum formæ diverſis nominibus deſignatæ. ἀσπὶς rotundus erat

clypeus. γεῤῥὸν dimidiatus vel creſcenti lunæ ſimilis, & ideo μηνοειδὴς dicebatur. πέλτη vero quadratus. Hic vero σάκος generis nomen eſt, quo ἀσπὶς intelligi debet. Rotundis clypeis iſti venatores utebantur, ut facilius ſub eis laterent, & corpus eorum totum tegeretur. Tali clypeo coopertum militem, & leonem ſupra eum aſcendentem vide in tabula venatoria antiquitatis illuſtratæ, Rev. *de Montfaucon* Tom. 3. pl. 182.

v. 154. Οἶος ἀωτῳ. Pro ἔρίῳ eleganter dictum. Ita & Theocritus in Pharm. 5.

στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ Οἶος ἀώτῳ.

v. 162. δερκόμενος — ὑπ' ὄμμασι. Hanc lectionem pro vulgata ἐπ' ὄμμασι jam reponendam viderat vir in re critica ſummus *Heyne*, ad Apollodorum p. 80. Tom. 1.

v. 163. Δίοισι κεραυνοῖς. Frigebat admodum δηΐοισι & mutari debuit, ut jam in V. Halieuticῶν v. 285. mutatum eſt a cl. *Schneidero* codicis autoritate.

v. 165. Μαρυανδέα λαόν. Quis ſit populus iſte vellem interpretes nos docuiſſent. Equidem ignoro. Sunt & *Maryandini* oræ Euxini dexteræ incolæ, de quibus Stephanus Byz. & Dionyſ. Perieg. v. 788. & alii multi. Sed *Maryandinorum* regionem Ganges non alluit. Corruptam itaque hanc vocem cenſeo, vel in re geographica turpiter ab Oppiano erratum fuit, quod tamen non facile crediderim. Variis conjecturis hunc locum, pro varia codicum lectione, tentavi. Omnes lectori prudenti ſubmittam, ut judicet, & ſi aliqua placet eligat. E codicis Regii A. lectione βαρυειδέα eruebam πυριηκέα *igne*, id eſt, ſolaribus radiis *aduſtum*. Hunc enim populum ἠέλιος πρώτησιν ἐπιφλέγει ἀκτίνεσσι inquit Dionyſius v. 1110. Fortaſſe legi quoque poteſt πυρικαέα. Manetho in 1. Apoteleſmaticῶν v. 146. πυρικαέας ὠλέσας ἄνδρας. Ex eadem varietate codicis ſupra dicti, aliam conjecturam ducebat vir doctiſſimus clariſſ. *Dupuy* βαρυηθέα λαὸν, *duris gravem moribus populum;* quod intelligebat de Brachmanis & Gymnoſophiſtis, quorum vitæ ſeveritatem Strabo & alii celebrant. Sed vereor ne nova ſit iſta vox & Græcis inaudita; eam ſaltem apud nullum autorem hucuſque invenire potui. Vulgatum vero Μαρυανδέα vel Μαρυανθέα ad veram, ut opinor, poëtæ ſcripturam accedit: fortaſſe enim dederat Oppianus

Ινδὸν ὑπὲρ δάπεδον παρ' εὐανθέα λαὸν ἀμείβων.

Floridum populum tranſcurrens. παρὰ ad ἀμείβων referendum eſt, a quo Tmeſi poëtica divellitur. Oppianus de populo dixit, quod ad terram, quam colit, pertinet, & mos eſt poëtarum communis,

Indiæ fertilitatem & ſolum εὐανθὲς multi laudavere, præſertim Dionyſius v. 1123.

πάντοῖον γάρ γαῖα μετ᾽ ἀνδράσιν ὄλβον ἀέξει
ἀενάοις ποταμοῖσι κατάῤῥυτος ἔνθα καὶ ἔνθα,
καὶ μὴν λειμῶνες ἀεὶ κομόωσι πετήλοις.

Præterea recta εὐανθὴς Indicus populus dicitur, qui *ſtolas floridas* ſæpiſſime in pompis induebat, ut teſtatur Strabo Lib. 15. p. 473. Διονύσου δ᾽ ἀπογόνους τοὺς Ὀξυδράκας (φασὶ) ἀπὸ τῆς ἀμπέλου — καὶ εὐανθοῦς σ7ολῆς· ὅπερ ἐπιπολάζει καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἰνδοῖς. Hæc tamen ſi non tibi rident, lector, aliam conjecturam offero, fortaſſe non reſpuendam. Lege μελαναυγέα λαὸν, *nigro colore populum.* Vox eſt poëtica, cujus exempla paſſim occurrunt, & Indiæ populis mirifice congruens, nam teſte eodem Strabone p. 475. τῶν δ᾽ ἀνθρώπων οἱ μὲν μεσημβρινοὶ τοῖς Αἰθίοψίν εἰσιν ὅμοιοι κατὰ δὲ τὴν ὄψιν καὶ τὴν τρίχωσιν τοῖς ἄλλοις. Et Dionyſius verſ. 1110.

ἠέλιος πρώτῃσιν ἐπιφλέγει ἀκτίνεσσι
τῷ γαίης ναίεται μὲν ὑπὸ χρόα κυανέουσι,
θεσπέσιον λιπόωντες, ἐειδομένας δ᾽ ὑακίνθῳ
πιοτάτας φορέουσιν ἐπὶ κρατεσφιν ἐθείρας.

Denique legi poteſt πολυανθέα γαῖαν ἀμείβων.

v. 169. κορυσσόμενος λάβρον ὕδωρ. Ita Homerus de fluctibus in 4to. Iliad. v. 423. πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται.

v. 170. δρίος. *Quercetum* ſignificat; & poëtice ſylvam deſignat.

v. 172. ἀλλαιόμενος χροὸς ἄσαι. Homerica locutio; vide in undecimo Iliados v. 573. & in 15. v. 317.

v. 173. λαίλαπι χειμερίῃ πανομ. Et hic ὁμηρίζει Oppianus, quem βαρβαρίζειν dicunt.

v. 177. μέγα θρώσσων. θρώσσει apud Heſychium eſt γεννᾷ, φοβεῖται. Ubi VV. DD. legunt θρώσκει, ſed fruſtra; hoc enim verbum a θροῦς, quod eſt θόρυβος, φθόγγος, σκληρὸν ἐπιβόημα, fortaſſe deducendum & ſignificaret *clamore terrere.* Sed exemplis caret omnino hæc locutio; itaque libenter legerem μέγα θρεέων, *valde clamitans.* Verbum θρεέω ſatis notum eſt. Quæ tamen ſi non placent, ad *Brunckium* accedo legentem μέγα σθενέων.

v. 178. διαπρύσιόν τε γεγωνώς. Homerum affectat & preſſo pede ſequitur. Ita in 8. Iliados v. 227.

ἤϋσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γεγωνώς.

v. 186. ἄκριτα θύων, *incaſſum furens.* Iterum hæc occurrunt in Ἁλιευτ. Lib. 2. v. 585. nam ſe ipſum amat imitari Oppianus.

v. 188. αὖ ἐρύων. Forma eſt Homerica. Vide in Iliad. Lib. 1. v. 459.

v. 191. πνείων μένος. Phraſis Homerica in Iliad. Lib. 2. v. 536.

v. 192. κραδάων πεφονωμένον ἔγχος. Iterum ex Homero deſumpſit ὁμηρικώτατος Oppianus. Vide in Iliad. Lib. 7. v. 213.

v. 194. πάντες ὁμοῦ βρίσαντες. Hanc lectionem firmat codex Regius B. Ita apud Homerum Iliad. 17. v. 233. οἱ δ' ἰθὺς Δαναῶν βρίσαντες ἔβησαν.

v. 195. τανυροίζησιν ἀκωκαῖς. Scribe euphoniæ gratia τανυῤῥοίζησιν, *quæ longum ſibilum edunt.* Ridiculum eſt omnino *Schneideri* τανυρίζοισι.

v. 200. κοτίνοισι, κότινος, *oleaſter*, quo coronæ olympionicæ nectebantur.

v. 204. ἑτεροκλονέων. Etſi in variantibus dixerim nihil eſſe mutandum, nunc ad *Schneiderum* accedo legentem ἑτεροκλίνων, *huc & illuc demittens caput.*

v. 206. κεκαφηότα γυῖα. Sic Halieut. 3. v. 114. ἐπιτρέψας θανάτῳ κεκαφηότα γυῖα.

208. δέουσ' ὑπὸ δεσμοῖς. Nonnullos eſſe nunc audio in Germania doctos Helleniſtas, qui hanc τοῦ ἰῶτα finalis eliſionem improbant, ſeu in verbis, ſeu ad tertium caſum nominum pluralium. Sed omnem metum deponant, a præſtantiſſimis enim poëtis utraque aphæreſis uſurpatur, a Sophocle in Philoct. v. 377. ναὶ παῖ, δεδώκασ' ἐνδίκως αὐτοὶ τάδε. & ab Homero in 22. Iliad. v. 330.

ἤριπε δ' ἐν κονίῃσ'· ὁ δ' ἐπεύξατο δῖος Ἀχιλλεύς.

v. 209. ἠμένοι ἀτρεμέοντε. Eo majore fiducia hæc verba e cod. Vat. recepimus, quod Oppiano uſitata eſt locutio. In Halieut. L. 2. v. 392. αὔτως ἀτρεμέοντα καὶ ἤμενον. In hocce verſu lege ἀλευάμενον cum cod. Reg. B. loco τοῦ ἀλευόμενον, quod errore typographi irrepſit. Idem codex habet μηδὲν pro οὐδέν.

v. 217. τοῦ δ' ἀπὸ μήδεα δῆσαν. In tertio Halieut. hanc pantherarum venationem ſimili modo memorat Oppianus & iiſdem fere, quibus hic verbis utitur. Verſ. 388.

δῆσε κυνὸς σφίγξων ἄπο μήδεα· τοῦ δ' ὀδύνῃσι
ἠχήεις ὀρυμαγδὸς ἀπόπροθι πειρομένοιο
ἔρχεται ἀμφὶ δέ οἱ σπέρχεται δρίος· ἡ δ' ἀΐουσα
πάρδαλις ἰάνθη τε καὶ ἔσσυται.

Quid ſimilius? hæc certe ab eadem manu profecta ſunt.

v. 220. σπάρτῳ Σαλαμινίδι. Satis idonea videtur Brodæi conjectura, qua legi volebat Σαλμυκίδι, a *Salmyca* civitate Hiſpaniæ. Oppianus enim in tertio Halieut. v. 341. ſpartum Hiſpanicum commendat:

> κύρτον δὲ πλέξαιο περίδρομον ὅττι μέγιστον
> τεύχων, ἢ σπάρτοισιν Ἰβηρίσιν ἠὲ λύγοισι.
> ῥάβδους ἀμφιβαλών.

Iſ. *Voſſius* ad Melam Σαλαβινίδι reponebat. Quaſi e *Salambina* vel *Salabina* Hiſpanica civitate, quæ hodie *Salabrena* vocatur.

v. 224. ἐς πλαταμῶνας. Parum recte in verſione latina *ſpeluncas pervadit*. πλαταμὼν eſt *littus*, & *ſcopulus ſub undis latens*. Ita a Suida definitur. πλαταμών. ὄνομα ποταμοῦ. καὶ ὁ αἰγιαλός. καὶ λέγεται μὲν ἁπλῶς ἐπὶ γῆς πλάτους ὁ πλαταμών. κυρίως δὲ ἐπὶ θαλάσσης ἐχούσης καὶ πέτρας ὑποκειμένας.

v. 230. Παρδάλιας. Alia quoque erat pantherarum capiendarum ratio ab Ariſtotele expoſita H. A. Lib. 9. c. 6. Panthera, inquit, cum venenum Pardalianches ederit, ſtercus humanum quærit, eo enim ipſo juvatur. Quocirca venatores ſtercus ibi propinquum in caniſtro ex arbore aliqua ſuſpendunt, ne procul bellua abeat petens ſuum medicamentum. Illa enim inſiliens, ſpe capiendi, in ſe efferenda emoritur.

v. 235. ὠσχοφόροι. Mulieres erant, quæ ὄσχην ferebant. Quid vero ſit ὄσχη Suidas docet his verbis: κλῆμά ἐστι βότρυς ἐξηρτημένους ἔχον. ταύτην δ' ἔνιοι ὀρεσχάδα καλοῦσι. Sed rem uberius exponit Proclus in *Chreſtomathia* apud Photium *Bibl.* p. 989. cujus locum a ſuperioribus Oppiani interpretibus omiſſum, cum ad cognitionem feriatæ antiquitatis magni ſit momenti totum deſcribam. Feſtum celebratur ab Athenienſibus oſchophoria dictum, in quo oſchophorica carmina cantabant, de quibus ita Proclus. Ὀσχοφορικὰ δὲ μέλη παρὰ Ἀθηναίοις ᾔδετο· τοῦ χοροῦ δὲ δύο νεανίαι κατὰ γυναῖκας ἐστολισμένοι κλήματα ἀμπέλου κομίζοντες μεστῶν (lege μεστὰ vel κλῆμα — μεστὸν) εὐθαλῶν βοτρύων, (ἐκάλουν δὲ αὐτὸ ὄσχην ἀφ' οὗ καὶ τοῖς μέλεσι ἡ ἐπωνυμία) τῆς ἑορτῆς καθηγοῦνται. ἄρξαι δὲ τὸν Θησέα φασὶ πρῶτον τοῦ ἔργου· ἐπεὶ γὰρ ἑκουσίως ὑποστὰς τὸν εἰς Κρήτην πλοῦν ἀπήλλαξε τὴν πατρίδα τῆς κατὰ τὸν δασμὸν συμφορᾶς, χαριστήρια ἀποδιδοὺς Ἀθηνᾷ καὶ Διονύσῳ, οἱ αὐτῷ κατὰ τὴν νῆσον τὴν Δίαν ἐπεφάνησαν, ἔπραξε τοῦτο δυσὶ νεανίαις ἐσκιατραφημένοις χρησάμενος πρὸς τὴν ἱερουργίαν ὑπηρέταις. ἦν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἡ πομπὴ ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἱεροῦ εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σκιράδος τέμενος. εἵπετο δὲ τοῖς νεανίαις ὁ χορὸς, καὶ ᾖδε τὰ

μέλη· ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἔφηβοι διημιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους δρόμῳ, καὶ τούτων ὁ πρότερος ἐγένετο ἐκ τῆς πενταπλῆς λεγομένης φιάλης ἣ συνεκιρνᾶτο ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ καὶ μέλιτι καὶ τυρῷ καὶ ἀλφίτοις. Quæ gallice ſic verto: *Les vers oſchophoriques ſe chantent chez les Athéniens. Deux jeunes gens habillés en femmes & portant des branches de vigne chargées de raiſins, mènent le chœur. Cette branche s'appelle ὄσχη, & de ce nom eſt venu celui des vers. On dit que Théſée fut le premier qui célébra cette fête, lorsqu'il s'offrit volontairement à s'embarquer pour la Créte, & délivra ſa patrie du tribut douloureux qu'elle payoit à Minos. Pour rendre graces à Minerve & à Bacchus, qui lui avoient apparus dans l'isle de Dia*, (poſtea Naxos vocata) *il célébra cette fête, par le moyen de deux jeunes gens qui avoient été élevés à l'ombre (c'eſt-à-dire dans la priſon du Labyrinthe), & qui furent les miniſtres de cette cérémonie réligieuſe. Chez les Athéniens la proceſſion alloit du temple de Bacchus à celui de Minerve Sciriade. Le chœur ſuivoit les jeunes gens, & les adoleſcents de chaque tribu diſputoient le prix de la courſe. Le vainqueur goutoit à la coupe nommée Pentaple, compoſée d'huile, de vin, de miel, de fromage & de farine.* Sacer iſte ritus in honorem Bacchi & Ariadnes fiebat, teſte Plutarcho in *Theſeo* p. 48. editionis Reiskianæ, & tempore, quo fructus colliguntur, agebatur. Erant & feminæ quædam Deipnophoræ dictæ, quæ adſiſtebant & adhibebantur ſacrificio, & imitabantur matres eorum, qui ſorte obtinuerant, ut in Cretam abirent.

τριετηρίδες. Sic dictæ e ſacrificiis Dionyſo tertio quoque anno oblatis & ideo vocatis τριετηρίδες θυσίαι. Vide noſtram Animadv. ad v. 24. Lib. I.

v. 241. εὗρεῖ δ', ἔν τότε Μηρόν. Erat in India prope Nyſſam, non multum a Gange mons nomine Merōs, in quo educatum Bacchum narrant. Unde fabula fluxit in Jovis μηρῷ, *femore*, incluſum tempora nativitatis expectaſſe. Ita Arrianus in *Hiſt. Indica* cap. I. καὶ τὸ ὄρος πρὸς τῇ πόλει, ὅτου ἐν τῇσι ὑπωρείῃσι ᾤκισται ἡ Νύσσα, Μηρὸς κληΐζεται, ἐπὶ τῇ συμφορῇ ἥτινι ἐχρήσατο εὐθὺς γενόμενος (Διόνυσος) ταῦτα μὲν οἱ ποιηταὶ ἐπὶ Διονύσῳ ἐποίησαν. Aliter hiſtoria & etymologia exponitur ab Euripide in Bacchis v. 286. ubi Tireſias ad Pentheum.

καὶ καταγελᾷς νιν, ὡς ἐνεῤῥάφη Διὸς
μηρῷ, διδάξω σ' ὡς καλῶς ἔχει τόδε.
ἐπεί νιν ἥρπασ' ἐκ πυρὸς κεραυνίου
Ζεύς, εἰς τ' ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν νέον,
Ἥρα νιν ἤθελ' ἐκβαλεῖν ἀπ' οὐρανοῦ.

Ζεὺς δ' ἀντεμηχανήσατο, οἷα δὴ θεός·
ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου
αἰθέρος, ἔθηκε, τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς
Διόνυσον Ἥρας νεικέων· χρόνῳ δέ νιν
βροτοὶ τραφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διός,
ὄνομα μεταστήσαντες, ὅτι θεᾷ θεὸς
Ἥρᾳ ποθ' ὡμήρευσε, συνθέντες λόγον.

Attamen in Oppiano ſupereſt difficultas. Videtur enim ille poëta montem *Merum* in Bæotia collocare, cum in India poſitum omnes ſcriptores & græci & latini agnoſcant. Nihil reſpondebo, niſi Horatianum illud, *pictoribus atque poëtis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas*, aut etiam diverſos Bacchos, quorum unus Bæoticus, alter Indicus fuit, noſter confundit.

v. 248. κλαυθμυρισμῶν προκαλύμματα. Nihil eſt in κλαυθμυρισμῶν, quod metro obſit. Nam ſæpiſſime σ ante μ liqueſcit: idcirco non mutavi.

v. 261. καὶ δὴ οἱ χλοερή. Simile portentum enarrat Homerus in Hymno ad Dionyſum verſu 34.

τάχα δέ σφιν ἐφαίνετο θαυματὰ ἔργα.
οἶνος μὲν πρώτιστα θοὴν ἀνὰ νῆα μέλαιναν
ἡδύποτος κελάρυζ' εὐώδης, ὤρνυτο δ' ὀδμὴ
ἀμβροσίη· ναύτας δὲ τάφος λάβε πάντας ἰδόντας.
αὐτίκα δ' ἀκρότατον παρὰ ἱστίον ἐξετανύσθη
ἄμπελος ἔνθα καὶ ἔνθα, κατεκρημνῶντο δὲ πολλοὶ
βότρυες· ἀμφ' ἱστὸν δὲ μέλας εἱλίσσετο κισσὸς
ἄνθεσι τηλεθάων, χαρίεις δ' ἐπὶ καρπὸς ὀρώρει.
πάντες δὲ σκαλμοὶ στεφάνους ἔχον· κ. τ. λ.

& Nonnus in Dionyſiacis Lib. 45. p. 1166. v. 8.

καὶ χλοεροῖς πετάλοισι κατάσκιος ἠέρι γείτων
ἱστὸς ἔην κυπάρισσος ὑπέρτατος, ἐν δὲ μεσόδμῃ
κισσὸς ἀερσιπότητος ἀνήϊεν αἰθέρι γείτων
σειρὴν αὐτοέλικτον ἐπιπλέξας κυπαρίσσῳ.

Confer & Ovidium in 3. Metamorph. v. 644.

v. 262. ὡραίη σέλινος. Quid ſit ἡ σέλινος ignoro. Ubique legi τὸ σέλινον, *apium*, planta funebris & minime Baccho conveniens, etſi Σελινίτης οἶνος celebretur. Itaque ἕλινος cum *Brodæo* omnino legendum cenſeo. ἡ ἕλινος eſt ὁ κλάδος τῆς ἀμπέλου, ἢ ἄμπελος. Dionyſius Perieg. v. 1157.

ζωστῆρές θ' ἕλικες, τε πολυγνάμπτης τ' ἐλίνοιο.

at in Oppiano lege

ὡραίη τ' ἕλινος καὶ κισσὸς ἐρεπτὸν

v. 265. Ἀρισταίοιο. Supp. οἶκον. Filia ejus *Macris* mammam Baccho prima præbuit, teſte Apollonio Lib. 4. v. 1134.

v. 267. ὅς θ' ὕπατον. Ita legendus mihi videtur hic verſus:

ὅς θ' ὕπατον μὲν ἔναι' ἐν ὄρει κεραῶδει ὑπ' ἄντρον.

Eleganter dicitur ὄρος κεραῶδες de *bicipiti monte*. Sic enim Callimachus Hym. in Apoll. v. 91.

ἔσλας ἐπὶ Μυρσούνης κερατώδεος.

Μυρσούνη vero ὄρος λιβύης, ut ſcholiaſtes docet. Nulla vero ratione dici poteſt ἐν κεράεσσιν ἄντρου, ut *Bodinus* volebat & *Sehneidero* placet in Analectis p. 49. ἄντρον enim non habet κέρατα. In noſtra lectione ὕπατον ad ἄντρον refertur.

v. 269. πρῶτος ποιμένιον. Ariſtæo quoque nonnullas iſtarum inventionum tribuit Apollonius Rhod. in 4. Lib. v. 1132.

ὅς ῥα μελισσέων
ἔργα, πολυκμήτοιό τ' ἀνεύρατο πῖαρ ἐλαίης.

Jam annotavimus ad initium Lib. II. Ariſtæo venationis quoque inventionem nonnullos autores adſcribere; adde, quod venatores ut venationis Deum illum invocabant, quando retia ponebant. Ut colligitur ex Plutarcho in *Erotico* p. 757. εὐχόνται δ' Ἀρισταίῳ δολοῦντες ὀρύγμασι καὶ βρόχοις λύκους καὶ ἄρκτους, ὅς πρῶτος θήρεσσιν ἔπηξε ποδάγρας.

v. 278. νάρθηκα προταμὼν κλ. Idem miraculum de Baccho narrat Nonnus in Dionyſiacis Lib. 48. p. 1282. Aura, quam deperibat, ſitiens fontem quærebat:

οὐ δὲ λάθεν Διόνυσον ὀρίδρομος ἄστατος Αὔρη
διψαλέη· ταχινὸς δὲ θορὼν ἐπὶ πυθμένα πέτρης
θύρσῳ γαῖαν ἄρασσε, διχαζομένης δὲ κολώνης
αὐτομάτην ὤδινε μέθυν εὐώδινι μαζῷ
χεύματι πορφύροντι.

Euripides vero in *Bacchis* non de Dionyſo, ſed de Baccha, quadam hoc portentum narrat v. 703.

θύρσον δέ τις λαβοῦσ' ἔπαισεν εἰς πέτραν,
ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς.
ἄλλη δὲ νάρθηκ' εἰς πέδον καθῆκε γῆς,
καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεός.

v. 287. πυρίπαιδι. Firmatur hæc lectio codice Regio B.

v. 297. ἀλλ' οὐκ ἀδμητ. Vulgato certe multo præſtantiorem hunc verſum habes, ſed non undique ſanum. Illud enim τι quod poſt ἀδμητοῖο occurrit ex typographico errore natum eſt, & omnino abolendum. Deinde diſplicet duplex in eodem verſu negatio. Itaque lege

ἀλλ' οὐκ ἀδμητοῖο θεοῦ τοῦ δ' ἅπτετο δεσμά.

ſed inſuperabilis dei hujus non tetigere catenæ.

v. 298. μαχλῶσα δὲ κέαρ. Ex Ovidio fere expreſſum. *Adſtrictum gelido frigore pectus.* in Epiſt. XV. v. 112.

v. 300. σπεῖσαι. Ita legitur in cod. Reg. B. qui tamen σπαραῶν habet.

v. 305. Πενθῆα δυσώνυμον. In nomen *Penthei* ſimiliter ludit Euripides in *Bacchis* v. 508.

ἐνδυστυχῆσαι τ' οὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ.

& v. 367.

πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις
τοῖς σοῖς.

v. 308. Νόσιος. Lege Νύσειος, ab urbe Nyſſa in India prope Gangem ſita, quæ Baccho peculiariter ſacra erat, ut obſervat Strabo & colligitur ex hoc Sophoclis fragmento a Strabone allato p. 473.

ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην, (fortaſſe βεβακχευμένην)
βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως
Ἴακχος αὐτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει
ὅπου τις ὄρνις οὐχὶ κλαγγάνει.

Nota, quod illud ἔκλυεν ἀρῆς Homericum ſit in Odyſſ. Lib. 4. v. 767.

ὣς εἰποῦσ' ὀλόλυξε, θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρῆς.

v. 313. ὅπως νεβροῖσι. Sola vera eſt lectio, nam manifeſte poëta alludit ad hinnuleas pelles, quibus Bacchæ ſe induebant in orgiis.

v. 327. ἔνθα. Vulgo legebatur ἔνθεν contra ſenſum.

v. 334. σισύρῃσι. σισύρα, veſtis caprino villo contexta. Ariſtophanes in *Nub.* v. 10. ἐγκεκαλυμμένος σισύραις πέντε (?) ... ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος. Ubi Scholiaſtes, σκεπάσματα περιβλήματα παχέα ταῖς καλουμέναις ἐμφερῆ σύραις.

v. 340. καὶ μέγα χανδόν. Ita Lucianus de Mercede conductis p. 661. ἐλπίσαντες δ' ὅσον αὐτίκα χανδὸν, οὐδενὸς ἐπιστομίζοντος, πίεσθαι τοῦ χρυσίου, quod non recte vertit Geſnerus, *ſperantes quantum tauri ſtatim plenis faucibus nemine obturante devoraturi ſunt.* Verto potius, *ſperantes immenſam auri copiam — potaturos eſſe.* Illud enim ὅσον per admirationem dicitur & eo ſenſu, quo apud noſtrates, *c'eſt un homme ſi riche, & qui a tant d'or!* Taceo de comparatione cum *tauris*, de qua in textu Lucianeo ne γρῦ quidem, quamque ex typograph. imperitia natam ſuſpicor.

342. σκιρτεῦσιν. Joniſmum Jonico poëtæ reddimus. Et noſtram lectionem iterum firmat cod. Reg. B. χοροιτυπέουσιν ὁμοῖαι. Eadem eſt comparatio iiſdem verbis enuntiata in 1. Halieut. v. 472.

θρώσκοντες θύνουσι χοροιτυπέουσιν ὁμοῖοι.

ſi qua fides eſt editioni Schneiderianæ. Nam aliter in cæteris.

v. 347. ἔτι χνοάοντες ἰούλους. Elegantiſſima eſt locutio, qua uſus eſt Apollonius Rhod. Lib. 2. v. 43.

τοῖος ἔην Διὸς υἱὸς ἔτι χνοάοντας ἰούλους
ἀντέλλων.

χνοάζειν eſt ἀνθοῦν. Unde recte dici poteſt χνοάζειν ἰούλους ſuppl. κατά. Ut apud Sophoclem in Œdip. Tyr. v. 762. de Laio — χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα. ἴουλος, *tenera lanugo*, quæ pubeſcentibus mentum & genas obumbrat. Homerus in Odyſſ. L. 11. v. 318.

πρίν σφῶϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους
ἀνθῆσαι.

v. 349. ἀμοιβαδίοισι κυπέλλοις. Ita fere in Αλιευτ. L. 3. v. 226.

τέρπονται κρητῆρος ἐν ἀμοιβαίοις δεπάεσσι.

v. 350. ὀψὲ δ' ἐλώφησαν. λωφᾶν *ceſſare*, *requieſcere*. In verſione latina omiſſa ſunt hæc verba, *tandem requieſcunt*.

v. 357. αὐτολύγοις. *Brodæus* αὐτολύκοις volebat; quo ſenſu neſcio. *Guietus* vulgatam explicabat *des limiers en laiſſe*. Unde *Schneiderus* in Annal. crit. p. 49. conjecit αὐτολύτοισιν, & Heſychii hunc locum affert, quo vox αὐτολύσις ita exponitur, δέμας (id eſt σχοινίον) ἐφ' ᾧ αὔχυλη ἐφῆπλαι καὶ οὐχ ἅμμα γέγονεν. Quid ſi λυγοδέτοις legeretur? vel σπαρτοδέτοις. Conſtat venatores conſueviſſe canes loro ad collum religato cohibere, ne quemquam odorem ſectarentur. Hoc diſerte docet Plutarchus περὶ πολυπραγμοσύνης p. 520. E. T. 2. καὶ καθάπερ οἱ κυνηγοὶ τοὺς σκύλακας οὐκ ἐῶσιν ἐκτρέπεσθαι καὶ διώκειν πᾶσαν ὀδμήν, ἀλλὰ τοῖς ῥυτῆρσιν ἕλκουσι καὶ ἀνακρούουσι, καθαρὸν αὐτῶν καὶ ἄκρατον φυλάττοντες τὸ αἰσθήριον ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ἔργον. Deinde lege εὐῤῥίνεσσι, quod fert cod. Reg. B. & editiones. Male in noſtra typographorum errore εὐρίνεσσι impreſſum.

v. 368. ὡς δ' ὅτε παρθενικαί. Suaviſſima hæc comparatio ab ingenio barbaro profecta nemini ſane, niſi ſoli *Schneidero* videbitur. Adumbratam eſſe putares ex Euripidis Hypſipyle, fabula deperdita, cujus fragmentum memorat Plutarchus, duplici loco Tom. 2. p. 93. C. & 661. F. Hypſipylæ alumnus:

εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας

ἕδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ
αἰρόμενος ἀγρευμ' ἀνθέων
Ἡδομένᾳ ψυχᾷ.
τὸ νήπιον ἄχρηστον ἔχων.

Hoc in ultimo verſu lege ἀκόρητον, ut in Oppiano, cujus gloſſa ἄπληστον legitur in altero Plutarchi loco.

v. 369. ἀβλαύτοισι πόδεσσι: βλαύτη, calceamentorum genus eſt agreſte.

v. 372. ἰάνθη — θυμός. Ita Moſchus in *Europa* v. 72. ἐπ' ἄνθεσι θυμὸν ἰαίνειν.

v. 377. ἔβη μεθ' ὅμιλον ἑταίρων. Paſſim apud Homerum hæc phraſis occurrit.

v. 383. μειλινέοισι πάγαισιν. Ita legendum non vero πάγοισιν. πάγη *decipulum* eſt. Non aliud vero quam μέλαθρα χλοερεῖς πετάλοις πεπυκασμένα, de quibus modo poëta dicet v. 394. in quibus ſe abdunt quatuor venatores. Ideo *fraxineos laqueos* ea vocat. Vulgatum μυλινέοισι πάγοισιν, *petrarum acervum*, non tolerandum erat, nec apud ullum rei venaticæ autorem ſimile quid invenies.

v. 385. μήρινθον. Hunc funem vittis purpureis & pennis avium obſitum fere reformidabant, ejuſque motu pertirriti fugiebant ad retia. Præter Oppianum hæc docet Xenophon in Geoponicis Lib. 19. cap. 5. δεδοίκασιν ἔλαφοι σχοῖνον περικειμένην τινα ἔχουσαν πτερὰ ἠρτημένα, τὴν τῶν πτερῶν κίνησιν φανταζόμεναι. Hinc Græci eum vocabant δεῖμα & Romani *formidinem*. Virgilius in 3. Georg. v. 372. *Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ*. Gratius in Cyneget. v. 75. locum habet inſignem, quem videſis, & Vlitii commentarium. Hæc formido furcillis brevioribus ferebatur, ut colligitur e Gratii verſu 87. *lineaque extructis lucent anconibus arma*, ubi recte Vlitius *Ancones* de varis intelligit. Oppianus in 4. Halieut. v. 588. & ſeqq. de formidine non aliter quam hic loquitur. Cf. Arrianum in Epictetum Lib. 2. cap. 1. pag. 119. editionis Wolfii; & A. Turnebi adverſaria Lib. 5. cap. 5. pag. 135.

v. 387. στροφάλιγγα. De ipſo fune contorſo hoc verbum intelligendum eſſe cenſeo.

v. 393. ὑπὸ ῥωπάσι. Eadem ratione, qua ſupra μειλινέοισι πάγαισι dedimus, hic ex autoritate cod. Vat. repoſuimus ῥωπάσι *virgultis*, pro vulgato ῥωγάσι *rupibus*; quod ad rem minime

pertinet. Ex verſione gallica noſtra lector judicabit, quam apte hæc nunc inter ſe congruant, olim intellectu vix aſſequenda.

v. 411. λιγέα. λιγὺς primam ſemper corripit, itaque hunc verſum lege ut in Turnebiana editione

κινύμεναι πτέρυγες τε λίγειαι συρίζουσι.

ſpondaicus eſt.

v. 413. ἀκρόλινοι. Hos duos verſus non recte a Rittershuſio intellectos ita vertit Vlitius ad Gratium v. 26.

quod ſimul ac videre viri qui cornua ſervant
proſiliunt una & geminos conjungere limbos
accelerant extendentes & retia claudunt.

v. 414. περίδρομον. Funis eſt, quo retia clauduntur, vocatur & Epidromos; vide Animadv. noſtr. ad Lib. I. p. 129.

v. 417. γενύεσσι. Negat Plutarchus *Quæſt. Nat.* Tom. 4. p. 636. urſas dentibus retia convellere: διὰ τί, inquit, τῶν θηρίων ἡ ἄρκτος ἥκιστα διεσθίει τὰ δίκτυα· — πότερον, ἐνδοτάτω τοὺς ὀδόντας ἔχουσα τοῦ χάσματος ἥκιστα πρὸς τὰ λίνα ἐξικνεῖται· προεμπίπτει γὰρ τὰ χείλη διὰ πάχος καὶ μέγεθος. ἢ μᾶλλον ἰσχύουσα ταῖς χερσὶ ῥήγνυσι καὶ διασπᾷ τὸν βρόχον, ἢ καὶ ταῖς χερσὶ ἅμα χρῆται καὶ στόματι· ταῖς μὲν διασπῶσα τὸ λίνον, τῷ δὲ ἀμυνομένη τοὺς διώκοντας.

v. 421. χήρωσε. Cod. Reg. B. dat ἐκλάσσε. Unde facile colligitur veram lectionem eſſe ἀλάωσε ab ἀλάω, *decipio,* de quo vide Stephanum in Theſ. L. Gr. Rectius fortaſſe ἔκλεψε. Foveis quoque urſi capiebantur, quas ſub arboribus frugiferis venatores effodiebant; ut docet Pollux, Lib. 5. ſegm. 82. quem vide.

v. 424. στροφάλιγξιν. Urſis maximum eſt præſidium in volutatione, ideoque potius, quam moliantur lina divellere, ſæpe ſe evolvunt, corporis mole retia frangunt, & ſalutem conſequuntur. Hæc docet Plutarchus loco ſupra laudato. οὐδεμίας δὲ ἧττον αὐτῇ βοηθοῦσιν αἱ περικαλινδήσεις. διὸ μᾶλλον ἢ διασπᾶν τὰ λίνα πραγματευομένη, πολλάκις ἐκκυλισθεῖσα, καὶ σώζεται.

v. 440. καὶ τέρμα πόνοιο. Mallem κατὰ τέρμα πόνοιο. hoc ſenſu: *Cave ne poſt longum curſum, in ipſo fine laboris.*

v. 444. ποτὶ δ' ἴσχιον ὀκλάζουσι. Non bene verſio latina: *Ilia uſque ad coxam ſubſidunt;* quod abſurdum eſt. Nova noſtra

interpunctio priſtinum ſenſum & genuinum revocavit: *Ipſi capreoli uſque ad coxam claudicant.*

v. 453. ἀναιμωτί. Ultima ſic producitur apud Homerum Iliad. 17. v. 363. ubi male a *Barneſio* ἀναιμωτὶ datum eſt. Vide notam *Erneſti*. Ita quoque Apoll. Rh. 2. v. 988.

καὶ δ' οὔ κεν ἀναιμωτί γ' ἐρίδηναν.

FINIS

ANIMADVERSIONUM IN VENATIONEM.

ARGENTORATI

excudebat JOH. HENR. HEITZ, Univ. Typogr.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Errores typogr. ſic emenda:

In Prolegom. pag. II. lin. ult. rem confectum *lege* confectam,
pag. XII. lin. I. Schneider ille *lege* nomine Schneider qui
pag. XIII. lin. 23. ποτέρας *lege* προτέρας.
pag. XIX. l. II. *le Verrier de la Couterie* leg. *de la Conterie*

In Textu, nullæ, aut in Animadv. emendatæ.

In Verſione lat. pag. 99. lin. 5. aut *lege* ut.

In Variant. lect. pag. 48. col. 2. lin. 3. editio Schneideriana *lege* editionem Schneiderianam.
pag. 97. col. 2. lin. 3. διατρήσειεν *tolle* iota ſubſcriptum.
pag. 102. col. 2. lin. I. tunc *lege* hunc.
pag. 108. col. 2. lin. 4. vulgatum *lege* vulgatum.

In Animadv. pag. 207. lin. 7. fibrata *lege* vibrata.
pag. 238. lin. antepenult. Ælianns *lege* Ælianus.
pag. 245. lin. 16. ſolutim *lege* tolutim.
pag. 250. lin. ult. matre Moloſſa *lege* matre Lacæna.
pag. 297. lin. 29. οὐδ' οὐ παγκρατὴς *lege* οὐδ' ὁ παγκρατής.
pag. 351. lin. 20. ἢ χρῆ *lege* ἦν χρῆ.

Adde Animadverſionibus:

Ad verſum Libri I. 378. εἴαρι γὰρ μᾶλλον. Hunc locum ex Ariſtotele totum deſumpſit Oppianus ex Libro V. cap. 9. Hiſt. Anim.

Ad verſum 459. ἐχθρὸν ἔαρ. Quare δυσθήρευτον eſt veris tempus a Plutarcho diſquiſitum venit in *Quæſt. Nat.* p. 632. Tom. IV. edit. Reiskianæ, ubi Empedoclis affert de hac re opinionem noſtri poëtæ ſententiæ ſimillimam. Sed cum parum recte ſe habeant Empedoclis verba a Plutarcho allata, ea deſcribere non inutile videtur: διὰ τί δυσθήρευτος ἡ τοῦ ἔαρος ὥρα; πότερον, αἱ κύνες, ὥς φησιν Εμπεδοκλῆς.

Κέμματα θηρείων μελέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶσαι τὰς ἀποῤῥοίας ἀναλαμβάνουσι κ. τ. λ. Κέμματα verbum eſt nihil, cujus loco nullus dubito quin Empedocles ſcripſerit κόμματα, *veſtigia impreſſa*,

)(